




# ΣΤΡΆΒΩΝΟΣ
## ΓΕΩΓΡΑΦΙΚῶΝ ΒΊΒΛΟΙ
ἙΠΤᾺ ΚΑῚ ΔΈΚΑ.

# STRABONIS
## RERVM GEOGRAPHICARVM LIBRI SEPTEMDECIM.

A' GVILIELMO XYLANDRO AVGVSTANO MAGNA CVRA RECOGNITI, AC MENDIS, quæ adhuc inhæserant innumeris maiore ex parte fideliter ac laboriosè sublatis, sibi restituti.

Auctore damnato, et opus permissum.

IIDEM AB EODEM XYLANDRO IN SERMOnem Latinum summa fide & accuratione de integrò transcripti.

ADIECTAE SVNT EIVSDEM ANNOTATIVNCVLAE non pœnitendæ: uersionis etiam & correctionis rationem (ubi uidebatur opus) explicantes.

ACCESSERVNT INVENTARIA LOCVPLETISSIMA *rerum & uerborum memorabilium: atq; scriptorum, quorum sententias allegat Strabo.*





Cum Cæs. Maiest. Grat. & Priuil.

BASILEAE, EX OFFICINA HENRICPETRINA.

# Xylander Lectori S.



E quis hanc editionem nostram suffuraturum se impunè putet, (.ut est quorundam temeritas.) sciat opus nostrum huic typographò HENRICO PETRI nos proprium fecisse. Quod si quis intra decennium ab editionis die supputandum intra S. R. Imperij, & omnium Cæsareæ Maiestatis regnorum ac prouinciarum fines eodem uel alio charactere recudere, aut ubicunque recudendum dare, uel alibi impressum adducere, uendere, uel distrahere palàm uel occultè ausit: scito se libris (.nobis quippe uindicandis.) & decem marcis auri puri, fisco Imperiali & autori pendendis, multatum iri. Tenore priuilegij, quod à S. R. Imp. Maiestate mihi datum est, manuq́; & sigillo eiusdem confirmatum, & pro more subscriptum, Spiræ XVI. Augusti, anno &c. LXX.

Hoc notum tibi esse candidè uolui.

Vale.

# AD ILLVSTRISSIMVM ATQVE MAGNIFICENTISSIMVM PRINCIPEM D. AVGVSTVM, SAXONIAE ducem, S. R. I. archimareſchalcum, atq; ſeptemuirum electorem, Landgrauium Turingiæ, Marchionem Miſniæ, Burggrauium Magdeburgi &c.

## IN STRABONEM SVVM Præfatio.



STRABONEM meum, Princeps inclytiſsime atque humaniſsime, ego offero, & quanta abs me præſtari poteſt laudatiſsimi tui nominis ueneratione tibi dedico. Id quo conſilio, quibus rationibus impulſus fecerim, obſecro pro tua illuſtri in alios humanitate cōſiderare aliquantulum ne graueris. quamuis, ut ingenuè meoq; more agam, ne obſecrarem quidem, aut maiorem in modum hoc peterem ego, cui tanta benignitatis atq; liberalitatis tuæ fiducia animum occupauit: niſi conſuetudini morem gerendum utcunq; animaduerterem. Proinde citra ambages & ampullas dicam quod res eſt: TE fretus. DEO benigniſsimo placuit, ut mea pulmentaria (quod ille ait) ſudando quærerem. Amplexus ſum conditionem grato animo, & quantum potuit à me præſtari, eam ipſius qui impoſuit, & ſine quo nihil poſſumus uel conari feliciter, auxilio impleui, adeoq; implendam ad immortalitatis uſq; à CHRISTO partæ aditum firmiter mihi propoſui. Eidem DEO clementer placuit, ut mihi pararet uicarios ſuos: qui me non planè immerentem, neque indignum, & poſſent & uellent ſubleuare. maximè ubi me pro mea tenuitate inter tam multas difficultates aduerſitatesq; intelligerent remp. literariam ærumnoſis moleſtiſsimisq; meis laboribus pro uirili quà adiuuare, quà ornare. Iſtis, atq; alijs, quas, infrà exponam rationibus ego permotus, cepi ante quinquennium cogitationes de Latinè reddendo & perplurimis in locis ſibi reſtituendo, annotatiunculisq; interdum illuſtrando STRABONE inſtituere: feciq; etiam in primo libro periculum: & uidi meum propoſitum ac laborem doctis candidisq; uiris ſatis probari. Itaq; diſpicere etiam cepi de aliquo, cuius munifi-

centiam opere confecto sperarem nostris rebus auxilij aliquid suppeditaturam. Vt primo loco TV, Princeps generosissime, mihi in mentem uenires: equidem factum DEI instinctu existimo, qui tuarum uirtutum meam admirationem, materiam esse uoluit meæ huius actionis. Ego, ne quid dissimulem, ita factus sum: ut non modò ab adulando abhorream quàm qui uehementissimè: sed & conscientia meæ infantiæ prudens à summorum uirorum laudatione abstineam. Nimirum enim perridiculus sim profectò, si à tam multis, ijsque facundissimis uiris decantatas tuas à tot iam annis laudes, & toto orbe prædicatissimas putem me una atque altera dictionis circuitione augere posse. Ergo te VVITENBERGA tua, tua te, Princeps litterarum portus & aura, LIPSIA prædicet, aliæque tuæ fecundæ eruditionis scholæ. TE Xylander (si patere) tuus ueneretur, & cum applausu pio agnoscat in TE hoc uerè competere, Virtuti gloriam esse comitem. Ne quis tamen malignè me putet partes exornatoris (quibus in hoc scriptionis genere rari supersedent) detrectare: sic habeant candidi, me hac dedicatione nostri qualiscunque monumenti publicè TVIS laudibus testimonium fidele perhibere uoluisse. inscribamusque adeò huic monumento, quod aræ Platoni à se dedicatæ insculpsit Aristoteles noster: PONI hoc ei VIRO, quem nefas omnino sit à malo aliquo laudari. Æquo animo fer, clementissime Princeps, meam hanc magni muneris tam impolitam & rusticam defunctionem. audi benignè cætera. Cum lentiùs in hoc meo suscepto opere pergerem, propterea quod alia magis urgebant, PLVTARCHVS maximè: & tamen iam ferè finem imponerem: magno cum Germaniæ commodo, ac publica gratulatione euenit, ut IOANNES CASIMIRVS Palatinus comes, &c. Princeps summæ & uirtutis & spei TVAM filiam, Principem lectissimam, in uxorem duceret. His quoque à nobis breui (ut speramus) significatio submissæ nostræ obseruantiæ publica occurret. Sed me mirificè animauit hæc res, multoque iam minus uereri cepi, ne TV me alienum putares, hominem filiæ TVAE SOCERO, Principi omnem superanti laudem, & GENERO TVO tot beneficijs ac nominibus obstricto, & quasi mancipato, neque enim duos iam demeretur, qui alijs aliter familias duas totius Germaniæ amplissimas demerentibus, in unum coalescentes, tenui, sed pio tamen, probaturo quidem hercle se omnibus bonis, & profuturo certè in publicum, munusculo honoraret. Vos sui uicarios

rios DEVS constituit, adeoqúe suo quodam ipsius nomine est dignatus. Quanti uerò is nostra dona antiquitus fecit, quanti facit in hodiernum diem? cùm quidem nihil ei de nostro largiamur. Eum TV, pijssime & mitissime Princeps, imitabere quantum uoles & uidebitur consilium, nos quidem & reipublicæ litterariæ, cuius procuratio tibi nomen immortale consecrauit, & officio nostro pro uiribus inseruiemus: neque id uerè nos facere opinabimur, nisi animo nostro constet, piè nos augustissimum tuum nomen (quando aliud nunc possumus nihil) coluisse. Ergo, Illustrissime Princeps, idemqúe humanissime, his nostræ dedicationis rationibus contentus ut sis clementer, & cætera pro tua prudentia existimes, quæ ego ne modum præfationis excedens abuti iudicer tua æquanimitate, uolens omitto: maiorem in modum etiam atque etiam qua debeo reuerentissima submissione oro. Superest, non ut laudem uel Strabonem, uel geographiam, uel me. Sed ut aliquid tamen, quando ita mos est, dicam.

STRABONI itaque patria fuit Amasia, nobilis urbs Ponti. cuius situm, amplitudinem atque dignitatem, ipse libro huius quod damus operis duodecimo descripsit, meminere omnes alij geographi. Hanc cùm ipse suam patriam esse profiteatur, non est ut Stephani aut Suidæ admodum requiramus testimonium. Gentilitatem suam ipse commemorat, & maiores suos regibus Ponti, ipsiqúe adeò Mithridati Magno Eupatori fuisse amicos ostendit, summisqúe honoribus adfectos, quale fuit comanense sacerdotium, quod gerens regiam pœnè maiestatem æquauit. Id si quæ decimo & duodecimo libro de Dorylao & Moapherne refert considerentur, in obscuro non est. Iam Ælij Galli amicitia, summi uiri & Ægyptiæ prouinciæ à Romanis præfecti, quem certò consilio lustrantem regiones isthic sitas comitatus fuit, facilè ostendit eum in bona & haud uulgari opinione fuisse. Philosophum eum præter Plutarchum in Lucullo Suidas ac Stephanus nominant, hic quidem etiam Stoicum, si rectè legitur, quod in medio relinquendum duxi. Certè doctissimum hominem fuisse, satis ipse uel hoc suo commentario demonstrauit. Conscripsit enim præterea etiam historiam eorum quæ Polybij ætatem & finem scriptorum sunt subsecuta, libris (.ut Suidas in Polybio habet.) XLIII. cuius operis librum secundum ipse autor nominat geographiæ libro undecimo, ubi de Parthis disserit, quo ex loco apparet eum etiam alios historicos com *De autore.*

mentarios confecisse. Cæterum operæprecium est cognoscere, quantum quidem eius fieri potest, quibus usus magistris fuerit, ubi uixerit, & quorum ætatem attigerit. Proinde Tyrannionem grammaticum audiuit, quod ipse fatetur libro duodecimo, & sequenti libro eum amatorem Aristotelis appellat. Hunc Romæ fuisse, & ibi Aristotelis libros exscripsisse ibidem docet, idemque est apud Plutarchum in Sylla, atque haud satis scio is'ne sit Tyrannio, cuius ad Q. Fratrem Tullius meminit, ea quidem ætate uixisse Romæ non est dubium, meminit etiam Suidas. Quid antiqui grammatici docuerint, quæ eorum fuerit apud Principes existimatio, litteratura in tantum adducta despectum quorum uitio sit, & culpa, aliâs (uti spero) explicabitur à nobis. STRABO etiam Xenarchum Seleucensem peripateticum se audiuisse indicat libro ultra decimumquarto, qui Romam profectus Augusti Cæsaris amicitia fuit cohonestatus. Boethum quoque Sidonium in Aristotelis philosophia commentanda socium sibi fuisse libro decimosexto ostendit. Athenodorum philosophum, cui Augustus plurimum detulit, sodalem suum ibidem appellat. Sane hunc Stoicum non modò Suidas facit: sed Athenæus etiam, & in longæuis suis Lucianus. Verùm qui disputationes apud Strabonem de rerum quarundam natura expositas consideret: Aristoteleum peripateticum potius (arbitror) quàm Stoicum hunc indicabit. quo accedunt quæ de magistris suis ipse memoriæ mandauit. & potuit peripateticus sodalitatem cum Stoico etiam colere. Siquidem erant philosophi re etiam, non titulo tantùm tenus. Hos ergo, quod ipse obseruauerim, suorum studiorum uel duces habuit, uel socios. Sed diligentissimè cum lucubrationes aliorum legisse, quorum catalogus seorsim exhibetur, philosophorum, historicorum, geographorum: id uerò & ipsa eorum recensio, & toto opere passim obuiæ mentiones ac disquisitiones de eorum sententijs apertiùs edocent, quàm hæc ut putem nominibus paginam debere impleri. Homerum, qui cùm reliquæ sapientiæ oceanus, tum geographiæ pro suorum temporum captu facilè princeps fuit: mirum in modum, atque deditissima in hoc (ut apparet) opera, illustrauit. adeò ut non defuerint homines docti, qui Homericum geographum eum appellarent. Id quidem laudi, non uitio dandum est (si uel uerissimum fateamur) Straboni iudicium, eoque amplector libentiùs, quod tanti operis commendationem proponit grauissimam. Si enim quod res atque ex-

perientia

perientia comprobat, & postremo libro autor noster haud inepte ostendit, magnæ sunt marium terrarumque mutationes, eæque admiratione haud paulò maiore dignæ, quàm ciuitatum & imperiorum (quando terram stabilissimam, mare mirifico litorum aggere coërcitum scimus: hominum autem animos & casus infinitè, ac quouis momento mutabiles quotidie animaduertimus, etiam non dictante philosophia) quis nisi barbarus non expetat antiquum orbis terrarum situm cognoscere, ut cum recentioribus per temporum interualla mutatis comparare possit? At enim orbis terrarum Augusti Cæsaris ætate situs quis fuerit, quæ certo cognita, quæ uel rumoribus obscuris, uel etiam arrogantium hominum futilibus narrationibus ita descripta, ut ignota potius quàm nota credi debeant: nemo Strabone meliùs docuit, nemo copiosius, quem si cum Mela, Plinio, Ptolemæoque præcipuè & historijs eorum temporum compares, earum quas dixi mutationum illustria exempla, & plurima quidem tibi occurrent: ac intelliges ea, quæ considerans Flaccus noster, uerè exclamauit————————mortalia facta peribunt, & probabis Plinij querelam, iustissimè deplorantis, Quòd mira humani ingenij peste sanguinem & cædes condere annalibus iuuat, ut scelera hominum noscantur mundi ipsius ignaris. Verùm ego nescio quomodo contra institutum in hanc digressionem abreptus, qui neque Strabonem neque geographiam apud TE Principem humanarum rerum peritissimum laudare intenderam, ne Vlulas Athenas: nunc ad propositum è diuerticulo me refero. Hoc duntaxat addam, antiquitatem (cuius noticiam quis non prædicat, quis non adfectat?) hæc longè maiore cum fructu & gloria quæri, quàm in erosis marmoribus, cariosis tabulis, nummisque interdum effigie & inscriptione oblitterata uetustatem ostentantibus, interdum adulterinis, & subditicijs. Quod enim ad historiam attinet: fideles, reconditas, utilesque habet hoc opus permultas, ut taceam etiam rerum naturalium indicationes, ac de earum causis disputationes acutas. Hæc uerò in ipso scriptore, aut mea uersione legi, quàm huc allini, est nisi fallor uerius. Vixit sub idem tempus, quo IESVS CHRISTVS nostræ salutis reparandæ causa in terris dignatus est degere, & suis doloribus nostræ miseriæ medicari. Id uel ex ijs quæ adhuc dixi potest deprehendi. adijciamus tamen alia quædam. Athenæus scribit libro decimoquarto, ubi de pernis agit, Strabonem libro septimo (de geographicis omnino loquitur eius com-

Art. poet. — 2. 9.

mentarijs) cognitum sibi fuisse Posidonium Stoicum philosophum adfirmare. Posidonium porrò asseclam fuisse Scipionis eius, qui Carthaginem diruit. Rem putemus. Inter captam Carthaginem & Ti. Cæsaris dominationem, quam Augusto mortuo occepit, anni interuenerunt CLIX circiter. Itaque XX annorum ponamus fuisse Posidonium, quo tempore cecidit Carthago: mors eius in annum urbis conditæ DCXCII incidet, quo tempore si Strabonem ponas annos fuisse natum XV (uix enim pauciores admittet res & ratio) ineunte imperium Ti. Cæsare oportuit eum esse annos natum XC. Ratio hæc sic constat, si deletam Carthaginem anno ab V. C. ponamus (ut fit) DCIIX. Ti. Cæsarem Augusto successisse anno V. C. DCCLXVII, & uixisse Posidonium annos XXCIV, ut in longæuis suis refert Lucianus: neque absurdi aliquid de Posidonij & Strabonis ætate fingamus. Vixisse Strabonem, cùm iam potiretur rerum Tiberius, ipse testatissimum fecit. ut cum libro tertio eum Augusti de Hispania constitutiones exsecutum scribit. cùm Augusti patris successorem Tiberium in fine sexti libri disertè commemorat, uiuumqúe etiamnum Drusum. cùm libro quarto Noricos, Carnos, & Tauriscos à Ti. & Druso Neronibus repressos, iam per trigesimum tertium exinde annum tributa pendere prodit. quod omnino incidit in quintum Tiberiani imperij annum: cùm è Dione *Lib. 54.* nostro appareat, fratres istam uictoriam reportasse anno ab V. C. DCCXXXIX. Meminit eiusdem in Sardium descriptione, libro decimotertio. Adhæc non modò sua ætate Marciam Hortensio traditam ait à Catone (quod in annum DCCV incidit.) in Tapyrorum descriptione, libro undecimo: sed & C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam sua ætate Cephalleniæ urbem instaurasse scribit libro decimo, ut si à Ciceronis consulatu ad annum Tiberij Imperatoris quintum ratio temporis subducatur: necesse sit XXCI annos Strabonem uixisse, etiam si Tullio consule natum fingamus. Hæc annotanda duxi, cognitu haud indigna. Nam quòd Ptolemæum Auletem Ægypti regem, quòd Dionysium Halicarnassensem scriptorem historiæ æquales suos dicit, quod Augusti Imperatoris *Lib. 12.* subinde facit mentionem: nullam gignunt difficultatem. P. quoque Seruilium, qui à captis Isauris cognomentum inuenit, uisum sibi in horum descriptione ait: is quidem rem gessit undecim annis ante Tullij consulatum. sed fieri potuit, ut eum Romæ ualdè senem Strabo uiderit. Verùm hæc hactenus. Vbi scripserit, ubi uitam suam

egerit

egerit: neque multum ad rem facit, neque pronunciare aliquid certò possum. Magnas quidem peregrinationes obiuit. Nam præter Ægyptiacam illam passim à se, ultimis maximè libris commemoratam, in qua comes Ælio Gallo fuit (Largus hic apud Dionem libro quingentesimotertio ferè ultimo legitur. Sed constanter apud Strabonem Gallus est, ut Dionem corrigi hinc posse putem) ipse libro secundo tradit, se ab ortu solis in occasum ab Armenia ad Etruriæ usque loca Sardiniam spectantia profectum terras lustrasse: & à septentrionalibus ab Euxino mari usque ad Æthiopiæ fines. ut facilè intelligant periti, non temerè eum post Artemidoros, Eratosthenes, Hipparchos, Polybios, atque complures alios geographiæ emendatam descriptionem molitum fuisse. Sed de Strabone ipso satis. De geographia uerò alibi dicemus (DEO fauente) copiosè. interim placeat Antalcidas Spartanus, uir apprimè laudatus, qui sophistam Herculis de laudibus Lacedæmone declamaturientem refellit, Nihil attinere dicens eum laudari, quem nemo uituperasset. Etenim barbaros, qui historias (quarum friget sine geographiæ cognitione lectio) qui bonos omnes scriptores antiquos (quibus lucernam accendit & adhibuit Strabo) fastidiunt: in nullo ponam unquam numero: dignos Aiacea sua (si dijs placet) felicitate, uitæ in ignorationis cœnum demersæ. placeant sibi, rideantur à cordatis. Nunc aliquid, quod breuiter tamen & modestè possimus, de nostro hoc opere dicamus. ne quis consilij nostri ignarus uitio det nobis, quæ laudi uertenda confidimus. Etenim cum instituissemus Stephani de urbibus emendationem atque uersionem (quæ deinde commentatio à nobis grauibus de causis est in Onomasticon geographicum traducta) & diligentiùs Strabonem excuteremus, quòd adiuuari nos ab interprete permultum posse opinaremur: ita rem affectam deprehendimus, ut inuitari nos ad conuertendum de integro hoc opus sentiremus. Neque hoc dico ut ueterem interpretem insecter, siue is Guarinus fuit, siue Tifernas. Fecit ille quod potuit, in opere difficili, & (quod res docet) ualde multis in locis deprauato atque mutilo. Equidem apparet eum scripto libro usum, cum tam sæpe ab Aldino discrepet eius uersio. Persequi autem errata eius necesse haudquaquam habeo. qui uolet meam uersionem cum uetere conferat. si quid habet eruditionis & æquitatis, non metuo ne sit iudicaturus me actum egisse. Neque affirmo, ubique me rem acu tetigisse, in tam obscuro opere, codicibus præsertim destitutum bonis.

Ratio operis

bonis. Aldinum enim habui quem ſequerer, & ex eo expreſſum Baſilienſem: cuius titulus profitetur mendorum innumerorum correctionem. Hunc ſi libeat cum noſtra editione comparare, facilè intelliges cum quot centurijs grauiſsimorum mendorum mihi negocium fuerit. Neque tamen omnia mihi ſuſpecta uel annotaui uel loco moui: quædam aſteriſcis ſignata, quædam in Onomaſticum reiecta ſunt. Spes affulſerat manuſcripto codice potiundi. quæ poſtquam ad irritum cecidit, feci quod potui, & ſi non merui laudem, uitaui certè culpam. Epitomas, Euſtathium, Ptolemæum, Plinium, alioſqúe ſcriptores hiſtoricos & poëtas conſului: quanta potui ſagacitate è ueſtigijs ſcripturam ueram indagaui: ſi quid uideretur dignum, in annotatiunculis monui: quas longè copioſiores adiecisſem, niſi in Onomaſtico commodius & ex profeſſo diſputarentur pleraque. In uertendo habui rationem Latinitatis mediocrem, & qualem uidetur hæc materia ferre. itaque interdum uſus ſum non latiniſsimis uocibus, ſed in hoc argumento uſitatiſsimis: ut ſunt ſeptentrionale, orientale, aliaqúe id genus, in quibus ſi nimiam elegantiam affectes uertendis, magnum eſt ab obſcuritate periculum: ut tolerare hanc, quàm alia nouitate pellere præſtare uideatur inſolentiam. Denique operam dedi pro meis facultatibus, ut & legi Latinè Strabo genuinis ſententijs redditus poſſet ab ijs qui uellent: & utiliter Latina cum Græcis componi, coniunctéque perpendi. Inſerendas ſuis locis curaui tabulas Ptolemaicas, eo id conſilio, ut lector & ſitum regionis faciliùs imaginari, & Strabonianas deſcriptiones cum his alijſqúe comparare eo promtiùs poſſet. Nam Strabonianas conficere tabulas ſolis diſtantijs locorum numeris ſtadiorum annotatis, cùm quidem non ubique ij ſint expreſsi, ſæpe admodum uitioſi, interdum uariè & ambiguè multorum è diuerſis traditionibus adſignati: operam eſt ludere, pluſqúe habet meo iudicio audaciæ quàm induſtriæ. quod idem de Plinij geographia ſentio. nam Ptolemæi quidem facilè potuit à perito rerum homine in tabulas conijci, cùm is longitudines & latitudines locorum annotauerit, quæ ſi minus corruptæ ad nos perueniſſent, ipſæqúe tabulæ maiore induſtria & pleniores factæ eſſent, minus laboraretur. Sed hac de re aliâs. Noua locorum nomina, etiam controuerſiæ expertia, annotare nolui, cum exſtent Ptolemæo adiecta: & mihi uindicare aliena noluerim. Dominicus uerò Marius Niger Venetus non ita pridem geographicum uolumen edidit, digniſsimum quod ab omni-

*Dominicus Marius.*

ab omnibus litterarum bonarum studiosis diligenter legatur, ac cum Strabone, Plinio, Ptolemæoq́ comparetur. ita enim ad solidam omnibusq́ numeris absolutam orbis terrarum, & quæ ei acciderunt mutationum cognitionem perueniri potest. quam qui negligunt, non alijs, sed sibijpsis faciunt iniuriam. Ego incredibili & molestissimo labore hoc opus confeci. quod (nisi fallor) multorum liberalia studia, iuuabit, Strabonemq́ penitus cognoscendum præstabit. Eo nomine, & mei aduersus TE, Princeps illustrissime atque generosissime, studij gratia ut tuæ placeat clementiæ, eaq́ nostram tenuitatem suo fauore & patrocinio non dedignetur, quantam animo concipere queo summa & addictissima TIBI reuerentia submissè oro: Tibiq́ ac tuis omnia quam felicissima, ac propriam prosperitatem diuinitus exopto: Vale.
Heidelbergæ Kalend. Martij, anno repræsentati Seruatoris nostri
CIↃ IↃ LXXI.

T. Illustriss. Celsitudinis

obseruantiss. ac humilimus cliens

M. Guilielmus Xylander Augustanus, philosophiæ in publico Heidelbergensi gymnasio doctor.

# Autorum qui à Strabone citantur Catalogus.

FINIS.

# INDEX IN STRABO-nis Geographiam locupletissimus in quo quicquid in orbe uel extitit uel contigit memorabile adnotatum inuenies.

A

agrigentum

ancyra

apollinis

armeniæ

B



baccha

sed

calapis

copria

cyrenen-

darius

d dreca-

geogra-

glycijs

halicar-

herodotus

phis

IMPERATORES Rom.

liguria

lysima-

minervæ

olympi

oria

P

pasiani

phalanna

PHILOSOPHI.

postulata

protesilaus

sulphur

T

terræ

trypho

V

uirgines

FINIS.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Τῆς τοῦ φιλοσόφου πραγματείας εἶναι νομίζομεν εἴπερ ἄλλην τινά, καὶ τὴν γεωγραφικήν, ἣν νῦν προῃρήμεθα, ἐπισκοπεῖν. ὅτι δ' οὐ φαύλως νομίζομεν, ἐκ πολλῶν δῆλον. οἵ τε γὰρ πρῶτοι θαρρήσαντες αὐτῆς ἅψασθαι, τοιοῦτοί τινες ὑπῆρξαν, Ὅμηρός τε, καὶ Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, καὶ Ἑκαταῖος ὁ πολίτης αὐτοῦ (καθὼς καὶ Ἐρατοσθένης φησί) καὶ Δημόκριτος δέ, καὶ Εὔδοξος, καὶ Δικαίαρχος, καὶ Ἔφορος, καὶ ἄλλοι πλείους. ἔτι δὲ οἱ μετὰ τούτους, Ἐρατοσθένης τε καὶ Πολύβιος, καὶ Ποσειδώνιος, ἄνδρες φιλόσοφοι. ἥ τε πολυμάθεια, δι' ἧς μόνης ἐφικέσθαι τοῦδε τοῦ ἔργου δυνατόν, οὐκ ἄλλου τινός ἐστιν, ἢ τοῦ τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἐπιβλέποντος· ὧνπερ τὴν φιλοσοφίαν ἐπιστήμην φασίν. ὡς δ' αὔτως καὶ ἡ ὠφέλεια ποικίλη τις οὖσα, ἡ μὲν πρὸς τὰ πολιτικά, καὶ τὰς ἡγεμονικὰς πράξεις, ἡ δὲ πρὸς ἐπιστήμην τῶν τε οὐρανίων, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς καὶ θαλάττης ζώων, καὶ φυτῶν, καὶ καρπῶν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ἰδεῖν παρ' ἑκάστοις ἐστί, τὸν αὐτὸν ὑπογράφει ἄνδρα, τὸν φροντίζοντα τῆς περὶ τὸν βίον τέχνης, καὶ εὐδαιμονίας. ἀναλαβόντες δὲ καθ' ἕκαστον ἐπισκοπῶμεν τῶν εἰρημένων ἔτι μᾶλλον. καὶ πρῶτον, ὅτι ὀρθῶς ὑπειλήφαμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν, ὧν ἐστι καὶ Ἵππαρχος, ἀρχηγέτην εἶναι τῆς γεωγραφικῆς ἐμπειρίας Ὅμηρον· ὃς οὐ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντας ὑπερβέβληται τοὺς πάλαι, καὶ τοὺς ὕστερον· ἀλλὰ σχεδόν τι καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ τὸν πολιτικόν. ἀφ' ἧς οὐ μόνον περὶ τὰς πράξεις ἐσπούδασεν ἐκεῖνος, ὅπως ὅτι πλείστας γνοίη καὶ παραδώσει τοῖς ὕστερον ἐσομένοις· ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τοὺς τόπους τούς τε καθ' ἕκαστα, καὶ τοὺς κατὰ σύμπασαν τὴν οἰκουμένην γῆν τε, καὶ θάλατταν. οὐ γὰρ ἂν μέχρι τῶν ἐσχάτων αὐτῆς περάτων ἀφίκετο τῇ μνήμῃ κύκλῳ περιιών. καὶ πρῶτον μὲν τῷ ὠκεανῷ περίκλυστον, ὥσπερ ἐστίν, ἀπέφαινεν αὐτήν. ἔπειτα δὲ τῶν χωρίων τὰ μὲν ὠνόμαζε, τὰ δὲ ὑπηνίττετο τεκμηρίοις τισί· Λιβύην, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Σιδονίους, καὶ Ἐρεμβοὺς (οὓς εἰκὸς λέγειν τοὺς Τρωγλοδύτας Ἄραβας) ῥητῶς λέγων· τοὺς δὲ πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς, καὶ δύσεσιν αἰνιτ-

# STRABONIS GEOGRAPHICARVM RERVM LIBER PRIMVS.

TERRAE descriptionem, quam in præsentia instituimus, philosopho nõ minus ulla alia re quam is suæ tractationis esse ducit considerandam cẽsemus. quod nos haud abs re sentire, multis argumẽtis liquet. Qui enim primi geographiam attingere ausi sunt, philosophi ij fuere: Homerum dico, Anaximandrum Milesium, eiusꝗ ciuem Hecatæum (ut Eratosthenes etiam ait) item Democritum, Eudoxum, Dicæarchum, Ephorum, aliosꝗ complures: nec non ijs ætate posteriores Eratosthenem, Polybium, Posidoniumꝗ, homines & ipsos philosophos. Iam multarum rerũ cognitio, qua sola hoc opus confici potest, nõ est nisi eius qui diuinas humanasꝗ res contemplatur, quarũ rerum scientia philosophiam definiunt. Tum utilitas quoꝗ multiplex, quæ partim ad negocia ciuilia actionesꝗ principum uirorum conducit, partim ad cognitionẽ t cœlestium, terre 1 strium, maritimorumꝗ animãtium, stirpium, frugũ, atꝗ aliarũ rerũ quæ singulis uisuntur locis, uirũ designat eũ, cui uitæ ars & beatitas curæ sit. Verùm singula hęc denuò orsi accuratiùs perpẽdamus: ac primo loco id, rectè & à nobis, & à maioribus nostris, quos inter est etiam Hipparchus, existimatũ fuisse, primum geographicæ peritiæ autorem esse Homerũ: qui nõ modò poëtica uirtute omnes & priores & posteriores superauit, sed ferè etiam uitæ ciuilis experientia: qua is adiutus, non in hoc modò operã dedit, ut actiones plurimas cognosceret, easꝗ ad posteritatem transmitteret, sed & in locorum cum quę singularum sunt regionum, tũ totius quatenus incolitur terrarum orbis marisꝗ, explorationem ac descriptionem idẽ impendit industrię: absꝗ.n. hoc fuisset, nunquam ille in orbẽ rediens cõmemorando terrę situ, ad extremos usꝗ eius fines pertigisset. Enimuerò primò omnium terram, ita ut res habet, undiquaꝗ Oceano 2 cinctam allui pronunciauit. Deinde regionum alias nominatim, alias certis quibusdam notis per ambages indicauit: Libyam, Aethiopiam, Sidonios, & Erembos (quos Troglodytas Arabes rectè dixeris) apertè. qui uerò ad ortum & occasum Solis habitant, inuolu-

*Geographiam, pertinere ad philosophum.*

*Homerum fuisse Geographiæ principem.*

*Odyss. A. 83.*



uolu-

uoluto sermone notat, allui eos Oceano innuens. nam solem ex Oceano oriri, & in eundem occidere ait, itemq; stellas.

Iliad.η.421, Iamq; recens terras tangebat lumine Titan
Oceani liquidis placidi subuectus ab undis.

Iliad.θ.485. &
Fulgida Latoidæ simul incidit Oceano lux
Attraxitq; nigram noctem. —

Astra quoq; dicit lauari Oceano. Ceterũ eorum qui ad Occidentem incolũt fœlicitatem
3 etiam, bonamq; aëris temperiẽ demõstrauit: q(ut apparet) inaudiuerat de Hispanica nauigatione, quò & Hercules expeditionem fecit, & posteà temporis Phœnices, (qui & amplissimo sunt potiti imperio) ac tandem Romani. ibi enim spirat Fauonius, atq; eò poëta collocat Elysium cãpum, in quem à dijs mis-
Odyss.δ.563. sum iri Menelaum fingit.
Sed te, qua terræ postremus terminus extat,
Elysium ad campũ cœlestia numina mittent,
Quem Radamanthus habet, qua uita facillima longè
Ducit. haud cãpos Iupiter niue cõspuit illos,
Miscetur gelidis neq; tempestatibus aër,
Nulli imbres: tantũ spirat leuis aura Fauonij
Missaq; ab Oceano nimios demitigat æstus.

Etenim Fortunatę insulę ante Maurusiam sitæ sunt, qua eius extrema uersus occidẽtem extant: eodemq; Hispaniæ etiã occidui fines pertinent. Ex nomine aũt constat eas quoq; fortunatas, ideò creditas, quòd istis essent locis uicinę. Porrò Aethiopes ultimos ad Oceanũ esse docet. ultimos, hoc carmine.
Extremos hoĩum Aethiopas, geminisq; dirẽ(tos
Odyss.α.23. Partibus — (ubi ne id quidẽ ociosum est, & eos bifariam diuisos scribit, sicut infrà demonstrabitur) ad Oceanum habitare, his.
Iliad.α.423. Namq; hesternus ad Oceanum est, iustosq; profectus
Iuppiter Aethiopas, quorum conuiuia uisit.

Extremam quoq; terræ uersus Septentriones oram Oceano adiacere, uerborum ambage significauit, de ursa scribens
Exclusa Oceani prorsũ est sola ista lauacris.
Iliad.σ.489 Nomine.n. ursę & plaustri, arcticũ, hoc est
4 Septẽtrionalẽ circulũ notat. neq;.n. cũ tot sidera eodẽ in loco semp cõspicuo reuoluant, istam solam nunquã Oceano lauari dixisset. Quapropter non iã imperitiæ culpari debet, ut q loco duarũ ursarũ, unicã habuerit cognitã: cũ probabile nõ sit alterius quoq; sidus iã tũ q̃q; nũcupatũ fuisse: sed appareat ab eo tẽpore quo id à Phœnicib. obseruatũ & ad dirigendas

αἰνιττόμενος ἐκ τοῦ περὶ ὠκεανῷ κλύζεσθαι. ἐνθένδε γὰρ ἀνίσχοντα ποιεῖ τὸν ἥλιον, καὶ δυόμενον εἰς τοῦτον. ὡς δ᾽ αὔτως καὶ τὰ ἄστρα·
Ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας
Ἐξ ἀκαλαρρείταο βαθυρρόου ὠκεανοῖο.
Ἐν δ᾽ ἔπεσ᾽ ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο,
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν.

Καὶ τοὺς ἀστέρας λελουμένους ἐξ ὠκεανοῦ λέγει. τῶν δ᾽ ἑσπερίων ἀνδρῶν, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐμφανίζει, καὶ τὴν εὐκρασίαν τοῦ περιέχοντος· πεπυσμένος, ὡς ἔοικε, τὸν Ἰβηρικὸν πλοῦν, ἐφ᾽ ὃν καὶ Ἡρακλῆς ἐστράτευσε, καὶ οἱ Φοίνικες ὕστερον, οἵπερ καὶ κατέσχον τὴν πλείστην ἀρχήν. μετὰ ταῦτα δὲ Ῥωμαῖοι. ἐνταῦθα γὰρ αἱ τοῦ Ζεφύρου πνοαί. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ Ἠλύσιον ποιεῖ πεδίον ὁ ποιητής, εἰς ὃ πεμφθήσεσθαι τὸν Μενέλαόν φησιν ὑπὸ τῶν θεῶν.
Ἀλλά σ᾽ ἐς Ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς.
Τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
Οὐ νιφετός, οὔτ᾽ ἂρ χειμὼν πολύς, οὔτε ποτ᾽ ὄμβρος.
Ἀλλ᾽ αἰεὶ ζεφύροιο λιγὺ πνείοντας ἀήτας
Ὠκεανὸς ἀνίησι. Καὶ αἱ τῶν μακάρων δὲ νῆσοι πρὸ τῆς Μαυρουσίας εἰσὶ τῆς ἐσχάτης πρὸς δύσιν, καθ᾽ ὃ μέρος συντρέχει καὶ τὸ τῆς Ἰβηρίας τὸ ταύτης πέρας. Ἐκ δὲ τοῦ ὀνόματος δῆλον, ὅτι καὶ ταύτας ἐνόμιζον εὐδαίμονας, διὰ τὸ πλησιάζειν τοιούτοις χωρίοις. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε καὶ Αἰθίοπες ἔσχατοι ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ, δηλοῖ. ὅτι μὲν ἔσχατοι·
Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν.
Οὐδὲ τοῦ, διχθὰ δεδαίαται, φαύλως λεγομένου, ὡς δειχθήσεται ὕστερον. ὅτι δ᾽ ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ·
Ζεὺς γὰρ ἐς ὠκεανὸν μετ᾽ ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα.
Ὅτι δὲ καὶ ἡ πρὸς ταῖς ἄρκτοις ἐσχατιὰ παρωκεανῖτίς ἐστιν, οὕτως ᾐνίξατο εἰπὼν περὶ τῆς ἄρκτου·
Οἴη δ᾽ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.
Διὰ μὲν γὰρ τῆς ἄρκτου, καὶ τῆς ἁμάξης, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ· οὐ γὰρ ἂν τοσούτων ἀστέρων ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ περιφερομένων τῷ ἀεὶ φανερῷ, οἴην ἄμμορον εἶπε λοετρῶν ὠκεανοῖο. ὥστ᾽ οὐκέτ᾽ ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκουσιν, ὡς μίαν ἄρκτον ἀντὶ δυοῖν εἰδότος· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς ἦν πω, τὴν ἑτέραν ἠστροθετῆσθαι. ἀλλ᾽ ἀφ᾽ οὗ οἱ Φοίνικες ἐσημειώσαντο, καὶ ἐχρῶντο πρὸς τὸν πλοῦν,

πλοῦν, προελθεῖν καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας τὴν διάταξιν ταύτην· ὥσπερ καὶ τὸν Βερενίκης πλόκαμον, καὶ τὸν Κάνωβον, ἐχθὲς καὶ πρώην κατωνομασμένον· πολλοὺς δ' ἔτι νῦν ἀνωνύμους ὄντας, καθάπερ καὶ Ἄρατός φησιν. Οὐδὲ Κράτης οὖν ὀρθῶς γράφει, οἶος δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν, φεύγων τὰ μὴ φευκτά. Βέλτιον δ' Ἡράκλειτος καὶ Ὁμηρικώτερος, ὁμοίως ἀντὶ τοῦ ἀρκτικοῦ, τὴν ἄρκτον ὀνομάζων· ἠοῦς γὰρ καὶ ἑσπέρας τέρματα ἡ ἄρκτος, καὶ ἀντίον τῆς ἄρκτου οὖρος αἰθρίου Διός· ὁ γὰρ ἀρκτικός, ἐστι δύσεως καὶ ἀνατολῆς ὅρος, οὐχ ἡ ἄρκτος. Διὰ μὲν δὴ τῆς ἄρκτου, ἣν καὶ ἅμαξαν καλεῖ, καὶ τὸν Ὠρίωνα δοκεύειν φησί, τὸν ἀρκτικὸν δηλοῖ. διὰ δὲ τοῦ ὠκεανοῦ τὸν ὁρίζοντα. εἰς ὃν, καὶ ἐξ οὗ, τὰς δύσεις, καὶ τὰς ἀνατολὰς ποιεῖται. εἰπὼν δὲ αὐτοῦ στρέφεσθαι, καὶ ἀμοιρεῖν τοῦ ὠκεανοῦ, οἶδεν ὅτι κατὰ σημεῖον τὸ ἀρκτικώτατον τοῦ ὁρίζοντος γίνεται ὁ ἀρκτικός. Ἀκολούθως δὴ τούτῳ τὸ ποιητικὸν ἁρμόσαντας, τὸν μὲν ὁρίζοντα ὀφείλομεν δέχεσθαι, τὸ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκείως τῷ ὠκεανῷ. τὸν δ' ἀρκτικόν, τῆς γῆς ἁπτόμενον, ὡς ἂν πρὸς αἴσθησιν κατὰ τὸ ἀρκτικώτατον τῆς οἰκήσεως σημεῖον. ὥστε καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς γῆς, κλύζοιτ' ἂν τῷ ὠκεανῷ. κατ' αὐτὸν δέ, τοὺς ἀνθρώπους οἶδε τοὺς προσβορείους μάλιστα, οὓς ὀνόμασι μὲν οὐ δηλοῖ, (οὐδὲ γὰρ νῦν που κοινὸν ὄνομα αὐτοῖς κεῖται πᾶσι.) τῇ διαίτῃ δὲ φράζει, Νομάδας αὐτοὺς ὑπογράφων, καὶ ἀγαυοὺς ἱππημολγούς, γαλακτοφάγους ἀβίους τε. Καὶ ἄλλως δ' ἐμφαίνει τὸ κύκλῳ περικεῖσθαι τῇ γῇ τὸν ὠκεανόν, ὅταν οὕτω φησὶν ἡ Ἥρα·

Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης,
Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν.

τοῖς γὰρ πέρασι πᾶσι συνῆφθαι λέγει τὸν ὠκεανόν. τὰ δ' ἔσχατα πέρατα κύκλῳ περίκειται. ἔν τε τῇ ὁπλοποιΐᾳ τῆς Ἀχιλλέως ἀσπίδος κύκλῳ περιτίθησι τὸν ὠκεανὸν ἐπὶ τῆς ἴτυος. Ἔχεται δὲ τῆς αὐτῆς φιλοπραγμοσύνης καὶ τὸ μὴ ἀγνοεῖν τὰ περὶ τὰς πλημμυρείας τοῦ ὠκεανοῦ καὶ τὰς ἀμπώτεις, ἀψορρόου ὠκεανοῖο λέγοντα. καί,

Τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

καὶ γὰρ εἰ μὴ τρίς, ἀλλὰ δίς, τάχα τῆς ἱστορείας παραπεσούσης, ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης. ἀλλ' ἥ γε προαίρεσις τοιαύτη. καὶ τὸ ἐξ ἀκαλαρρείταο δέ, ἔχει τινὰ ἔμφασιν τῆς πλημμυρίδος ἐχούσης τὴν ἐπίβασιν πραεῖαν, καὶ οὐ τελέως ῥοώδη. Ποσειδώνιος δὲ καὶ ἐκ τοῦ σκο-

gēdas nauigationes usurpatū fuit, eius sideris institutū etiā ad Græcos fuisse ꝓpagatū: quo modo etiam crinis Berenices, & Canopus ab his recepta sunt, quib. nup admodū sunt facta nomina, nec nō aliæ multæ stellæ, q̄ adhuc carent nominibus. ꝙ & Aratus fatetur. Ergo ne Crates quidem recte scripsit;

Oceani prorsum solus caret iste lauacris:

fugiēs id, quod fugiendū nō erat. Melior Heraclitus ac Homero cōuenientior, q itidē per ursam, arcticū circulū intelligit. Terminus. n. (inquit) auroræ & uesperæ est ursa, &: e regione ursæ, aura est sereni Iouis. nimirū uerò non ursa, sed arcticus circulus, limes est ortus atq; occasus: ergo ursæ nomine, q̄ & plaustrū uocat, & ab ea obseruari Orionē dicit, arcticū intelligit circulū: oceani, horizontē seu finitorē, in quē occasus & è quo ortus fiant. Quod aūt eodē in loco circūuerti, & expertē Oceani esse ait, norat arcticū circulū describi ad id horizontis punctū ꝙ ad septentrionē omniū maximè accedit. His iā poëtæ uerba, uti cōsentaneū est, accōmodantes, Horizōtis loco debemus sumere id quod in terra Oceano respondet, arcticū aūt circulū, q̄ terrā attingat uel sensus testimonio ea habitationis parte, q̄ ꝓximè septentrionē est: itaq; ea pars terræ, si Homerico more loquaris, oceano alluet. Præterea maximè agnouit homines septētrionales: quos nominatim quidē non appellat, (cū ne hodie quidē cōmune ijs uniuersis nomē sit impositū.) sed uitæ degendæ ratione eos describit, incertis eos sedibus uagari dicēs, & splendidos equarum mulctores, lacte uescētes, inopesq; uocans. Aliâs quoque Oceano terram in orbem ambiri innuit, ita fante Iunone *Septentrionales populi.*

Namq; abeo fines terræ inspectura feracis, *Iliad. ξ. 200.*
Oceanumq; Deūm primordia.——

omnib. finibus eius Oceanū esse adiunctū dicens: extremi aūt fines circulo eā ambiūt. Et in armorū fabricatione in ora clypei Achillis rotundi Oceanus circūponit. *Iliad. σ. 606.* Ad eandem solertiā ꝑtinet, q̄d affluxus & refluxus Oceani nō ignorauit, *Aestus maris.* ſ Oceano refluentis appellationem tribuens, & ibi,

Terq; die allidit fluctus, toties q; resorbet. *Odyss. μ. 105.*

quod enim non ter, sed bis æstus maris quotidie accidit, in eo aut aberrauit à uero narratio, aut in scriptura mendū est: certè æstum maris uoluit significare poëta. Quin & id, ꝙ Oceanū leniter fluētē appellat, affluxū æstus marini exprimit, leniter accedētē, & nō omīo impetuosū. Posidoni⁹ uehemētiorē affluxū augescētis maris eo etiā innuisse Home-

rum putat, quod scopulos memorauit modo occultatos, modò detectos, & quod fluuij nomine Oceanum affecit. quorũ prius rectum est, posterius nihil habet rationis. nam neq; incremento maris aqua ita accedit, ut cursui fluminis ea accessio sit similis: & recessio adhuc
*Oceanus fluuius.* etiam magis ei dissimilis est. Cratetis expositio quippiam habet probabilius. Nam & toti Oceano uocabula profunde ac retrò fluẽtis, atq; fluuij attribuit Homerus: & partẽ quandam Oceani fluuiũ, fluminisq; fluxũ appellat, nõ de toto, sed parte Oceani loqũs his uerbis.
*Odyss. μ. initio.* Nauis, ut Oceani primùm est egressa fluẽta,
Atq; maris uasti tumidas deuenit in undas.

significans non totũ Oceanum, sed decursum fluminis in Oceano, q̃ de fluxus pars est Oceani. Hunc Crates ait refusam quandã paludem ac sinum esse, qui ab hyberno tropico usq; ad polũ meridionalem pertineat. hãc sane egressus aliquis, adhuc possit esse in Oceano. ut aũt è toto egressus aliquis adhuc fit in toto, fieri nullo pacto potest. Homerus aũt dicit, —fluuij est egressa fluentũ, &—maris deuenit in undas. quod mare non est nisi Oceanus. nam si aliter interpreteris, hoc conficietur, ut Oceano egressus Oceanum dicatur intrasse. Sed hæc prolixioris sunt disputationis. Cæterum terram, quę habitatur, esse
*Terram Oceano ambiri.* insulam, primò omnium sensu & experientia docemur. Vbicunq; enim unquam concessum fuit hominib. ad fines usq; terræ progredi, mare inueniẽ, quod Oceanum nominamus. & ubi sensu hoc depræhẽdere nõ licuit, ratio idem demonstrat. Latus enim orientale, quod est apud Indos, & occiduũ q̃ est iuxta Hispanos & Maurusios, undiquaq; circũnauigaẽ, & magna pars cùm meridionalis, tum septentrionalis lateris reliquum, quod ideò nauigatũ nondum est, quia nulli inuicem occurrerunt qui è contrarijs partibus profecti eà circumuecti nauibus fuisent, non est multum: quod intelligitur si quis utrimq; inter se conferat interualla eorum locorum ad q̃ nobis puenire licet. atq consentaneũ nõ est, pelagus Atlanticũ esse bimare, & q̃d adeò angustis dirimaẽ isthmis, q̃ obstent, ne circumiri nauib. posit, cõfluere in sese, & esse continuũ, multo est credibilius. nam qui circumnauigare frustra aggressi sunt, ij non dicunt se ne in alteram partem penetrarent impeditos fuisse obiectu alicuius terræ continentis, sed nauigabili haud secius mari se ob penuriam rerum & solitudinem retrò auersos. Iam qui Oceano accidunt affluxus atq; refluxus, ijs

σκοπέλους λέγων τοτὲ μὲν καλυπτομένους, τοτὲ δὲ γυμνουμένους, καὶ ἐκ τοῦ ποταμὸν φάναι τὸν ὠκεανὸν, εἰκάζει τὸ ῥοῶδες αὐτοῦ τὸ περὶ τὰς πλημμυρίζεσθαι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον εὖ, τὸ δὲ δεύτερον οὐκ ἔχει λόγον. οὔτε γὰρ ποταμίῳ ῥεύματι ἔοικεν ἡ ἐπίβασις τοῦ πλημμυρίδος, πολὺ δὲ μᾶλλον ἡ ἀναχώρησις οὐ τοιαύτη. ὅ, τε τοῦ Κράτητος λόγος διδάσκει τι πιθανώτερον. βαθύῤῥουν μὲν γὰρ καὶ ἀψόῤῥοον λέγει, ὁμοίως δὲ καὶ ποταμὸν τὸν ὅλον ὠκεανόν· λέγει δὲ καὶ μέρος τοῦ ὠκεανοῦ τι ποταμὸν, καὶ ποταμοῖο ῥόον, οὐ τοῦ ὅλου, ἀλλὰ τοῦ μέρους, ὅταν οὕτω φησίν·
Αὐτὰρ ἐπεὶ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο
Νηῦς, ἀπὸ δ᾽ ἵκετο κῦμα θαλάσσης εὐρυπόροιο.

Οὐ γὰρ τὸν ὅλον, ἀλλὰ τὸν ἐν τῷ ὠκεανῷ τοῦ ποταμοῦ ῥόον μέρος ὄντα τοῦ ὠκεανοῦ, ὅν φησιν ὁ Κράτης ἀνάχυσίν τινα καὶ κόλπον ἐπὶ τὸν νότιον πόλον ἀπὸ τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ διήκοντα. τοῦτον γὰρ δύναιτ᾽ ἄν τις ἐκλιπὼν ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὠκεανῷ· τὸν δὲ ὅλον ἐκλιπόντα ἔτι εἶναι ἐν τῷ ὅλῳ, οὐχ οἷόν τε. Ὅμηρος δέ γε οὕτω φησὶ, ποταμοῖο λίπεν ῥόον, ἀπὸ δ᾽ ἵκετο κῦμα θαλάσσης. ἥτις οὐκ ἄλλη τίς ἐστιν, ἀλλὰ ὠκεανός. γίνεται οὖν, ἐὰν ἄλλως δέχῃ, ἐκβὰς ἐκ τοῦ ὠκεανοῦ, ἦλθεν εἰς τὸν ὠκεανόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν μακροτέρας ἐστὶ διαίτης. Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως, καὶ τῆς πείρας ληπτέον. πανταχῆ γὰρ ὅπου ποτ᾽ οὖν ἐφικτὸν γέγονεν ἀνθρώποις ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς προελθεῖν, εὑρίσκεται θάλαττα, ἣν δὴ καλοῦμεν ὠκεανόν. Καὶ ὅπου δὴ αἰσθήσει λαβεῖν οὐχ ὑπῆρξεν, ὁ λόγος δείκνυσι. τὸ μὲν γὰρ ἑωθινὸν πλευρὸν τὸ κατὰ τοὺς Ἰνδοὺς, καὶ τὸ ἑσπέριον, τὸ κατὰ τοὺς Ἴβηρας, καὶ τοὺς Μαυρουσίους, περιπλεῖται πᾶν ἐπὶ πολὺ τοῦ τε Νοτίου μέρους, καὶ τοῦ Βορείου. τὸ δὲ λειπόμενον, ἄπλουν ἡμῖν μέχρι νῦν, τῷ μὴ συμμῖξαι μηδένας ἀλλήλοις τῶν ἀντιπεριπλεόντων· οὐ πολὺ, εἴ τις συντίθησιν, ἐκ τῶν παραλλήλων διαστημάτων, τῶν ἐφικτῶν ἡμῖν. Οὐκ εἰκὸς δὲ, διθάλαττον εἶναι τὸ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικὸν, ἰσθμοῖς διειργόμενον οὕτω στενοῖς, τοῖς κωλύουσι τὸν περίπλουν· ἀλλὰ μᾶλλον σύῤῥουν, καὶ συνεχές. οἵ τε γὰρ περιπλεῖν ἐπιχειρήσαντες, εἶτα ἀναστρέψαντες, οὐχ ὑπὸ ἠπείρου τινὸς ἀντιπιπτούσης, τὸν ἐπέκεινα πλοῦν ἀνακρουσθῆναι φασίν, ἀλλὰ ὑπὸ ἀπορίας, καὶ ἐρημίας, οὐδὲν ἧττον τῆς θαλάττης ἐχούσης τὸν πόρον. Τοῖς τε πάθεσι τοῦ ὠκεανοῦ τοῖς περὶ τὰς ἀμπώτεις, καὶ τὰς πλημμυρίδας ὁμολογεῖ

ὁμολογεῖ τῶν μᾶλλον. ταύτῃ γοῦν αὐτὸς ὁ τρόπος τῶν τε μεταβολῶν ὑπάρχει, καὶ τῶν αὐξήσεων, καὶ μειώσεων, ἢ οὐ πολὺ παραλλάττων, ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς πελάγους τῆς κινήσεως ἀποδιδομένης, καὶ ἀπὸ μιᾶς αἰτίας. Ἵππαρχος δ' οὐ πιθανός ἐστιν, ἀντιλέγων τῇ δόξῃ ταύτῃ, ὡς οὔθ' ὁμοιοπαθοῦντος τοῦ ὠκεανοῦ πανταχοῦ, οὔτ' εἰ δοθείη τούτου, ἀκολουθοῦντος αὐτῷ τὸ σύρρουν εἶναι πᾶν τὸ κύκλῳ πέλαγος τὸ Ἀτλαντικόν· πρὸς τὸ μὴ ὁμοιοπαθεῖν μάρτυρι χρώμενος Σελεύκῳ τῷ Βαβυλωνίῳ. Ἡμεῖς δὲ τὸν μὲν πλείω λόγον περὶ τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ τῶν πλημμυρίδων εἰς Ποσειδώνιον ἀναβαλλόμεθα καὶ Ἀθηνόδωρον, ἱκανῶς διακρατήσαντας τὸν περὶ τούτων λόγον. πρὸς δὲ τὰ νῦν ἐπὶ τοσοῦτον λέγομεν, ὅτι πρός τε τὴν ὁμοιοπάθειαν οὕτω βέλτιον νομίσαι, τά τε οὐράνια συνέχοιτ' ἂν κρεῖττον ταῖς ἐντεῦθεν ἀναθυμιάσεσιν, εἰ πλεῖον εἴη τὸ ὑγρὸν περικεχυμένον. Ὥσπερ οὖν τὰ ἔσχατα καὶ τὰ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης οἶδε, καὶ φράζει σαφῶς ὁ ποιητής, οὕτω καὶ τὰ τῆς θαλάττης τῆς ἐντός. περιέχει γὰρ ταύτην, ἀπὸ στηλῶν ἀρξαμένοις, Λιβύη τε, καὶ Αἴγυπτος, καὶ Φοινίκη, ἑξῆς δὲ ἡ περὶ τῆς Κύπρου. εἶτα Σόλυμοι, καὶ Λύκιοι, καὶ Κᾶρες. μετὰ δὲ τούτους ἡ μεταξὺ Μυκάλης, καὶ τῆς Τρῳάδος ἠιών, καὶ αἱ προκείμεναι νῆσοι, ὧν ἁπασῶν μέμνηται. καὶ ἐφεξῆς τῶν περὶ τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Εὔξεινον τὰ μέχρι Κολχίδος, καὶ τῆς Ἰάσονος στρατείας. Καὶ μὴν καὶ τὸν Κιμμερικὸν Βόσπορον οἶδε, τοὺς Κιμμερίους εἰδώς (οὐ δήπου τὸ μὲν ὄνομα τῶν Κιμμερίων εἰδώς, αὐτοὺς δὲ ἀγνοῶν) οἳ κατ' αὐτὸν, ἢ μικρὸν πρὸ αὐτοῦ, μέχρις Ἰωνίας ἐπέδραμον τὴν γῆν ἐκ Βοσπόρου πᾶσαν. αἰνίττεται γοῦν καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν, ζοφῶδες ὄν, καὶ ὥς φησιν·

Ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι· οὐδέ ποτ' αὐτοὺς
Ἠέλιος φαέθων ἐπιλάμπεται ἀκτίνεσσιν,
Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται.

Γνωρίζει δὲ καὶ τὸν Ἴστρον, μεμνημένος γε τῶν Μυσῶν ἔθνους Θρᾳκίου παροικοῦντος τὸν Ἴστρον. Καὶ μὴν καὶ τὴν ἑξῆς παραλίαν οἶδε, Θρᾳκίαν οὖσαν, μέχρι τοῦ Πηνειοῦ· Παίονάς τε ὀνομάζων, καὶ Ἄθω, καὶ Ἀξιόν, καὶ τὰς προκειμένας τούτων νήσους. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ἡ τῶν Ἑλλήνων παραλία, μέχρι Θεσπρωτῶν, ἧς ἁπάσης μέμνηται. Καὶ μὴν καὶ τὰ τῆς Ἰταλίας ἄκρα οἶδε, Τεμέσην καλῶν, καὶ Σικελούς, καὶ τὰ τῆς Ἰβηρίας ἄκρα, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν αὐτῶν, ἣν ἀρτίως ἔφαμεν. Εἰ δέ τινα ἐν τοῖς μεταξὺ διαλείμματα φαίνεται, συγγνοίη τις ἄν. καὶ γὰρ ὁ γεωγραφῶν ὄντως, πολλὰ παρίησι τῶν ἐν μέρει, συγγνοίη δ' ἄν, καὶ εἰ

ijs hæc sententia nostra melius cōgruit. ubiq; enim modus mutationum, incrementi, decrementiq; idem est, aut non multū uarians: quasi motu isto ab uno mari, unaq; causa pfecto. Neq; fidem meret Hipparchus, eo hanc impugnans sententiam, quòd neq; ubiq; eadem Oceano accidant, neq; ut hoc detur, inde efficiatur Atlanticum mare in se refluere atque in orbem redire. prius testimonio Seleuci Babylonij confirmat. Nos uerò maiorē partem quæstionis de Oceano & æstu ad Posidoniū atq; Athenodorum reijcimus, qui de his abundè disputauerunt. in præsentia id modo dicimus, sententiam nostram melius congruere & ad accidētium similitudinem tuendam, & quod cœlestia melius contineri possint ex halationib. marinis, si humor copiosior circūfundat. Enimuero sicut extrema & in orbem terræ circūdata nouit Homerus atq; pspicuè indicat, ita mare q̄q; internū. Id, si à columnis sumas initiū, continent Africa, Aegyptus, & Phœnice: deinde terra q̄ Cyprū circūdat, tum Solymi, Lycij, Cares, posteà litus q̄d est inter Mycalen & Troadē, insulæq; ante id sitę, quarū oīm mentionē facit: sicut & eorū q̄ sunt circa Propontidē, & Euxinū usq; ad Colchidē & quā Iason expeditionē fecit. Cimmericum etiā Bosporū nouit, ac Cimmerios ipsos, non nomen modo eorū, q̄ ipsius ætate aut paulò ante à Bosporo incursiones in oēs ad Ioniam usq; regiones fecerunt. Inclinationem quoq; regionis quā incolebāt Cimmerij p ambages significat, caliginosam scilicet: cum ita scribit.

*Mare mediterraneum.* 6

Hos aër nebulæq; tegūt: neq; splēdidus unq; *Odyss. λ. 15.*
Illustrat radijs illos & lumine Titan,
Sed tristes noctis sese extendere tenebræ
Desuper. —

Istrum quoq; notat, mentionē faciens Mysorum, quæ est gens Thracica Istrū accolens. Oram quoque maritimam quę subsequitur, Thraciā nimirum ad Peneū usq;, memorat, Pæonas nominans, & Athon, & Axiū, & ante hæc sitas insulas. Sequitur ora Gręcię maritima usq; ad Thesprotos, quam uniuersam cōmemorat. Extrema etiā Italiæ cognita habet, Temesam nominans & Siculos. itemq; Hispaniæ fines, & eorum felicitatem, ut recēs docuimus. Quod aūt q̄dam interualla apparent in medio, id uenia dignū est. cū is etiā, qui describendā sibi terrā ex pfesso sumit, multa minuta ptermittat. Ignoscendū q̄q; est, q̄d ijs q̄ historicè & ad docedū accōmodate narrat,

*ula poetarū*

fabulosa quædam attexit. neque culpandum hoc. Non enim uerum est quod Eratosthenes dicit, nullum poëtam docendo, omnes delectando gratiam captare contrariū enim prudentissimi eorū qui de poëtica aliquid locuti sunt pronunciauerunt, quippe eam esse primam quandam philosophiam. Sed alio loco plura contra Eratosthenem disseremus, ubi & rursus de poëta nobis sermo erit.

*Geographi post Homerum.*

Nunc hæc dixisse sufficiat, ut doceremus Homerum Geographiæ esse principem. Illustres sunt etiam qui eū secuti sunt uiri magni nominis & philosophię familiares. Quorum duos post Homerū primos Eratosthenes ait
7 fuisse Anaximādrum 7 Thaletis discipulum atq; ciuem, & Hecatęum Milesium. quorum ille primus Geographicam ediderit tabulā, hic scriptum reliquerit, cuius ipsum esse autorem ex cæteris eius scriptis probetur.

*Multarū rerum cognitione opus habere Geographiam.*

Iam id multi dixerūt, ad has res multiplici opus esse rerum cognitione. Præclare etiā Hipparchus in iis quæ aduersus Eratosthenem scripsit docet, cùm Geographica historia omnem tam illiteratum, quàm disciplinis deditum deceat, eam tamen absq; obseruatione rerum cœlestiū, & defectuū Solis ac Lunæ parari nullo modo posse. Verbi gratia, Alexādrea quæ in Aegypto est ad septentriones'ne an ad austrū magis Babylone inclinet, & ad quantum spacium, depræhendi non potest sine consideratione rationis climatū. Similiter quæ uersus orientem aut occidentē magis minusúe sint sita, exactè sciri sine comparationib. Solis & Lunæ eclypticis nequit. Atq; ibidē in hāc dissérit sententiam. Quicunq; locorū proprietates aggreditur explicare, proprie eò accommodant

*Astronomia.*

expositionē cœlestiū rerū, Geometricarum delineationum magnitudinū, & interuallorū ac inclinationū, calorū, frigorum, deniq; constitutionis ac naturę aëris. quando & domum ædificaturus faber hæc antè prospiciat, & urbem condēs architectus: nedum totum terrarum orbem animo concipiens uir. nam multo magis huic ea conueniunt. Nam in exiguis spaciis non magnam parit diuersitatem uersus septentrionem aut meridiem inclinatio. in uniuerso terræ habitabilis circulo, uersus septentrionem sunt usq; ad extrema Scythiæ uel Celticæ, uersus meridiē inclinant usq; ad ultimos Aethiopas. in hoc ꝑmultū est discriminis. itemq; plurimū interest apud Indos'ne habitetur, an apud Hispanos: q̄rum alteros maximè oriētales, maximè occi-

μυθώδη τινὰ προσεξέπλεκε τοῖς λεγομένοις ἱστορικῶς, καὶ διδασκαλικῶς. καὶ οὐ δεῖ μέμφεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἐστιν, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης, ὅτι ποιητὴς πᾶς στοχάζεται ψυχαγωγίας, οὐ διδασκαλίας χάριν. τἀναντία γὰρ οἱ φρονιμώτατοι τῶν περὶ ποιητικῆς τι φθεγξαμένων, πρώτην τινὰ λέγουσι φιλοσοφίαν τὴν ποιητικήν. Ἀλλὰ πρὸς Ἐρατοσθένη μὲν αὖθις ἐροῦμεν διὰ πλειόνων, ἐν οἷς καὶ περὶ τοῦ ποιητοῦ πάλιν ἔσται λόγος. νυνὶ δὲ ὅτι μὲν Ὅμηρος τῆς γεωγραφικῆς ἦρξεν ἀρκείτω τὰ λεχθέντα. φανεροὶ δὲ καὶ οἱ ἐπακολουθήσαντες αὐτῷ ἄνδρες ἀξιόλογοι, καὶ οἰκεῖοι φιλοσοφίας· ὧν τοὺς πρώτους μεθ' Ὅμηρον, δύο φησὶν Ἐρατοσθένης· Ἀναξίμανδρόν τε, Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον, καὶ πολίτην, καὶ Ἑκαταῖον τὸν Μιλήσιον. τὸν μὲν οὖν, ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα, τὸν δὲ Ἑκαταῖον καταλιπεῖν γράμμα, πιστούμενον ἐκείνου εἶναι ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ γραφῆς. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ πρὸς ταῦτα πολυμαθείας, εἰρήκασι συχνοί. εὖ δὲ καὶ Ἵππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη διδάσκει, ὅτι παντὶ καὶ ἰδιώτῃ, καὶ τῷ φιλομαθοῦντι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας προσηκούσης, ἀδύνατον λαβεῖν ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων, καὶ τῆς τῶν ἐκλειπτικῶν τηρήσεων ἐπικρίσεως. οἷον Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ, πότερον ἀρκτικωτέρα Βαβυλῶνος ἢ νοτιωτέρα, λαβεῖν οὐχ οἷόν τε, οὐδ' ἐφ' ὁπόσον διάστημα, χωρὶς τῆς διὰ τῶν κλιμάτων ἐπισκέψεως. ὁμοίως τὰς πρὸς ἕω προκεχωρηκυίας, ἢ πρὸς δύσιν μᾶλλον, καὶ ἧττον, οὐκ ἂν γνοίη τις ἀκριβῶς, πλὴν ἢ διὰ τῶν ἐκλειπτικῶν ἡλίου καὶ σελήνης συγκρίσεων. οὗτος δὲ δὴ τοιαῦτά φησιν. ἁπάντων ὅσοι τόπων ἰδιότητας λέγειν ἐπιχειροῦσιν, οἰκείως προσάπτοντες καὶ τῶν οὐρανίων, καὶ γεωμετρίας σχήματα, καὶ μεγέθη, καὶ ἀποστήματα, καὶ κλίματα δηλοῦντος, καὶ θάλπη, καὶ ψύχη, καὶ ἁπλῶς, τὴν τοῦ περιέχοντος φύσιν. ἐπεὶ καὶ οἶκον κατασκευάζων οἰκοδόμος ταῦτ' ἂν προορῷτο, καὶ πόλιν κτίζων ἀρχιτέκτων· μή τί γε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκουμένην ἀνήρ. πολὺ γὰρ τούτῳ προσήκει μᾶλλον. ἐν μὲν γὰρ τοῖς μικροῖς χωρίοις, τὸ πρὸς ἄρκτους τι ἢ πρὸς νότον κεκλίσθαι, παραλλαγὴν οὐ πολλὴν ἔχει. ἐν δὲ τῷ παντὶ κύκλῳ τῆς οἰκουμένης, πρὸς ἄρκτον μὲν τὸ μέχρι τῶν ὑστάτων ἐστὶ τῆς σκυθίας, ἢ τῆς κελτικῆς. μέχρι δὲ τῶν ὑστάτων Αἰθιόπων, τὰ πρὸς νότον. τοῦτο δὲ πάμπολλην ἔχει διαφοράν. ὁμοίως δέ, καὶ τὸ παρ' Ἰνδοῖς οἰκεῖν, ἢ Ἴβηρσιν· ὧν τοὺς μὲν ἑώους μάλιστα, τοὺς δὲ

ἑσπερίους

ἑσπερίους, τρόπον δέ τινα καὶ ἀντίποδας ἀλλήλοις ἴσμεν. ἡ αὐτὴ δὲ τὸ διττὸν ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων κινήσεως τὴν ἀρχὴν ἔχον, καὶ ἔτι τῆς περὶ τὸ μέσον φορᾶς, ἀναβλέπειν ἀναγκάζει πρὸς τὸν οὐρανόν, καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα παρ' ἑκάστοις ἡμῶν τῶν οὐρανίων. ἐν δὲ τούτοις ἐξαλλάξεις ὁρῶνται παμμεγέθεις τῶν οἰκήσεων. Τίς ἂν οὖν διαφορὰς τόπων ἐκτιθέμενος καλῶς καὶ ἱκανῶς διδάσκοι, μὴ φροντίσας τούτων μηδ' ἐπὶ μικρόν; Καὶ γὰρ εἰ μὴ δυνατὸν, κατὰ τὴν ὑπόθεσιν τὴν τοιαύτην ἅπαντα ἀκριβοῦν, διὰ τὸ εἶναι πολιτικωτέραν, τό γε ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον καὶ τῷ πολιτικῷ παρακολουθεῖν δυνατὸν, προσήκοι ἂν εἰκότως. Ὁ δ' οὕτω μετεωρίσας ἤδη τὴν διάνοιαν, οὐδὲ τῆς ὅλης ἀπέχεται γῆς. φαίνεται γὰρ γελοῖον, εἰ τὴν οἰκουμένην γλιχόμενος σαφῶς ἐξειπεῖν, τῶν μὲν οὐρανίων ἐτόλμησεν ἅψασθαι καὶ χρήσασθαι πρὸς τὴν διδασκαλίαν, τὴν δ' ὅλην γῆν, ἧς μέρος ἡ οἰκουμένη, μήθ' ὁπόση, μήθ' ὁποία τις, μήθ' ὅπου κειμένη τοῦ σύμπαντος κόσμου, μηδὲν ἐφρόντισε, μηδ', εἰ καθ' ἓν μέρος οἰκεῖται μόνον τὸ καθ' ἡμᾶς, ἢ κατὰ πλείω ἢ καὶ πόσα· ὡς δ' αὔτως, καὶ τὸ ἀοίκητον αὐτῆς ποῖόν τι, καὶ πόσον, καὶ διὰ τί. Ἔοικεν οὖν μετεωρολογικῇ τινι πραγματείᾳ καὶ γεωμετρικῇ συνῆφθαι τὸ τῆς γεωγραφίας εἶδος, τὰ ἐπίγεια τοῖς οὐρανίοις συνάπτον εἰς ἕν, ὡς ἐγγυτάτω ὄντα, ἀλλὰ μὴ διεστῶτα τοσοῦτον, ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

Si enim de Thyrea & Oropo bella ob finium ignorationem orta sunt, nimirum distinctio locorũ pertinebit ad res gerendas. nisi fortassis dicat, loca atque adeò singulis hoc in gentibus, distinguere, id quidem ad negocia tractãda facere, totam autem habitatam terram in continentes diuidere, hoc esse rem superuacaneam. Atqui nihil minus hic est. nã sum mis imperatoribus eam ob rem possit controuersia nasci, ut si alter Asiam possideat, Africam alter, ad utrum pertineat inferior, quę uocatur, Aegyptus. Cæterùm hoc omisso, ut quod sit rarum, dicendum est aliàs diuisas esse continentes magnæ diuisionis ratione, quę totam habitatam terram respiciat. propter quod ne id quidem curandum sit, quod qui fluuijs ea in re utuntur, quædam loca sua diuisione non compræhendunt, quia fluuij non usque ad Oceanum pertingunt: sicut & insulas à continentibus re ipsa diuulsas. In fine commentarij autem improbans eorum sententiam, qui uniuersum genus humanum in duas diuidunt partes, uidelicet in Græcos & barbaros, & qui Alexandro suaserunt, ut Græcos pro amicis, barbaros pro hostibus haberet: inquit rectius uirtute & malicia eos diuidi nam & multos Græcorum esse malos, & de barbaris laude dignos, ut Indos, ut Arianos, itemque Romanos & Carthaginẽses, quorum in magna sunt admiratione respublicæ. itaque etiam Alexãdrum istis admonitoribus ualere iussis, quoscunque posset nancisci uiros ęgregios, amplexum fuisse & beneficijs ornasse Quasi uerò qui ita homines distribuerunt. aliosque uituperio, alios laude dignos iudicauerunt, aliò respexerint, quàm quod apud hos leges, ciuilitas, institutio, & certa ratio agendi omnia in usu essent, apud illos negligerentur. Itaque etiam Alexander consilium hoc nequaquam spreuit, sed probans hanc sententiam, & ad consilium eorum qui sic suaserant respiciens, non diuersum ab eo, sed quæ ei consectaria erant, fecit.

*Humani generis in Græcos & barbaros diuisio.*

Εἰ γὰρ οἱ περὶ Θυραίας καὶ Ὠρωποῦ πόλεμοι διὰ τὰς τῶν ὅρων ἀγνοίας ἀπέβησαν, εἰς πραγματικόν τι καταστρέφοι τὸ διαχωρίζειν τὰς χώρας· ἢ τοῦτο λέγειν, ὡς ἐπὶ μὲν τῶν χωρίων, καὶ νὴ Δία τῶν καθ' ἕκαστα ἐθνῶν πραγματικὸν τὸ διορίζειν ἀκριβῶς, ἐπὶ δὲ τῶν ἠπείρων περιττόν. Καίτοι, οὐδὲ ἐνταῦθα ἧττον οὐδέν. γένοιτο γὰρ ἂν καὶ ἐπὶ τούτων ἡγεμόσι μεγάλοις ἀμφισβήτησις. τῷ μὲν ἔχοντι τὴν Ἀσίαν, τῷ δὲ τὴν Λιβύην, ὁποτέρου δή ἐστιν ἡ Αἴγυπτος, δηλονότι ἡ κάτω λεγομένη τῆς Αἰγύπτου χώρα. Καταλύει δέ τις τοῦτο διὰ τὸ σπάνιον, ἄλλως φατέον διαιρεῖσθαι τὰς ἠπείρους κατὰ μέγαν διορισμόν, καὶ πρὸς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἀναφερόμενον. καθ' ὃν οὐδὲ τούτου φροντιστέον, εἰ οἱ τοῖς ποταμοῖς διορίσαντες ἀπολείπουσί τινα χωρία ἀδιόριστα, τῶν ποταμῶν μὴ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ διηκόντων. τὰς μὲν δὴ νήσους ὡς ἀληθῶς ἀπολειπόντων τὰς ἠπείρους. Ἐπὶ τέλει δὲ φησὶ τοῦ ὑπομνήματος οὐκ ἐπαινέσας τοὺς δίχα διαιροῦντας ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων πλῆθος, εἴς τε Ἕλληνας καὶ βαρβάρους· καὶ τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ὡς φίλοις χρῆσθαι, τοῖς δὲ βαρβάροις ὡς πολεμίοις· βέλτιον εἶναι φησὶν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα. πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν Ἑλλήνων εἶναι κακούς, καὶ τῶν βαρβάρων ἀστείους, καθάπερ Ἰνδοὺς καὶ Ἀριανούς, ἔτι δὲ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους οὕτω θαυμαστῶς πολιτευομένους. διόπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἀμελήσαντα τῶν παραινούντων ὅσους οἷόν τ' ἦν ἀποδέχεσθαι τῶν εὐδοκίμων ἀνδρῶν, καὶ εὐεργετεῖν. Ὥσπερ δι' ἄλλο τι τῶν οὕτω διελόντων τοὺς μὲν ἐν ψόγῳ, τοὺς δ' ἐν ἐπαίνῳ τιθεμένων, ἢ διότι τοῖς μὲν ἐπικρατεῖ τὸ νόμιμον καὶ τὸ πολιτικὸν καὶ τὸ παιδείας καὶ λόγων οἰκεῖον, τοῖς δὲ τἀναντία. Καὶ ὁ Ἀλέξανδρος οὖν οὐκ ἀμελήσας τῶν παραινούντων, ἀλλ' ἀποδεξάμενος τὴν γνώμην, τὰ ἀκόλουθα, οὐ τὰ ἐναντία ἐποίει, πρὸς τὴν διάνοιαν σκοπῶν τὴν τῶν ἐπεσταλκότων.

*Finis libri primi.*

# IN LIBRVM PRIMVM STRABONIS ANNOTATA, INTERPETIS.



COElestium.] οὐρανίων. Ambiguitas est in structura, & uel seorsim hoc accipiendum, ut cœlestium motuum ac φαινομένων notet obseruationem: uel ad ζώων referendum, ut uolucres intelligantur. ego itidem ambiguum reliqui. Proximè sequente periodo interpres sensum aliquot paginarum corrupit, quibus Strabo demonstrat Homerum fuisse geographiæ principem: quarum propositionem dũ peruertit interpres, hoc effecit, ut Latina legens aliquis scopum ipsum & institutum autoris minimè poßit assequi.

2. Terram undiquaq; Oceano cinctã.] Vt in Achillis clypeo, ubi Oceano eam ob causam oram eius clausit. Iliad. σ. 606. Item Iliad. ξ. 200. ut infrà Strabo exponit. Per eos qui mari alluantur Aethiopes intelligo, de quibus mox ipse ex Homero.

3. Inaudiuerat de Hispan. nauig.] Πεπυσμένος lego, non πεπλασμένος. & πλοῦς est nauigatio. Puto antem locum intelligi, ad quem nauigarat Hercules, nimirum fretum per quod Oceanus intra Hispaniam & Africam irrumpẽs, mare mediterraneum efficit. per quod fretum in mare Atlanticum egreßis non est longa ad fortunatas insulas nauigatio.

Ex nomine.] Nõ satis assequor quid sibi uelit: puto tamen sensum esse: ob insularum fortunatarum propinquitatem Hispaniæ quoq; & Africæ occiduos limites pro beata habitatione reputatos.

4. Arcticum, hoc est septentrionalem circulum.] Nimirum eum, non qui à polo Zodiaci circa polum mundi describitur, & ad Zonam frigidam septentrionalem finiendam adhibetur: sed quẽ in sua sphæra Proclus exponit, Tropicis & æquatori ipsum quoq; parallelum, & qui describatur circa polum conuersione eius puncti Sphæræ cœlestis, quod horizontem attingit, quà eum in parte septentrionali meridianus circulus secat. Eum circulum Proclus ait describi à priori pede ursæ maioris in sua habitatione. Quæcunq; intra hunc circulum & polum mundi supra horizontem extantem intercipiuntur stellæ aut partes cœli, nunquam occidunt eo in situ. Itaq; cum is totam (. demtis posterioris pedis non admodum nobilibus ijs stellulis.) ursam maiorem includat, sidus longè notißimum, non ineptè Homerus inde nomen ei fecit: uideturq; Proclus eundem quem Homerus arcticum circulum intellexisse, ut respexerint ad mediam ferè Græciam & Athenas, ubi latitudo seu eleuatio poli est 37 $\frac{1}{2}$ circiter partium siue graduũ. Certius sciri hoc posset, si quam prioris pedis (. neq; enim unica est.) stellam Proclus uellet accipi, expreßisset. Hodie ad eum sitũ proximè faceret stella quæ est infra dextrum genu. Sed notum est stellarum declinationes motu, quem octauæ Sphæræ uocant, inæqualiter uariari: itaq; subtilius rem hoc loco persequi non uacat. Id quidem in promptu est, stellam hanc quæ circulum arcticum talem describat, tantum debere à polo mundi abesse, quantum interest inter horizontem & polum, hoc est, quanta loci est latitudo, cuius arcticus circulus describitur. & quò maior latitudo loci est, eò erit arcticus ille quoq; amplior, in Sphæra recta prorsum nullus. Apud nos hic arcticus describitur à stella quæ in humero bootis sinistro est, tertiæ magnitudinis & caput Gorgonis leniter admodum excludit, & hædos in Erichthonio, siue auriga. itaq; hæc sub horizonte admodum exiguo sunt tempore. Includit autem totam ursam utramq; & draconem, Cepheum, & Caßiopeam, quæ Homericus quoq; arcticus, demtis pedum ursæ maioris, paucisq; ijs obscuris stellis complectitur. atq; hæc sunt illa sidera, quæ Homero iuxtà atq; ursa lauacris Oceani abstinẽt. Noster autem Arcticus præterea continet capram nobilißimam ac primæ magnitudinis stellam, & dextrum quoq; aurigæ fulgentem humerum, lucidasq; Cygni, quam Vuegam barbari uocant, & in dextro latere Persei micantem, quæ est ijsdem Alchenis, secundæ omnes magnitudinis. Quæ cum nunquam occidant, ad horas noctu indagandas & alia id genus conducunt. Sed de his plus satis hoc loco.

Quapropter non iam imperitiæ culpari potest.] ὥστ' οὐκ ἔτι ἀπειρίαν αὐτοῦ καταγινώσκουσιν. ad uerbum. Non ergo iam eum imperitiæ damnant. nimirum æqui & rerum gnari lectores. Nam imperiti poterant repræhendere, quod solam ursam diceret nunquã occidere, cum Cynosura quoq; & Cepheus &c. nunquam occidant.

Iam tum quoq; nũcupatum fuisse.] τὴν ἑταίραν μὴ ἠνομοθετῆσθαι. Ita legitur etiam in Aldino codice, itaq; legit interpres noster. neq; is modò, sed Cælius quoq; Calcagninus, ut quidem eius traductionẽ huius loci citat Zieglerus in Sphæram Porocli cap. 2. Ego tamen μὴ illud expunxi, cum et contra ueritatem historiæ pugnet, & loci sententiam euertat. Historiam dico, quia constat à Thalete Milesio primùm Cynosuræ sidus fuisse inuentum, quo in nauigationibus uterentur Phœnices. quod etiam ex Callimacho demonstrat Laertius, & est idem apud Hyginum atq; Eustathium. Multis autem ætatibus posterior fuit Thales Homero. Astyagis Medorũ, & Tarquinij Prisc. Romanorum regis æqualis. non debuit ergo Homerus culpari, qui illud sidus ἄρκτου nomine non affecerit, cum aliquot pòst seculis ei Thales id nominis indiderit. Sententia autem hæc est. Stellis non statim initio, sed successu temporis modò his, modò alijs nomina sunt indita, eæq; notiores ut essent in figuras distributæ. Græci quia stellis Helices utebantur, ideò maturius eas ursæ figura ac nomine compræhenderũt, interim

stellis Cynosuræ & alijs in figuram nequaquam collatis, quomodo et adhuc ἀμόρφωτοι (.sic enim uocat etiam Ptolemæus )remanserunt. Berenices comam (.ut ex Callimacho Catullus retulit. ) in Ptolemæi gratiam sidus fecit Conon, stellis quæ post helicen haud procul Leonis signo uisuntur, & tunc nomine carebant, eò accommodatis. ita in Adriani gratiam stellæ informes infra aquilam uersus sagittarium, Antinoo sunt attributæ. De Canopo non admodum habeo quod dicam. uulgò putatur à Menelai gubernatore nomen accepisse, uel quod apud urbem à Menelao Canopi nomine in Aegypto conditam primùm ea stella uideatur meridiē uersus proficiscentibus, ut habet Eustathius in Dionysium. quod si sit, non recens sanè Straboni, sed uel Homero antiquior fuit appellatio. Porrò Eustathius Homeri locum explanans, non hāc modò causam affert, cur Cynosuræ mentionem non faciens solam ursam neget occidere: sed & grammaticam satis argutam. nempe ut particula μόνη dicatur respectu aliorum quæ commemorauit siderum, pleiadum, hyadum, atq; Orionis, quæ occidere satis est notum. Iam Aratus stellas quasdam adhuc nomine carere ostendit & aliâs, & in descriptione uirginis

—ἀλλ' ἄρα πάντες

Ἁπλόοι, ἄλλοθεν ἄλλος ἀνώνυμοι φορέονται.

Ad Cratetis opinionem quod attinet, uidetur is uoluisse οἶος solus ad Orionem referre, si tamen ita imperitus fuit, ut uel Orionem, uel Booten (. nam hunc Orionem hoc loco uocari cum Hesychij tum Theonis in Aratum testimonio, eūdem arctophylacem, Booten, & Orionem appellari affirmantis, ac τρυγητὴν, id est, uindemitorem, uidetur posse doceri, tum quod Orion sidus meridionale huc non quadrat.) putauerit nunquam occidere. itaque hic amplius. Heracliti sententia minus est obscura.

ἀ γνώριμος Discipulus.

Aura sereni Iouis.] οὖρος quod terminum interpres non rectè transtulit. Hoc autem significat meridiem, & quod arcticus dicitur limes esse seu terminus ortus & occasus, id intelligendum est ratione eius puncti, quo is Horizontem attingit. id enim semper æquo interuallo, abest ab ortu & occasu, quemadmodum id quoque, quod meridiei est, & eregionè istius intelligitur.

Homerico more.] κατ' αὐτόν. δὲ autem particula quæ sequebatur, à me est expuncta, nisi quis post ἀνθρώπους demum eam reponi uelit, quod nō improbo.

Incertis sedibus eos uagari.] νομάδας. quod pascendo pecori assuetas ineptè uertit interpres, cum sint Quorum plaustra uagas ritè trahunt domos, ut Horatius eleganter expreßit 3. Od. 24. ideoq; ἁμάξοικοι à Strabone infrà lib. 7. uocantur. Homeri locus est initio Iliadis xiij. & conferri cum his possunt Eustathiana.

5. Oceano refluentis appellationem.] ἀψόρροον. cum alibi, tum Odyss. υ. 65. ubi Eustathius in se redeuntem ambita terra interpretatur.

Leniter fluentem.] ἀκαλαρρείτην sic etiam Eustathius accipit. Iliad. η. 422. atq; ibidem βαθύρροος uocatur. Fluuium autem uocat Oceanum Homerus Iliad. ξ. 245. & in fine Odyss. λ. Atq; initio sequētis libri, qui locus à Strabone est adductus.

6. A' columnis.] Perobscurus est locus, qui hunc antecedit. Hîc autem loquitur de columnis, quas uocant, Herculis; quâ mare Atlāticum à Gadibus inter Africam & Hispaniam uersus ortum solis irrumpens, usque ad Phœniciam porrigitur &c. De Cimmeriorum eruptione uide Herodotum libro primo, ubi de Ardye Gygis F. loquitur, cuius ætate ea facta est. Fuit is Iosiæ æqualis regis Iudæorum, ac Tulli Hostilij & Anci Romanorum regum. Sub hoc ad Palæstinam usq; progressos Scythas est in Chronica Eusebij. De Homero ad Plutarchum diximus quæ de ætate eius habeantur. cum quibus hic locus facilè potest comparari. Quibus autem locis Homerus singulas commemoret regiones, urbes, amnes, & alia, in progressu Strabonem secuti aperiemus.

Temesam & Siculos.] Error interpretis annotatus iam antè est ab alijs. & de ea dicemus libro 6. Siculorum mentio est sub finem Vlisseæ xx.

7. Thaletis discipulum.] γνώριμον. uel ex Suida constat Anaximandrum fuisse Thaletis discipulum, μαθητὴν pro quo hîc ponitur γνώριμος. Sic Cicero Lucullo. Benè autem nosse Carneadem Metrodorus putabatur. I. de Oratore. atq; hæc de Carneade dicuntur, quem audiuit Metrodorus. Possem hoc sexcentis alijs docere testimonijs, sed non est huius id instituti. Hoc ipso libro (. ut unum saltem adducam. Bio Zenonis discipulus, γνώριμος dicitur.

Et ad quantum spacium.] ἐφ' ὁπόσον διέστηκε. Non quæritur quot stadia intersint inter Alexandream & Babylonem, quod falsò posuit interpres, sed quæ sit harum urbium situs latitudinis differentia, ut in scholis loqui receptum est, hoc est, cum neutra sit sub æquatore sita, utra earum magis uersus septentriones (.nam in hanc partē declinant.) ab eo distat, & ad quot partes circuli maximi. id quod ratione climatum deprehendi uerum est, & quibus ea distinguuntur parallelorum. Latitudo Alexandreæ partium 31. est minor 4. partibus quarum 360. integrum circulum explent quam Babylonis, ubi polus noster eleuator gradibus 35. et sub parallelo 10. hæc, illa sub 8 ponitur. Longitudines autem locorum quæ ad occasus & ortus discrimen referuntur, comparandi per eclipsium obseruationes ratio est expeditißima, ut fatentur Mathematici, qui tamen alios quoq; huius rei quasi δευτέρους πλοῦς excogitarunt, hîc non referendos. Alexandreæ longitudo est 60. 30. Babylonis 79. ut in promtu sit colligere, hanc à Meridiano fortunatarū insularum multò abesse quam illam longius. Hæc autem longitudinum & latitudinum comparatio cum totius est Geographiæ, tum & distantiæ locorum inueniendæ fundamentum.

8. Ac quodammodo hos illorum antipodas.] Hæc uerba quin ad cōparationem Indorum atq;

atq; Hispanorum pertineant, dubium esse diligenter inspicienti potest nemini. Interpres inepte ea ita transtulit, ac si in genere hic affirmaret Strabo, esse Antipodes: quos ullos esse post a Lactantiu etia b D. Augustinus aliquando negauit. Itaq; Apianus in sua Cosmographia huius loci testimonio Antipodas adstruit. Sed illud quodammodo, τρόπον τινὰ, non est de nihilo additum. nam non statim ἀντίποδες dici prohibent, quos longitudinis maximum interuallum diuidit, cum poßint uel antoeci esse, si in eodem parallelo sint, demto æquatore, uel alioquin non in unius lineæ circulum axis instar dimetientis extremitatibus seu polis duobus siti esse. sed ea de re alios consule.

a Lactant. 3. 24.
b August. Ciuit. Dei 16. 9.

9. Illic terra suos.] Mutare hic nihil sum ausus, tametsi mihi locus sit suspectus. hæc enim non de Thebis dicuntur apud Homerum. Odyss. δ. 229. sed simpliciter de Aegypto. Et Thonem fuisse ad Canobicum ostium, satis profecto longe à Thebis, Eustathius copiose disserit. Hoc itaq; in uniuersum de Aegypto dictum est, aut certe non de Thebis adeo procul dißitis. de quibus Achillis uerba diserte loquuntur. Fortaße scripsit Strabo τῶν δὲ τῶν Αἰγυπτίων —τῆ πλεῖστα φ. ἀρ. & θηβῶν. Αἰθ' ἑκατ'. uix enim credo esse lapsum memoria in hac re. Mox pro ἐκ τοῦ λόγου μαρτυρεῖ, non uidetur sta re sententia, nisi μαρτυρεῖ τις, legatur.

10 Diuersis è patrijs.] ἀπ' ἀλλησεστίας. Laribus diuersis. Interpres (cuius errata persequi neq; utile uidetur neq; iucundum, & est laboriosum, & de eius lapsibus non raro alij ante nos sunt conquesti.) is ergo non ἑστίας uidetur legisse, sed αἰτίας: uertit enim alia de causa. Sed nostra, quæ & Aldi est, lectio multo quadrat rectius. non enim de causis bellorum hic disputatur, sed de locis, quibus in locis ea geruntur.


11. Suæ quidem stulticiæ.] Ἀνοίας. interpres uertit ignorantiæ, ut uideatur legisse ἀγνοίας.

Geographiæ maior pars.] τὸ μὲν δὴ πλεῖον, ὥσπερ. Sic & Aldus & interpres. Et hoc quidem, quod amplius est. Sed uerba sic posita nullam dant sententiam, ut mirum non sit lapsum esse. lego πλέον. Est autem collatio philosophiæ moralis cũ geographica.

Ius quidem definierunt.] Thrasymachus Sophista apud Platonem à πολιτειῶν.

Delectationem præbet.] c διαγωγὴν προς. institutionem noster imperite. est enim διαγωγὴ delectatio ad fallendum temporis tædium frangendumq;(ut d Flaccus noster ait.) morantẽ diẽ, Kurtzweil.

12. Aut è communibus.] Hæc ferè ad uerbum reddidi, cum sint sanè confusa, & fortaßis deprauata. ἢ legendum est, non ἢ τῶν κοινῶν, quod interpres secutus totum locum corrupit, cum ἢ etiam Aldinus codex habeat. Vult autem Strabo ostendere qua ratione fidem faciamus hypothesibus Geographicis: quarum apud Ptolemæum libro primo. μεγαλ. συντάξ. extant demonstrationes. Et præfert noster autor argumenta ex obseruationibus τῶν φαινομένων sumta, ipsoq; sensu teste cõfirmata, ijs quæ ex natura & causis physica afferuntur. Quod autem dicit de lumine eminus à nauigante conspecto tum cùm in sublime elatum longius quàm antè, dum tamen non uidebatur, ab oculo uidentis remouetur, maximo est documento, terram cum aqua globum constituere. Esto oculus a. lumen b. quod ob tumorem aquæ uideri nequit. Sed si sursum in c. usq; attollatur, uidebitur radio a c non intercepto ut antè. atqui euidens est lineam a c longiorem esse quàm lineam a b. utpote subtentam angulo b obliquo, cum angulus c sit acutus, & ob id minor per decimam nonam primi Elem. Euclidis. Eadem est ratio, si oculus tollatur in altum, ut uerbi gratia, si in malo nauis sedeat in d. Sic Vlisses apud Homerũ supra aquei globi curuitatem consuetam ab unda elatus terram uidit, quam subsidente fluctu non potuisset cernere.




13. Climatum & uentorum.] κλιμάτων καὶ ἀνέμων, forte ἡμερῶν, dierum: non uentorum. neq; enim solis declinatio uentorum causa est, aut unum clima non nisi peculiarem unum uentum habet. Sed diei quem artificialem uocant ortu & occasu solis inclusi diuersam quantitatem locis declinatio à metis intra quas solis cursus uertitur, efficit.

Et ciuilibus hominib.] καὶ τὸ πολιτικόν. τὸ abundabat ita ut sensui quoq; officeret.

c διαγωγή.
d 2. Od. 7.
e ἐγκυκλίας.

Disciplina circulari.] ἐγκυκλίου ἀγωγῆς. Sic uocat, qua informantur & erudiuntur etiam ij, qui exquisitam scientiam non quærunt, neq; totos se studijs philosophicis mancipant, sed satis habent utcunq; non prorsus omnium liberalium artium esse ignari. qualis ferè hodie plerorumq; in scholis uersantium est conatus. Ex hoc loco satis apparet, quale genus fuerit librorum & disputationum ἐγκυκλίων, quorum meminit 1. de Cœlo, & 1. ad Nicom. atq; alibi Aristoteles.

Historicos comp. commentarios.] Meminit horum Strabonis cõmẽtariorum Plutarchus noster in Lucullo. ad eosdem.) καὶ πρὸς αὐτοὺς ἄνδρας. lego πρὸς τοὺς αὐτούς.

Aliquid adijciamus.] προσλαβεῖν. forte

προσβαλεῖν, tametsi etiam illud tolerari potest.

14. Quid tandem Bio.] Hunc totum locum interpres non est assecutus, εὐκαταδρόχασον uertit discurri facilem, nullo sensu & ridiculè. quis enim audiuit unquam homines discurri. Est autem elegans admodum uox. καταδρέχειν τινὸς Græcis significat reprehendere ac uituperare, eynen außrichten. quia quasi obiter in decursu sermonis id fiat. Inde εὐκαταδρόχασον dixit noster, qui mereatur ita carpi, ac contemtim rodi. in Græco post πολλάκις εἰπεῖν ἄν uidetur extritum uerbum ἦν. Est autem sensus hic. Valdè laudat Eratosthenes Bionem suum, amictum diuina quadam sapientia: (Laertius scribit ob omnis generis doctrinam, Bionis, Eratosthenem de eo pronunciasse, hunc primũ floridam induisse uestem.) ego autem uidere uelim, quid nam hoc sub amictu Bio texerit: an præclari aliquid, sicut Vlisses Homericus, qui pannis mendici in morem obsitus, tamen ad pugnam cum Iro se parans, femur præclari & robusti corporis argumentum denudauit: ita ut non sine magna admiratione proci malè Iro ominarentur, eo femore conspecto. Sic (inquit Strabo) miror ego quid tãdem egregij ex florido isto pallio sit Bio iste prolaturus Eratostheni tam ualdè laudatus. Locus Homeri, ad quem hîc alluditur, est Vliss. Σ. 74. Et uult ostendere Strabo, longè secus Bioni euenisse & Eratostheni, nihil operæprecij promentibus ex tam splendido habitu. Cæterùm Zeno Citiensis, cuius æqualis fuit Eratosthenes, floruit sub Ptolomæo Euergeta & Antigono Dosone, post confectum maximè primum bellum Punicum, circa Olympiadem 136$^{am}$. de eo & reliquis uide Laertium, Suidam, alios. Paulò antè πόλιν, οἱ καὶ κατ' Ἀρίστωνα: καὶ expunxi ut à librario, non à Strabone profectum.

15. Eiresione Atticæ.] Perineptè hunc locum interpres extulit, nescio quas ramalium Atticorum commentus obiurgationes. quasi uerò κατηγορεῖν non sit nisi accusare: cum aliquid de aliquo dicere, aliquid alicui attribuere significet propriè, quod uel in triuialibus est notum scholis. Eiresiona quid sit, è Plutarchi Theseo, Suida, scholiaste Aristophanis, Eustathio ex Pausania in fine commentariorum Iliad. χ. satis potest constare. Clemẽs Alexãdrinus libri Stromateῶn quarti initio idẽ uersib. Sophoclis et Timoclis comici admodũ uenustè expressit, dignis lectu & memoratu. Adscripsi locum, propter eos, quibus eius libri copia non est, harum rerum studiosis. ἦν γὰρ τὴν ἐπιγραφὴν κυρίως ἔχειν οἱ τῶν ὑπομνημάτων στρωματεῖς, ἀτέχνως κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἀπηνθισμένην προσφορὰν, περὶ ἧς Σοφοκλῆς γράφει.

Ἦν μὲν γὰρ οἰὸς μαλλὸς, ἦν δ' ἀμπέλου
Σπονδή, καὶ ῥὰξ εὖ τεθησαυρισμένη,
Ἐνῆν δὲ παγκαρπία συμμιγὴς ὀλαῖς,
Λίπος τ' ἐλαίου, καὶ τὸ ποικιλώτατον
Ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

Αὐτίκα οἱ στρωματεῖς ἡμῶν κατὰ τὸν γεωργὸν Τιμοκλέους τοῦ κωμικοῦ, σῦκα, ἔλαιον, ἰσχάδας, μέλι προσοδεύουσι, καθάπερ ἐκ παμφόρου χωρίου. δι' ἣν εὐκαρπίαν ἐπιφέρει.

Εὖ μὲν εἰρεσιώνην, οὐ γεωργίαν λέγεις.
ἐπιφωνεῖν γὰρ εἰώθασιν Ἀθηναῖοι.
Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι.

Tres primi uersus Sophoclis menda non uacant, quanquam nulla sententiæ iniuria. Adduxi autem, ut Hipparchi sensum aperirem, nam Eiresiona, ramus oleæ lana redimitus, non mala aut pira habebat appensa, sed ficus & alia quæ referuntur: & nihilo tamen minus erat Eiresiona, etsi malis, pirisq; careret. Ita poeta suum tueri titulum atq; ordinem potest καθ' Ἵππαρχον, tametsi non omnibus rebus excellat, modò ne prorsus omnium cognitionem & traditionem ei adimus.

16. In tentandis animis.] Nescio quò hoc pertineat, an ad narrationem Iliadis libro secundo, ubi dissuadet discessum à Troia, et pro dignitate cùm proceres, tum uulgus tractat. nisi ad Dolonem placeat referre. Imò uerò referemus ad exploratos ab Vlisse suorum animos, Eumæi, Philoetijq;, Odyss. ξ. π. υ. φ. deprecator ad Achillem mittitur ab Agamemnone Iliad. ι.

17. Cum se ostentaret.] κατὰ τὰς ἐπιδείξεις, cùm in publicum prodiret poeta, & carmen suum recitaret. notus est huius uocis usus ex scriptoribus Græcis, interpres totum hunc locum ita conuertit, sicuti & pleraq; alia, ut mirum sit si quis ex ipsius uerbis aliquid sententiæ elicere potuerit, quod Strabonianum gustum præbeat. Quod ad Cadmum Phœnicem attinet, nota sunt quæ de eo passim feruntur. sed adscribenda duxi Plinij uerba, ut locus fieret illustrior. De poematum, inquit, origine magna quæstio est. ante Troianum bellum probantur fuisse. Prorsam orationem condere Pherecydes Syrus instituit, tẽpore Cyri regis. Historiam Cadmus Milesius. Hæc ille lib. septimo capite LVI. ex quibus liquet, non de litterarum inuentore Cadmo, sed alio quodam autorem loqui. cuius eodem meminit eulogio, libro quinto, capite 29. de Mileto Ioniæ urbe scribens. Hecatæus porrò princeps Geographiam scribere aggressus est, ut suprà indicauit Strabo. De raposodia uide quæ annotauimus in Plutarchomericis.

18. Horribili figura.] τύπων ἀορίστων. suspecta uox. ad hũc locum uide quæ Plutarchus in Numa de conficta religione disputat.

19. Cimmeriorum excursionem.] De qua suprà annotatione 6. Cæterum uerba in Græco sunt corrupta. ἢ κατ' αὐτὸν. ἀναγράφειν δὲ ὡσαύτως καὶ τοὺς κόλχους. Coniecturis suis qui tantum detulerunt autoritatis, ut in summis scriptoribus expungere quod erat à librarijs traditum, & sua inuenta ijs abolitis sufficere auderent, pessimè sunt omnium peritorum iudicio meriti de optimis literis, utcunque studio iuuandi decepti. Ego mutare quicquam nisi quod uel Aldinus codex uel interpres iubeant mutare sitq; liquidò falsum, nequaquam ausus sum. Sic tamen hæc scripta fuisse à Strabone

bone omnino iudico, uti subijciam. ἢ κατ' αὐτὸν ἀναγράφουσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ Κολ.

20. E Scythica.] Nō dubitaui pro ἠθικῆς reponere σκυθικῆς, cùm interpres quoq; sic legerit, & sensus doceat ita esse legendum.

21. Sed à Surrento.] Κατὰ συρέντων. Aldinus codex κατὰ συρέντων, interpres deductis. Ego Geographiæ secutus rationem, non dubitaui restituere ueram lectionem, totidem planè litteris, iisdemq; adeò comprænsam, κατὰ Συρέντον. Surrentum, inquit Plinius 3.5. (ut alios citare supersedeam.) cum promontorio Mineruæ, Sirenum quondam sede. non ita multo post pro ὑπὲρ Ἐρατοσθένους, legi ὑπὸ Ἐρατ. Et pro τῶν ὁδῶν, legi πόδι, quod & Aldus habet, & persæpe noster ex πόδι fecit τῶν.

22. Futiliter uano.] γλῶτταν ἐν κελαδεῖν. uid etur esse uersiculi pars.

23. Danaus, quòd Argis aquatica instrumenta.] Τὰ ὕδρεια. Interpres inundationes. Sic autem uocat Strabo puteos, quos instituit Danaus ex Aegypto aduectus in Græciam, quæ nimirum ab aquarum defectu uocabatur Argos dipsion. Plinius 7.56. & Eustathius in δ. Iliad. uocabulum πολυδίψιον exponens, filias eius ex Aegypto Argos profectas φρεωρυχίαν docuisse, hoc est puteorum effoßionem, tradit ex Hesiodo, cuius etiam uersum citat.

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὸς ποίησεν ἔνυδρον.
Apud eundem hic Strabonis locus citatur, scribiturque ὕδρεια. quod ut rectū et analogiæ cōgruēs, reposuimus cū haberemus ὕδρια. Suidas. ὕδρεια τὸ ὑδρεύεσθαι. ὑδρία δὲ τὸ ἀγγεῖον. idq; infra secutus ubi de aquis Phari disputat, ει diphthongum pro ι simplici restitui. Eustathij locus est in principium Odyss. κ. ex eodemq;, quod aliàs coniectura duce eram facturus, inferius pro ἀνευρεῖν scripsi ἂν εὑρεῖν.

24. Dispositione.] Διαθέσεως. Credo hoc uocabulo intelligi debere exornationem quæ rebus gestis narrandis adhibetur. & quod sequitur τῆς διαθέσεως ἐνέργειαν εἶναι τὸ τέλος, efficaciam esse finem dispositionis, mutare quidem ausus non sum: credo autē pro ἐνέργειαν esse scribendum ἐνάργειαν, hoc est perspicuitatem & euidentiam. idq; ut credam, Strabonis exemplum de pugnis me mouet. Nā ἁ διάθεσις est, quod uerbi gratia describitur & quasi depingitur quomodo Sarpedon Tlepolemum, Sarpedonem Patroclus, hunc Hector in pugna interfecerit. multoq; magis mouet tam illustris & euidens narratio, quam si simpliciter quis scribat Patroclum ab Hectore cæsum. Iudicent atq; dispiciant docti.

25. Grates, Partibus, &c.] Ἡ μὲν δυσομένου asseuero legendum esse sicut reposui, non ut est in Aldino, & altero, Ἡ μὲν δυσομένης ὑπερίονος, ἡδ' ἀνιόντος. nam quò referretur femininus articulus ? & pauló pòst ubi Aristarchus reprehenditur, hæc lectio sic exponitur, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς δύσεις: quod omnino cum poetico usu particularum ἡμὲν & ἠδὲ congruere, notum est.

26. Nomades, ut Homerus.] Apud Homerum non memini me legere hoc uocabuli. Sed puto intelligi, quod populos post Thraciā habitantes ἀβίους uocat, quod ἁμαξοβίους & νόμαδας pleriq; intelligūt. initio Iliad. ν. quales & Horatius describit. 3. Od. 24. Versus Aeschyli non solicitè distinxi, in tanta uarietate. in Phaethonte) τῶν τ. legi ἐν τῷ. Citat hanc tragœdiam etiam Athenæus.

27. Suberis umbra.] Legebatur σκιὰν. quasi uerò umbra pondere cum subere comparetur. Suber est res leuißima, qua ipsa cum aliquid adhuc leuius diceret, umbra suberis, rei leuißimæ, leuius dixisse arbitror. Quo modo cum fumus res sit uilißima, tamen humanæ conditionis ut extremam uilitatē exprimeret, quidam καπνοῦ σκιὰν nos esse dixit, fumi umbram. Plutarchus de dicto Pindari, ἄνθρωπος σκιᾶς ὄναρ. Significanter (inquit) ac scitè usus hyberbola, uitæ humanæ conditionem expreßit. παραμυθητικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον. Compendia autem scribendi facilè potuerunt efficere apud librarium incurium, ut σκιᾶς in σκιὰν mutaret. certè χρηστομαθείᾳ è Strabone (quod compendium huius geographiæ usurpatur.) σκιᾶς habent. & λαγῶ scripsi pro λαγὼς, ut sit, quod requiritur, patrij casus. Scytala seu epistola Laconica quàm fuerit exigua, aliundè disces.

28. Sicut ipse dicit.] φήσαντα, ὅλ᾽ ἀπό. Aut librarij est error, aut lapsus memoria Strabo. Non enim Menelaus de se, sed hoc de ipso narrat Nestor Telemacho. odyss γ. 299.

29. Figura utitur sibi familiari.] Nempè quā genere uel toto posito, species siue pars subijcitur nõatim πρόληψις ea figura dicitur Eustath. Iliad. θ. πλατεῖαν πρόληψιν
ζόμενον ποιητικὸν uocat. Nam commemoratis Troianis, Hector nominatur, ipse quoq; Troianus & Troianorum dux filij Oenei, & eorum præcipuus Meleager. Gargarus Idæ pars. Euboeæ urbes Chalcis & Eretria. Paphus Cypri urbs. Ita in sacris etiam literis. Mar. 16. dicite discipulis eius et Petro. qua de re suo diximus loco

30. Atq; Arabis natam.] Καὶ κούρην Ἀραβοῖο, scriptum erat, sed κούρην Ἀραβίοιο legēdum non tam uersus docet lex, quam Eustath. in Dionysium, citās hoc frustulum distichi. κούρην Ἀραβίοιο. restituo etiā pro Ἑρμάων, Ἑρμέης. Nam ἀκακήτης est epitheton Mercurij Eustathius in hunc ipsum de Erembis locum Homeri citat in hanc sententiam Hesiodum ἐν τῷ ἑαυτοῦ καταλόγῳ. quod uitiosum esse in promtu est. Suidas refert, quinq; libris hunc poetam Heroinas recensuisse, ut pro ἑαυτοῦ appareat. legendum Ἡρωϊνῶν.

ἁ διάθεσις: Eustathij locus

31. Alcmani latipedes.] Στεγανόποδας. Interpres nescio cur uertit. qui digitos interiectos alios pedum digitis habent. Fortaßis eos dicit, qui ita lato pede perhibentur in India esse, ut supini recumbentes eius umbra totum corpus tegant atq; ab æstu Solis tueantur. Neque id suspicor tantum rei fabulosæ mentione ductus, & uocis στεγανὸν adiutus significatione: Sed analogiam

etiam secutus eorum animalium, quæ Suidas ac Fauorinus στεγανόποδα aiunt appellari, quòd latos & non in ungues diffissos habeant pedes, ut sunt olores, Pelicani, anseres, anates. Canicipites quidem inter similia mõstra referuntur, & qui oculos habeant in pectore. Eadem referuntur à nostro infrà, lib. VII.

32. Omnino de Iasonis.] Ἀρχὴν φησί. Erat scriptum ἀρχήνην, quod secutus interpres nescio quid de regionis eius quæ principe commentus fuit. sed eum missum facio. ἀρχὴν aduerbialiter significat omnino, prorsus, statim ab initio, etiam in sacris litteris, non infrequenter apud Sophoclem. ut in Antigona.

ἀρχὴν δὲ θηρᾶν μὴ πρέπει τἀμήχανα.

Iam primum non decet nefas sectarier. Sic Theogonis Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον, & Crantor apud Plutar. παραμυθητ. ἀρχὴν γὰρ γενέσθαι ἄνθρωπον, συμφορὰ ἡ μεγίστη.

Mox Euneum.] Εὔνεων. Sic & suprà. Homerus εὔνηον uocat Iliad. η. fine, & loco suprà citato. paulò pòst δεικνυμένων πεπιστευμένων. lego πεπιστευμένην.

33. Aegleten Anaphenq́;.] Quid sit αἰγλήτη, nescio. & sanè opus hæc erat meliore codice. pro λείπων Aldus habet λέγων.. de cæteris diuinaui. Harmonia fortaßis loci nomẽ ad Adriam fuit, à Cadmi uxore ductum, in anguẽ mutata. quæ fabula ex Ouidio est nota, & sequitur. Pola est Istriæ urbs. de qua infrà libro V. pro λᾶα suspicatus sum legi debere λαᾶ..

Τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα.] Sic etiam in Aldino codice perspicuè extat, sed notas non intelligens librarius, τὴν ἐπὶ absurdũ substituit. quod annotaui, quia in hac præpositione ferè singulis paginis is error fuit commißus.

34. Occasione Aeetæ.] Παρὰ τὸν Αἰήτην, locus mutilus. rursum Εὐνέων scripsi, nam id Atticè cum Εὔνηον uidetur conuenire, Εὐναῖον alienum est. In Mimnermi uersibus nullo negocio licuit deprehendere ὕβρις τῆ legendum esse, quod librarius in ὕβρις τῆ deprauârat.

35. Inter priscos recenseri.] Ἄξιον μὴ τῶν παλαιῶν, μὴ uidetur exstingendum, nisi per interrogationem legas. Sed & paulò pòst particulam ἤδη à librario potius, quam ab autore geminatam puto. & δεῖ μὲν γὰρ legi pro δεῖν.

χήραμις. 36. Et cheramidum.] Χηραμίδων. Hanc uocem uertere non sum ausus. uidetur ostreorum aut concharum genus significare, & in epitoma cum his atque cancris numeratur. ι pro υ reposui analogia ductus, & sic est apud Hesychium. Χηραμίδες τὰ κοῖλα καὶ ἔχοντα κενώματα, quæ caua sunt & inania.

37. Ingesto à fluuiis cœno.] Qui hunc locum cum antecedentibus & tota disputatione conferet, facilè uidebit pro τὴν ὕλην me rectè reposuisse ἰλύν. quod feminini generis esse cum aliàs constat, tum Plutar. disertè ἀναπεπτασμένην ἰλὺν dixit præceptis tuendæ ualetudinis. fretorum inundatio autem mihi est, quòd Straboni ῥευματίζεσθαι, & de eo uidetur loqui, quod freta cum aliquãdo siccum essent, elisa maris aqua inundantur atq; maris æstum perferunt.

38. Non uidetur in mare prodire.] Τὸ μὴ φαίνειν. quod rectum esse nunquam facilè mihi persuadebitur. Causam reddit, cur terra quam fluuij egerunt, non in mare protrudatur, sed prope ostia fluuiorum subsidat. κινουμένη quin sit legendum, non κινουμένην, nemo sanus dubitabit, Νηνεμίαν mox uerti malaciam, quo uocabulo uentorum cessationem etiam Cæsar extulit, lib. 3. de bello Gallico, & interpres haud dubiè usus fuit hac uoce, quam librarius cum nõ nosset, ridiculè in Malitiam mutauit paulo inferius.

Sic & uicinorum.] Asterisco notaui locũ haud dubiè mutilum.

39. Mathematicum se profiteatur.] Ὥστε καὶ μὴ μαθηματικὸς ὤν. μὴ omitto aut etiam in περὶ uerto. Nam certè fuit mathematicus, & ne cætera dicã, uel Suidas testatur eum astronomica scripsisse. Et hoc ipso nomine repræhenditur, quod homo mathematicus à doctrina mathematica dissenserit: quod earum rerũ rudi non perinde uitio daretur.

40. Ergo non modò.] Locus mutilus, uidetur de fretis loqui.

41. Cum alioquin.] Τὴν ἔκπληξιν νῦν. Εἰ δὲ. quam ego substitui lectionem & distinctionem, ueram esse & genuinam ausim stipulari, neq; ullius ferè literulæ constat mutatione hæc lectio, quæ est in Aldino, interpreti nebulas offudit, lociq́; uitiosè efferendi causam præbuit.

42. Olim in Lydia.] Πάλαι περὶ Λυδίαν. scriptum inueni πάλιν, pro quo substitui πάλαι, quod & sequens de regno Tantali confirmat mentio.

Sipylus euersa.] De urbe enim accepi. Si de monte intelligis, lege euersus.

43. Munitam Nericon urbem.] Νήριτον habuit noster codex. Sed reposui Νήρικον. Sic enim & Aldus legit, & Eustath. in Homero Idem apud Dionysium annotauit Lupercam quendam antiquum Neritum scribere, quo nomine etiam in Ithaca sit mons. Sed haud dubiè lectionem per κ præfert Fortaßis hinc etiam Locri Naricij prodierunt. Insula ante Syracusas ea hîc innuitur, quam suprà uocauit Ortygiam. Quod ne uideat temerè suspicari, ipsum te remitto ad primam Odam Nemeorum Pindari, & quæ ibi à scholiasta sunt annotata, citatis etiam ex Ibyco, quanquam mutilis, uersibus.

44. Vt Myrsilus.] Μυρσίλος reposui pro μυρσίλαος. Nam autoris huius Lesbiaca à multis citantur scriptoribus. Et pro Ἰσίης restitui Ἴσσης. Nam & ratio uocabuli Antissa ostendebat ita legendum esse, & Eustath. disertè docet Lesbum ab urbe Issa fuisse Issam aliquando dictam, citato ad hoc Lycophrone teste. In Dionysium, & in Iliad. ιτ. ad uersum 129. non multo post.

In Omphale.] Nomen est tragœdiæ ab Ione Chio scriptæ, quam citat Athenæus libro sexto & alibi. uox autem

autem Σατυρεῖς quid sibi uelit, non assequor, nisi forte Omphale Satyrica titulus fuit tragœdiæ. interim omissi in uersione. Secundus uersus antè sic legebatur.

Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώρισεν ἐκτέμνων. ego leges carminis in emendando sum secutus. de Lichadibus Strabo lib. 9. Cenæum est Eubœæ promontorium. Αἰδηψῷ autem reposui pro ἐδλεψῷ Stephanum secutus, ut suo loco dicetur. Et mox pro κύματά τε restitui quod cogebat constructio κῦμά τε. Neq; ueritus sum pro κάρφην scribere Σκάρφην. nullam enim urbē inuenio Carphen, sed Scarphe itidem ut Thronium urbs est Locrorum ab Homero adeò utraq; refertur. sed uersus hic.

a Τάρφην τε, Θρονιόν τε Βοαγρίου ἀμφὶ ῥέεθρα, facit, ut quia Τάρφη unà cum Thronio referatur, fortaßis hîc quoq; τάρφην aliquis legendum poßit putare. Ego tamen Σκάρφην malim, tum quia nobilior est, tum quia πρὸς σκάρφην facilius in πρὸς κάρφην potuit mutari, altero σ. ob alterius concursum omisso. accedit quod Eustathius Scarphen Thermopylis uicinam facit mox.

Oeum autem castellum.] Οἷον δὲ τὸ φρούριον. Secutus sum interpretem, qui legisse Οἷον uidetur, & proprium nomen agnouisse, & ut ipse quoque suspicer, particulæ δὲ τὸ faciunt modò rectè legatur οἷον. nam scio solum, unicum, significari hac uoce, sed Straboni. οἷον autem huc non quadrat: quod tamen re dubia nolui expungere. Algonum porro quid sit urbis, dicat, qui cognouit. ἐλλιμένιον, rectè puto me posuisse pro ἰλλιμένιον, quod nihil significat. Mimenios enim quos interpres habet Vtopienses puto esse.

45. Inter perrhæbos.] Πεῤῥαιβῶν reposui pro περεβῶν. Homerus (. nam prosodiam mirificè orthographiæ constituendæ commodare, notißimum est eruditis.) Iliad. Β. 749.

Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί. Eustath. ibi docet antiquos duplicato ρ scripsisse, causamq; citat ex ἐθνικῶν conditore (. quoniā Stephanū de urbibus usurpamus, non autem habemus integrum, ut alias docui. Hoc quidem loco etiam ordo litterarum in epitoma Hermolai fauet Eustathio.) quod Aeoles cum essent, consonantes consueuissent duplicare. Sed & apud Ouid. lib. XII. Metamorph. inuenies.

Cœnea perrhæbum, qui factis inclytus Othryn Incoluit. — Vbi nunc paulo post Ἐπανιμὲν legis, scriptum erat ἐπάνυμῖν. quod quale sit, nemo non uidet.

46. Aegyptias insulas.] Τὴν τῶν Αἰγυπτίων νήσων. Locus mihi uehementer suspectus mendi. nam ne si νῆσον quidē legamus, scire possum quid intelligatur.

Αὐτή τε καὶ ἡ Βρεττανική.] Καὶ omnino abundare censeo. deinde Ostiæi memorantur, ὠσιαῖοι, ij sunt ad Oceanum occiduum, ut apud Stephanum de urbibus citatur ex hoc ipso Pythea. a Iliad. Β. 533.

47. Ab extremis Indiæ.] Etiam hic locus in Græco malè est affectus. Ἰνδικῆς τῶν. hic καὶ fuerat interpolatum, quod sustuli. Sed pro τοῦ Αἰθιόπων omnino legendum τῶν ἀπ' Αἰθ. nisi plura etiam desunt uerba, Vtut sit, perspicuè locum conuerti.

48. Hæc enim ratio.] Locus mutilus est et miserabiliter confusus, Deliumq; requirens natatorem. Thinæ sunt, quæ & Sinæ ac Sinarum regio dicitur. Inuenies in undecima Asiæ tabula apud Ptolemæum. Sed & paulo superius τὸ πλεόν ἡμῶν τοῦ μήκους. pro πλεόν legendum sensus docet τὸ πλέον, & pro διάστημα μεῖζον λέγων, scribere μεῖζον, λέγει.

Paulo pòst rupturam.] Ἔκρηγμα. Locum quo erupit mare in Oceanum apud Gades puto.

49. Disceptatum.] Διαιτῶν. hoc reposui pro διαιτῶντες, & mox pro πόνοις μὲν μὴ τὴν οἰκ. omisi μὴ ut absurdè insertum infra.


Cæterùm hoc omisso.] Κατάνας δὲ ἐς. hoc κατάνας mendosum est. & sententia confusa periodi subsequentis.

# STRABONIS GEOGRAPHICARUM RERUM LIBER SECUNDUS.

## ARGUMENTUM.

*Commentario secundo haec insunt. Proponens ad uerbum Eratosthenis dicta, dijudicat & arguit quaecunq; non rectè dicta, uel diuisa, uel descripta sunt. Complura Hipparchi meminit reprehendens. In fine praecisa expositio, & quodammodo sub unum aspectum tractatus uniuersus de orbis situ, seu cognitione Geographica adiungitur.*

*Terrae diuisio Eratosthenica.*



TERTIO commētario rerum geographicarum Eratosthenes tabula totius habitatae terrę constituta, linea quadam eam in duas diuidit partes, quae aequaliter ubiq; ab aequatore disita ad ortum ab occasu porrigitur. fines eius lineae facit, ad occasum columnas Herculis, ad ortum extremas partes eorum montium qui uersus septentrionem latus Indiae definiūt. describit autem lineam istam à columnis per fretum Siculum, & extremitates meridiem spectantes Peloponesi atq; Atticae usque ad Rodum & sinum Issicum. Atq; hactenus quidem dictam lineam ait per mare & oram continentis adiacentis duci: quippe totum nostrum mare sic in longitudinem extendi usq; ad Ciliciam, deinde uerò ad rectam penè lineā porrigi ponè Tauri montana usq; ad Indiam. etenim Taurum ad lineam e regione maris quod à columnis Herculis incipit positum, totam Asiam in duas partes secundum lōgitudinem diuidere, ita ut una septentrioni, altera Austro obuertatur. itaq; similiter eum in parallelo per Thinas ducto situm esse, ac mare quod eò usque à columnis pertinet Herculeis. His expositis, ueterem geographicam tabulam corrigi debere pronunciat. nam fines orientales sua aetate ualdè uersus septentrionem declinasse, simulq; ipsam etiam Indicam in eandem partem esse auulsam. Fidem dictis hac ratione nititur facere, quòd extremos Indiae uersus meridiem terminos plerique fatentur Meroae oppositos, ab aëris & rerum coelestium obseruatione coniecturam ducentes. inde autem, usq; ad septentrioni maximè propinquas partes Indiae, quae sunt ad Caucasios montes, Patroclem (cum ob autoritatem, tum quòd rerum geographicarum nequaq; fuerit

*Patrocles.*

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

*Ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ λέξιν προσβαλλόμενος τὰ Ἐρατοσθένους, διαιτᾷ καὶ διελέγχει ὅσα μὴ ὀρθῶς εἴρηται, ἢ διαγέγραπται· καὶ Ἱππάρχου δὲ τῶν πολλῶν μιμνήσκεται ἐπιλαμβανόμενος. καὶ ἐπὶ τέλει ἔκθεσις σύντομος, καὶ τρόπον τινὰ σύνοψις τῆς ὅλης πραγματείας, τουτέστι τῆς γεωγραφικῆς ἱστορίας.*



ΕΝ δὲ τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν, καθιστάμενος τὸν τῆς οἰκουμένης πίνακα, γραμμῇ τινι διαιρεῖ δίχα, ἀπὸ δύσεως ἐπ' ἀνατολὴν παραλλήλῳ τῇ ἰσημερινῇ γραμμῇ. πέρατα δ' αὐτῆς τίθησι, πρὸς δύσει μὲν, τὰς Ἡρακλείους στήλας· ἐπ' ἀνατολῇ δὲ τὰ ἄκρα καὶ ἔσχατα ὄρη, τῶν ἀφοριζόντων ὀρῶν τὴν πρὸς ἄρκτον τῆς Ἰνδικῆς πλευράν. γράφει δὲ τὴν γραμμὴν ἀπὸ στηλῶν διά τε τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ, καὶ τῶν μεσημβρινῶν ἄκρων τῆς τε Πελοποννήσου καὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ μέχρι τῆς Ῥοδίας καὶ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου. Μέχρι μὲν δὴ δεῦρο διὰ τῆς θαλάττης φησὶν εἶναι τὴν λεχθεῖσαν γραμμὴν καὶ τῶν παρακειμένων ἠπείρων. καὶ γὰρ αὐτὴν ὅλην τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν οὕτως ἐπὶ μῆκος τετάσθαι μέχρι τῆς Κιλικίας, εἶτα ἐπ' εὐθείας πως ἐκβάλλεσθαι παρ' ὅλην τὴν ὀρεινὴν τοῦ Ταύρου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς. τὸν γὰρ Ταῦρον ἐπ' εὐθείας τῇ ἀπὸ στηλῶν θαλάττῃ τεταμένον, δίχα τὴν Ἀσίαν διαιρεῖν ὅλην ἐπὶ μῆκος· τὸ μὲν αὐτῆς μέρος βόρειον ποιοῦντα, τὸ δὲ νότιον· ὥστε ὁμοίως καὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ διὰ Θινῶν ἱδρῦσθαι παραλλήλου, καὶ τὴν ἀπὸ στηλῶν μέχρι δεῦρο θάλατταν. Ταῦτα δ' εἰπὼν, οἴεται δεῖν διορθῶσαι τὸν ἀρχαῖον γεωγραφικὸν πίνακα. πολὺ γὰρ ἐπὶ τὰς ἄρκτους παραλλάττειν τὰ ἑωθινὰ μέρη τῶν ὀρῶν κατ' αὐτόν, συμπερισπᾶσθαι δὲ καὶ τὴν Ἰνδικὴν ἀρκτικωτέραν ἤδη γινομένην. πίστιν δὲ τούτου φέρει, μίαν μὲν τοιαύτην, ὅτι τὰ τῆς Ἰνδικῆς ἄκρα τὰ μεσημβρινώτατα, ὁμολογοῦσι πολλοὶ τοῖς κατὰ Μερόην ἀνταίρειν τόποις, ἀπό τε τῶν ἀέρων, καὶ τῶν οὐρανίων τεκμαιρόμενοι. ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὰ βορειότατα τῆς Ἰνδικῆς τὰ πρὸς τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι, Πατροκλῆς ὁ μάλιστα πιστεύεσθαι δίκαιος, διά τε τὸ ἀξίωμα καὶ διὰ τὸ μὴ ἰδιώτης εἶναι τῶν γεωγραφικῶν

τῶν φησὶ σταδίους μυρίους καὶ πεντακισχιλίους. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ ἀπὸ Μερόης ἐπὶ τὸν διὰ Θινῶν παράλληλον τοσοῦτόν πως ἐστίν. ὥστε τῆς Ἰνδικῆς τὰ προσάρκτια μέρη συνάπτοντα τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν εἰς τοῦτον τελευτᾶν τὸν κύκλον. Ἄλλην δὲ πίστιν φέρει τοιαύτην, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ Ἰσσικοῦ κόλπου διάστημα ἐπὶ τὴν θάλατταν τὴν Ποντικὴν, τρισχιλίων πως ἐστὶ σταδίων πρὸς ἄρκτον ἰόντι, καὶ τοὺς περὶ Ἀμισὸν ἢ Σινώπην τόπους. ὅσον καὶ τὸ πλάτος τῶν ὀρῶν λέγεται. ἐκ δὲ Ἀμισοῦ πρὸς τὴν ἰσημερινὴν ἀνατολὴν φερομένῳ, πρῶτον μὲν ἡ Κολχίς ἐστιν, ἔπειτα ἡ ὑπὸ τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν ὑπέρθεσις, καὶ ἡ ἐφεξῆς ἡ ἐπὶ Βάκτρα καὶ τοὺς ἐπέκεινα Σκύθας ὁδὸς δεξιὰ ἔχοντι τὰ ὄρη. αὕτη δ' ἡ γραμμὴ διὰ Ἀμισοῦ πρὸς δύσιν ἐκβαλλομένη διὰ τῆς Προποντίδος ἐστὶ καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου. ἀπὸ δὲ Μερόης ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον, οὐ πλείους εἰσὶ τῶν μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων σταδίων, ὅσοι καὶ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ πλευροῦ τῆς Ἰνδικῆς, πρὸς τὰ περὶ τοὺς Βακτρίους μέρη, προστεθέντων τρισχιλίων τοῖς μυρίοις καὶ πεντακισχιλίοις, ὧν οἱ μὲν τοῦ πλάτους ἦσαν τῶν ὀρῶν, οἱ δὲ τῆς Ἰνδικῆς. Πρὸς δὲ τὴν ἀπόφασιν ταύτην ὁ Ἵππαρχος ἀντιλέγει διαβάλλων τὰς πίστεις. οὔτε γὰρ Πατροκλέα πιστὸν εἶναι, δυοῖν ἀντιμαρτυρούντων αὐτῷ Δηϊμάχου τε καὶ Μεγασθένους, οἳ καθ' οὓς μὲν τόπους δισμυρίων εἶναι σταδίων τὸ διάστημά φασι τὸ ἀπὸ τῆς κατὰ μεσημβρίαν θαλάττης, καθ' οὓς δὲ καὶ τρισμυρίων. Τούτους γε δὴ τοιαῦτα λέγειν, καὶ τοὺς ἀρχαίους πίνακας τούτοις ὁμολογεῖν. ἀπίθανον δήπου νομίζει τὸ μόνῳ δεῖν πιστεύειν Πατροκλεῖ, παρέντας τοὺς τοσοῦτον ἀντιμαρτυροῦντας αὐτῷ, καὶ διορθοῦσθαι παρ' αὐτὸ τοῦτο τοὺς ἀρχαίους πίνακας. ἀλλὰ μὴ ἐᾶν οὕτως, ἕως ἄν τι πιστότερον περὶ αὐτῶν γνῶμεν. Οἶμαι δὴ πολλὰς ἔχειν εὐθύνας τοῦτον τὸν λόγον. Πρῶτον μὲν ὅτι πολλαῖς μαρτυρίαις ἐκείνου χρησαμένου, μιᾷ φησὶ τῇ Πατροκλέους αὐτὸν χρῆσθαι. Τίνες οὖν ἦσαν οἱ φάσκοντες τὰ μεσημβρινὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς ἀνταίρειν τοῖς κατὰ Μερόην; τίνες δ' οἱ τὸ ἀπὸ Μερόης διάστημα μέχρι τοῦ διὰ Θινῶν παραλλήλου τοσοῦτον λέγοντες; τίνες δὲ πάλιν οἱ τὸ τῶν ὀρῶν πλάτος ἢ τὸ ἀπὸ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὴν Ἀμισὸν τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγοντες; τίνες δ' οἱ ἀπὸ Ἀμισοῦ διὰ Κόλχων καὶ τῆς Ὑρκανίας μέχρι Βακτρίων καὶ τῶν ἐπέκεινα εἰς τὴν ἑῴαν θάλατταν καθηκόντων, ἐπ' εὐθείας τε εἶναι λέγοντες, καὶ ἐπ' ἰσημερινὰς ἀνατολὰς καὶ περὶ τὰ ὄρη ἐν δεξιᾷ ἐχόντων αὐτά, ἢ πάλιν τὸ ἐπὶ τὴν δύσιν ἐπ' εὐθείας ταύτῃ τῇ γραμμῇ, διότι ἐπὶ τὴν Προποντίδα ἐστὶ καὶ τὸν Ἑλλήσποντον; Ταῦτα γὰρ ὁ Ἐρατοσθέ-

fuerit rudis fide apprimè dignum.) ſtadia numerare CCIↃↃ IↃↃ. I atq; á Meroës parallelo 1
uſq; ad eum qui per Thinas tranſit eſſe ſpacium idem: proinde in hunc deſinere ſeptẽtrionales Indiæ fines qui ſunt ad Caucaſios montes. Alio quoq; utitur argumento. interuallũ ab Iſsico ſinu ad mare Põticum pergenti uerſus ſeptẽtrionem & quæ circa Amiſum ſunt & Sinopen loca, ſtadiorum eſſe ter mille circiter, quanta etiam montium perhibeatur latitudo. Ab Amiſo autem uerſus ortum æquinoctialem proficiſcenti primùm Colchidem adiri, deinde montana quæ ſunt uſq; ad mare Hyrcanum, ab his deinceps ad Bactra & ulteriores Scythas, mõtibus ad dextram ſitis iter fieri: hanc eſſe lineam eandem cum ea quę ab Amiſo uerſus occaſum per Propontidem ducitur & Helleſpontum. iam à Meroe ad Helleſpontum non eſſe amplius XIIX ſtadiorum millibus: quot etiam ſunt à meridionali Indiæ latere uſque ad Bactrianos, accedentibus tribus millibus ad XV iſta millia, quorum hæc erant latitudo montium, illa Indię. Hanc ſententiam impugnans Hipparchus, argumenta hæc culpat. nã Patroclem negat fidem mereri, contra quem duo ſint teſtimonium ferentes Daimachus & Megaſthenes, qui interuallum à mari meridionali quibuſdam locis XXes, aliquib. etiam XXXes mille ſtadiorum affirment eſſe. cum his conſentire ueteres etiam tabulas. & uidetur ei abſurdum, uelle ſoli Patrocli contra iſtos teſtes credere, & ex ipſius nutu ueteres corrigere tabulas: neq; id fieri patitur, niſi certius aliquid hac de re cognouerimus. Quam ego eius orationẽ multas mereri repræhẽſiones exiſtimo. Primùm, quod eum multis uſum teſtimonijs, ſolius Patroclis uſum teſtimonio ait. Qui ergo erant, qui extrema Indiæ meridionalia Meroę oppoſita dixerunt? qui à Meroës parallelo uſque ad eum qui per Thinas ducitur ea eſſe quantitate ſpacium affirmarunt? qui montium latitudinem ſiue à Cilicia ad Amiſum iter tantum eſſe perhibuerunt? qui ab Amiſo per Colchos & Hyrcaniam ad Bactra & ulteriores regiones uſque ad orientale mare tractum in eadem linea eſſe uerſus ortum æquinoctialem montibus ad dextram ſitis cum eo quod per Propontidem & Helleſpontum ducitur uerſus occaſum? Nam hæc omnia ſu-

*Aduerſus Hipparchum.*

mit Eratosthenes, ut testimonio eorum qui istis in locis fuerunt comprobata, cùm multos ipse legerit commentarios, copia eorum instructus, ut qui tantam possideret bibliothecam, quantam ei fuisse ipse scribit Hipparchus. Iam ipsius Patroclis fides multis nititur testimonijs: regum qui ei tantum commiserunt imperium, eorum qui ipsius sentētiam secuti sunt, eorum qui contrarium senserūt, quos ipse nominat Hipparchus. quib. enim ij refelluntur, his fides Patrocli sententiæ paratur. Id quoque alienum à uero uideri non debet, quod Patrocles ait eos qui Alexādro comites expeditionis fuerunt obiter tantum singula cognouisse, Alexādrum uerò ipsum accuratè omnia indagasse, cùm ei regionum descriptiones à peritissimis traderentur: atq; hanc descriptionem sibi postea temporis exhibitam esse ait à Xenocle gazæ præfecto. Addit Hipparchus libro secundo ipsum Eratosthenem Patrocli fidem derogare, quòd is à Megasthene dissenserit in longitudine lateris Indiæ septentrionalis annotanda: quòd cū Megasthenes XV millibus stadiorum definit, Patrocles mille stadia summę ei detrahit. ac Eratosthenem dicere, se occasione ductum cuiusdam diurnorum itinerum ac stadiorum annotationis, à qua Patrocles discrepet, Megastheni assentiri. quod si hîc fidem Patrocles non mereatur, quod CIↃ tantum stadijs ab altero dissentit: quanto magis fidem ei denegandam, dissentienti de octo stadiorū millibus à duobus ijsq; consentientibus, cum hi dicant Indiæ latitudinem esse XX millia stadio
2 rum, Patrocles XII. Hic respōdebimus 2 non ob solam dissensionem culpatum fuisse Patroclem, sed comparatā eius sententiā cū consensione & autoritate annotationis stadiorū. Neq; uerò mirū, esse aliqd credibile alio credibilius, aut eidē alia in re fidē adhiberi, in alia derogari, ubi ab alio firmius aliquid affertur. Ridiculum quoq; est, quod dissentientes eo minus putat fidei mereri, quo magis discrepant. contra enim in paruis dissensionibus id potiùs usuuenire uidetur. In minutioribus errare contingit non uulgares modò, sed & eos qui plus ceteris sapiunt in multum habētibus discriminis scientior non perinde facilè aberrauerit atque rudis, ideoq; illi faciliùs credit. Sanè qcūq; de India scripserūt, pleraq; mētiti sunt: p̄ reliqs Daimachus, ꝓximè Megasthenes, Onesicritusq; & Nearchus alijq;

*Indicarū rerum scriptores mendaces.*

us traiectui dictam assignare quantitatem, alios non uereri ↄↄ tribuere. se sciothericis gnomonibus usum obseruasse III CIↃ IↃCCL. Enimuero huius pelagi pars quæ est ad Ciliciam & Pamphyliam, tum Ponti Euxini pars dextra, & Propontis, atque ora deinde ad Pamphyliã usque maritima, magnam quandam includunt peninsulam, magnumque eius isthmum à mari quod ad Tarsum est usque ad Amisum urbem, & Themisciram Amazonum campum. quidquid enim inter hanc lineam est regionis, usq; ad Cariam & Ioniam & gentes intra Halyn incolentes, id omne circumdatur Aegæo mari, & utrinque dictis maris partibus. & quidem hanc regionem toti cognominem facimus, Asiamq; appellamus. Vt autem in summa loquar, maris nostri maximè austrinum punctum est intimum Syrtis magnæ; & post hunc Alexandrea Aegypti, ac ostia Nili. maxime septentrionale, ostia Borysthenis: nisi si quis Mæotidem etiam uult mari attribuere, quæ est quasi pars Tanaidis. maximè occiduum, est fretum ad Columnas. maximè orientale, intimus ad Dioscuriadem sinus. Eratosthenes hoc perperam Ilsico sinui tribuit: cum is in eodem sit cum Amiso & Themiscyra meridiano, ijs, si lubet, adiungere licet Sidenam quoque & Pharnaciam. atqui ab ijs partibus uersus ortum usque ad Dioscuriadem amplius tribus stadiorum millibus est nauigatio. quod planius fiet, cum singula describemus. nostri ergo maris hæc est forma. Terræ iam nunc etiam describendæ sunt, quibus illud continetur, initio sumto ab ijs ipsis partibus, quibus mare descripsimus. Ingressis ergo fretum apud columnas, ad dextram Africa est usque ad Nili fluxum, ad sinistram ab altera freti parte Europæ usque ad Tanain. utraq; harum desinit ad Asiam. Incipiendum autem est ab Europa, cuius & forma multiplex est, & ipsa uirorum uirtute præditorũ ac ciuium feracissima, reliquas partes plurimis suorum bonis impertijt. Tota enim habitationi apta est, demta exigua portione quæ ob frigus incoli non potest, contermina Hamaxicis ad Tanain, Mæotidem & Borysthenem incolentibus. Habitatæ autem partes algidę & montosæ, quanquam ob naturam loci ęgrè coluntur: tamen curatores nactę bonos, ea etiam

*Europæ descriptio.*

mansuescunt, quæ malè priùs & latrocinij in morem colebantur. Ita sanè Græci cùm montes ac saxa insedissent, commodè habitauerunt, propter prudentiam rerum ciuilium, artes, & eorum quæ ad uitam degendam requiruntur peritiam. Et Romani multas gentes in potestatem redactas feras ob locorum naturam, quòd uel aspera essent, uel portubus carerent, aut ob frigus alijs'ue de caussis habitando incommodas, commercijs antè ignotis docuerunt uti, & de feris ciuilem uitam agentes redegerunt. Quæ uerò partes in æquabili & temperato sunt situ, ijs ipsa natura opitulatur ad commodè uiuendum. Iam cùm quæ gentes uiuunt in regione felici, eæ pacis sint studiosæ, quæ autem incolunt loca sterilia aut incommoda, pugnaces sint ac fortes: fit ut mutua utrinque beneficia accipiantur, dum hi arma ad defendendum accommodant, illi terræ fructibus, artibus, & morum institutione hos iuuant. quemadmodum & manifesta utrinque sunt damna, cùm altera pars alteri non fert opem. arma tamen habentium est aliquanto melior conditio, si non uincantur numero. Atque ad hæc natura Europæ suam habet opportunitatem. Tota enim montibus & campis uariè distincta est, ut ubique & agricolæ & milites, & ciuilis uitæ & belli studiosi iuxta se ponantur: maior tamen sit numerus pacem colentium. quod uitæ genus obtinet, maximè industria ducum, primò Græcorum, deinde etiam Macedonum & Romanorum. Itaque Europa & ad pacem, & ad bellum abundè sibi ipsa sufficit. nam copiam habet magnam & pugnacium, & terram colentium, & urbes conseruantium. Eo quoq; excellit, quod optimos fert fructus ad uitæ necessitatem pertinentes, & metalla quæcunque usui sunt. odoratas autem res, & lapides preciosos extrinsecus important, quibus qui carent, nihilo deteriùs uiuunt ijs qui possident. Accedit, quod pecoris abundans, feras damnosas paucas alit. Hæc ergo est in uniuersum huius continentis natura. Vt autem partes eius exponam, prima ab occasu est Hispania, tergori bouis adsimilis, cuius partes ad collum pertinentes in continentem eius Galliam porrigantur: nimirum partes orientē spectantes, quod latus abscindit mōte Pyrene. Ipsa hoc demto tota mari alluit, partes austrinę nostro seu mediterraneo, usq; ad Colūnas, reliquę mari Atlantico usq; ad

Hispania.

φαύλως οἰκούμενα καὶ λῃστρικῶς, ἡμεροῦται καθάπερ οἱ Ἕλληνες ὄρη καὶ πέτρας κατέχοντες, ᾤκουν καλῶς διὰ πρόνοιαν τὴν περὶ τὰ πολιτικὰ καὶ τὰς τέχνας, καὶ τὴν ἄλλην σύνεσιν τὴν περὶ βίον. Ῥωμαῖοί τε πολλὰ ἔθνη παραλαβόντες καὶ ἀνήμερα διὰ τοὺς τόπους ἢ τραχεῖς ὄντας, ἢ ἀλιμένους ἢ ψυχροὺς, ἢ ἀπ' ἄλλης αἰτίας δυσοικήτους, πολλοῖς, τούς τε ἀνεπιπλέκτους ἀλλήλοις ἐπέπλεξαν, καὶ τοὺς ἀγριωτέρους πολιτικῶς ζῆν ἐδίδαξαν. ὅσον δ' ἐστὶν αὐτῆς ἐν ὁμαλῷ καὶ εὐκράτῳ, τὴν φύσιν ἔχει συνεργὸν πρὸς ταῦτα. ἐπειδὴ τὸ μὲν ἐν τῇ εὐδαίμονι χώρᾳ πᾶν ἐστιν εἰρηνικόν, τὸ δ' ἐν τῇ λυπρᾷ μάχιμον καὶ ἀνδρικόν, καὶ δέχεταί τινας παρ' ἀλλήλων εὐεργεσίας τὰ γένη ταῦτα· τὰ μὲν γὰρ ἐπικουρεῖ τοῖς ὅπλοις, τὰ δὲ καρποῖς καὶ τέχναις καὶ ἠθοποιίαις. φανεραὶ δὲ καὶ αἱ ἐξ ἀλλήλων βλάβαι, μὴ ἐπικουρούντων. ἔχει δέ τι πλεονέκτημα ἡ βία τῶν τὰ ὅπλα ἐχόντων, πλὴν εἰ τῷ πλήθει κρατεῖτο. ὑπάρχει δ' οὖν τι καὶ πρὸς τοῦτο εὐφυὲς τῇ ἠπείρῳ ταύτῃ. ὅλη γὰρ διαπεποίκιλται πεδίοις τε καὶ ὄρεσιν, ὥστε πανταχοῦ καὶ τὸ γεωργικόν τε καὶ τὸ γεωργικὸν καὶ τὸ πολιτικὸν καὶ τὸ μάχιμον παρακεῖσθαι, πλέον δ' εἶναι θάτερον, τὸ τῆς εἰρήνης οἰκεῖον, ὥστ' ὅλων ἐπικρατεῖ τοῦτο προσλαμβανόντων καὶ τῶν ἡγεμόνων, Ἑλλήνων μὲν πρότερον, Μακεδόνων δὲ καὶ Ῥωμαίων ὕστερον. διὰ τοῦτο δὲ καὶ πρὸς εἰρήνην καὶ πρὸς πόλεμον αὐταρκεστάτη ἐστί. καὶ γὰρ τὸ μάχιμον πλῆθος ἄφθονον ἔχει καὶ τὸ ἐργαζόμενον τὴν γῆν, καὶ τὸ τὰς πόλεις συνέχον. διαφέρει δὲ καὶ ταύτῃ, διότι τοὺς καρποὺς ἐκφέρει τοὺς ἀρίστους καὶ τοὺς ἀναγκαίους τῷ βίῳ, καὶ μέταλλα ὅσα χρήσιμα. θυμιάματα δὲ καὶ λίθους πολυτελεῖς ἔξωθεν μέτεισιν, ὧν τοῖς σπανιζομένοις οὐδὲν χείρων ὁ βίος ἐστὶν ἢ τοῖς εὐπορουμένοις. ὡς δ' αὔτως βοσκημάτων μὲν πολλῶν ἀφθονίαν παρέχει, θηρίων δὲ σπάνιν. Τοιαύτη μὲν ἡ ἤπειρος αὕτη καθόλου τὴν φύσιν ἐστί. Κατὰ μέρος δ' ἐστὶ πρώτη πασῶν ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἡ Ἰβηρία, βύρσῃ βοείᾳ παραπλησία, τῶν ὡς ἂν τραχηλιαίων μερῶν ὑπερπιπτόντων εἰς τὴν συνεχῆ Κελτικήν. ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ πρὸς ἕω, καὶ τούτοις ἐναποτέμνεται τὸ πλευρὸν ὄρος ἡ καλουμένη Πυρήνη. αὕτη δ' ἐστὶ περίρρυτος τῇ θαλάττῃ, τὸ μὲν νότιον τῇ καθ' ἡμᾶς μέχρι στηλῶν, τὰ δὲ λοιπὰ τῇ Ἀτλαντικῇ μέχρι τῶν

τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης. μῆκος δὲ τῆς χώρας ταύτης ἐστὶ περὶ ἑξακισχιλίους σταδίους τὸ μέγιστον, πεντακισχιλίους δὲ πλάτος. Μετὰ δὲ ταύτην ἐστὶν ἡ Κελτικὴ πρὸς ἕω μέχρι ποταμοῦ Ῥήνου, τὸ μὲν βόρειον πλευρὸν τῷ Βρεττανικῷ κλυζομένη πορθμῷ παντί. ἀντιπαρήκει γὰρ αὐτῇ παράλληλος ἡ νῆσος αὕτη πᾶσα πάσῃ, μῆκος ὅσον πεντακισχιλίους ἐπέχουσα. τὸ δ' ἑωθινὸν τῷ Ῥήνῳ ποταμῷ περιγραφομένη, παράλληλον ἔχοντι τὸ ῥεῦμα τῇ Πυρήνῃ. τὸ δὲ νότιον τοῖς μὲν Ἄλπεσι τὸ ἀπὸ τοῦ Ῥήνου, τὸ δ' αὐτῇ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ, καθ' ὃ χωρίον ὁ καλούμενος Γαλατικὸς κόλπος ἀναχεῖται, καὶ ἐν αὐτῷ Μασσαλία τε καὶ Νάρβων ἵδρυνται πόλεις ἐπιφανέσταται. ἀντίκειται δὲ τῷ κόλπῳ τούτῳ κατ' ἀποστροφὴν ἕτερος κόλπος ὁμώνυμος αὐτῷ, καλούμενος Γαλατικός, βλέπων πρὸς τὰς ἄρκτους καὶ τὴν Βρεττανικήν. ἐνταῦθα δὲ καὶ στενώτατον λαμβάνει τὸ πλάτος ἡ Κελτική. συνάγεται γὰρ εἰς ἰσθμόν, ἐλαττόνων μὲν ἢ τρισχιλίων σταδίων, πλειόνων δ' ἢ δισχιλίων. μεταξὺ δ' ἐστὶ ῥάχις ὀρεινὴ πρὸς ὀρθὰς τῇ Πυρήνῃ, τὸ καλούμενον Κέμμενον ὄρος, τελευτᾷ δὲ εἰς μεσαίτατα τὰ τῶν Κελτῶν πεδία. τῶν δὲ Ἄλπεων ἃ ἐστὶν ὄρη σφόδρα ὑψηλά, περιφερῆ ποιούντων γραμμήν, τὸ μὲν κυρτὸν ἔστραπται πρὸς τὰ λεχθέντα τῶν Κελτῶν πεδία καὶ τὸ Κέμμενον ὄρος· τὸ δὲ κοῖλον πρὸς τὴν Λιγυστικὴν καὶ τὴν Ἰταλίαν. ἔθνη δὲ κατέχει πολλὰ τὸ ὄρος τοῦτο Κελτικά, πλὴν τῶν Λιγύων. οὗτοι δ' ἑτεροεθνεῖς μὲν εἰσι, παραπλήσιοι δὲ τοῖς βίοις· νέμονται δὲ μέρος τῶν Ἄλπεων τὸ συνάπτον τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, μέρος δὲ καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν κατέχουσι. ταῦτα δ' ἐστὶν ὀρεινὴ ῥάχις διὰ τοῦ μήκους ὅλου τῆς Ἰταλίας διαπεφυκυῖα ἀπὸ τῶν ἄρκτων ἐπὶ μεσημβρίαν, τελευτῶσα δ' ἐπὶ τὸν Σικελικὸν πορθμόν. Τῆς δ' Ἰταλίας ἐστὶ τὰ μὲν πρῶτα μέρη, τὰ ὑποπίπτοντα ταῖς Ἄλπεσι πεδία, μέχρι τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου, καὶ τῶν πλησίον τόπων. τὰ δ' ἑξῆς ἄκρα στενὴ καὶ μακρὰ χερρονησιάζουσα, δι' ἧς, ὡς εἶπον, ἐπὶ μῆκος τέταται τὸ Ἀπέννινον ὄρος, ὅσον ἑπτακισχιλίων, πλάτος δ' ἀνώμαλον. Ποιεῖ δὲ τὴν Ἰταλίαν χερρόνησον, τό τε Τυρρηνικὸν πέλαγος ἀρξάμενον ἀπὸ τοῦ Λιγυστικοῦ, καὶ τὸ Αὐσόνιον, καὶ ὁ Ἀδρίας. Μετὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὴν Κελτικήν, τὰ πρὸς ἕω λοιπά ἐστι τῆς Εὐρώπης, ἃ δίχα τέμνεται τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ. φέρεται δ' οὗτος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω καὶ τὸν Εὔξεινον πόντον, ἐν ἀριστερᾷ λιπὼν τήν τε Γερμανίαν ὅλην ἀρξα-

ad septentrionales Pyrenæ extremitates. Longitudo maxima est stadiorum circiter IↃↃ CIↃ: latitudo IↃↃ. Proxime insequitur Gallia uersus ortum usque ad Rhenum fluuium. eius latus septentrionale Britannico freto totum alluitur. insula enim Britannia iuxta Galliam æqualibus spacijs tota totam exæquans porrigitur, longitudine stadiorum circiter IↃↃ. latus orientale Rhenus describit, parallelum lineam respectu Pyrenes suo fluxu ducens. meridionale partim Alpes post Rhenum sitæ includunt, partim mare nostrum, quo loco Gallicus sinus infunditur, in quo sitæ sunt duæ illustrissimæ urbes Massilia & Narbo. Huic sinui ex aduerso alius eodem nomine sinus opponitur, septentrionem uersus & Britanniam. atque ibi angustissima est Gallia, in isthmum constricta, qui latior duobus stadiorum millibus, tribus est minor. in medio est dorsum montosum ad rectos angulos Pyrenæ adiacens, quod uocatur mons Cemmenus, desinitque in medioximos Celtarum campos. Alpibus proinde, qui sunt celcissimi montes, circumuexam lineam facientibus, curua eius pars dictis Celtarum campis & Cemmeno monti obuertitur, cauum Liguriæ & Italiæ. Mons ille multas Gallicas gentes continet, demtis Liguribus. Hi quanquam alius sunt nationis, uitæ tamen utuntur eadem ratione. incolunt partem Alpium Apenninis montibus contiguam, partemque aliquam horum montium obtinent. Apenninus montosum est dorsum per Italiam quam ea longa est à septentrione uersus meridiem porrectum, & in Siculum desinens fretum. Primæ partes Italiæ sunt planicies sub Alpibus sita, & ad intimum Adriæ recessum uicinaque loca pertingens. Reliquum Italiæ, arctum est & longum quasi promontorium peninsulæ forma, per quod (. ut dixi.) Apenninus in longum producitur, ad stadia IↃↃ CIↃ CIↃ, latitudine inæquali. Italiam in peninsulam redigunt mare Tyrrhenum à Ligustico incipiens, & mare Ausonium, & Adria. Post Italiam & Galliam reliquæ sunt partes Europæ orienti obuersæ, quas medias secat Ister fluuius. Is ab Occasu ortum uersus in Euxinum labens mare, ad læuam relinquit Germaniam totam à Rheno orsam,

Gallia.

Italia.

Ister.

sam, Geticumque totum tractum, & Tyrigetas, Bastarnas, Sauromatas, usque ad Tanain amnem & paludem Mæotidem. ad dextram uerò uniuersam Thraciam, Illyricumque, Macedoniam, & ipsam reliquam Græciam. Ante Europam sitæ sunt insulæ quas diximus, extra quidem Columnas sunt Gades, Cassiterides, & Britannicæ. intra autem Gymnesiæ, & aliæ exiguæ Phœnicum, tum Massiliensium, Ligurum, & quæ sunt ante Italiam usque ad Aeoli insulas & Siciliam, circaque Epirum & Græciam usque ad Macedoniam & Thraciam Cherronesum. A Tanaide porrò & Mæotide palude centinenter iam partes Asiæ subsequuntur, quæ intra Taurum dicuntur, ac deinceps quæ extra. Cùm enim in duas partes Asia diuidatur à Tauro monte, qui à Pamphyliæ extremis usque ad orientale mare pertinet apud Indos & Scythas ibi degentes, partes eas quæ ad septentrionem uergunt, Græci intra Taurum uocant, quæ ad meridiem, extra contiguæ Mæotidi & Tanaidi partes, extra Taurum sunt. Horum prima est ea regio, quæ inter Caspium iacet mare & Euxinum pontum, ab una parte ad Tanain terminata & Oceanum externum & eum qui est supra Hyrcanum mare, ab altera ad isthmũ, quà iter est breuissimum ab intimo Ponti ad Caspiam. Deinde extra Taurum, quæ sunt supra Hyrcaniam usque ad Indos & Scythas ad idem mare accolentes, & montem Imaum. Hæc autem tenent partim Mæotæ, Sauromatæ, & qui sunt intra Hyrcaniam & Pontum, usque ad Caucasum, Iberos, Albanos, Sauromatæ, Scythæ, Achæi, Zygi, Heniochi. Supra mare autem Hyrcanum Scythæ, Hyrcani, Parthyæi, Bactrij, Sogdiani, aliæque Indorum partes uersus septentrionem. Versus meridiem autem partim ab Hyrcano mari, partim toto qui inter id & pontum iacet Euxinum isthmo, maxima Armeniæ pars sita est, & Colchis, & uniuersa Cappadocia usque ad Euxinum Pontum, & Tibarenicas gentes. item regio intra Halyn quæ dicitur, continens ad Pontum & Propontidem sitos Paphlagones, Bithynos, Mysos, & Phrygiam Hellesponto (ut solent uocare.) imminentem, cuius est etiam Troas. ad Aegæum autem mare, & quod deinceps est, Aeolidem, Ioniam, Cariam,

Asia.

μένην ἀπὸ τοῦ Ῥήνου, καὶ τὸ Γετικὸν πᾶν, καὶ τὸ τῶν Τυριγετῶν καὶ Βασταρνῶν καὶ Σαυροματῶν, μέχρι Τανάιδος ποταμοῦ καὶ τῆς Μαιώτιδος λίμνης. ἐν δεξιᾷ δὲ τήν τε Θρᾴκην ἅπασαν καὶ τὴν Ἰλλυρίδα καὶ Μακεδονίαν, λοιπὴν δὲ καὶ τελευταίαν τὴν Ἑλλάδα. Πρόκεινται δὲ νῆσοι τῆς Εὐρώπης, ἃς ἔφαμεν, ἔξω μὲν στηλῶν Γάδειρά τε καὶ Καττιτερίδες, καὶ Βρεταννικαί. ἐντὸς δὲ στηλῶν, αἵ τε Γυμνήσιαι καὶ ἄλλα νησίδια Φοινίκων, καὶ τὰ τῶν Μασσαλιωτῶν καὶ Λιγύων, καὶ αἱ πρὸ τῆς Ἰταλίας μέχρι τῶν Αἰόλου νήσων καὶ τῆς Σικελίας, ὅσαι τε περὶ τὴν Ἠπειρῶτιν καὶ Ἑλλάδα καὶ μέχρι Μακεδονίας καὶ τῆς Θρακίας χερρονήσου. Ἀπὸ δὲ τοῦ Τανάιδος καὶ τῆς Μαιώτιδος τῆς Ἀσίας ἐστὶν ἤδη τὰ ἐντὸς τοῦ Ταύρου συνεχῆ, τούτοις δ' ἑξῆς τὰ ἐκτός. Διαιρουμένης γὰρ αὐτῆς ὑπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Ταύρου δίχα διατείνοντος ἀπὸ τῶν ἄκρων τῆς Παμφυλίας ἐπὶ τὴν ἑῴαν θάλατταν κατ' Ἰνδοὺς καὶ τοὺς ταύτῃ Σκύθας· τὸ μὲν πρὸς ἄρκτους νενευκὸς τῆς ἠπείρου μέρος, καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες ἐντὸς τοῦ Ταύρου, τὸ δὲ πρὸς μεσημβρίαν ἐκτός. τὰ δὲ συνεχῆ τῇ Μαιώτιδι καὶ τῷ Τανάιδι, μέρη τὰ ἐντὸς τοῦ Ταύρου ἐστί. Τούτων δὲ τὰ πρῶτα μέρη τὰ μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάττης ἐστὶ καὶ τοῦ Εὐξείνου πόντου, τῇ μὲν ἐπὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὸν Ὠκεανὸν τελευτῶντα τόν τε ἔξω καὶ τὸν ἐπὶ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης, τῇ δ' ἐπὶ τὸν ἰσθμόν, καθ' ὃ ἐγγυτάτω ἐστὶν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Πόντου, ἐπὶ τὴν Κασπίαν. Ἔπειτα τὰ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου τὰ ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας μέχρι πρὸς τὴν κατὰ Ἰνδοὺς καὶ Σκύθας τοὺς πρὸς τὴν αὐτὴν θάλατταν καὶ τὸ Ἰμάιον ὄρος. Ταῦτα δ' ἔχουσι, τὰ μὲν οἱ Μαιῶται Σαυρομάται, καὶ οἱ μεταξὺ τῆς Ὑρκανίας καὶ τοῦ Πόντου, μέχρι τοῦ Καυκάσου, καὶ Ἰβήρων καὶ Ἀλβανῶν, Σαυρομάται, καὶ Σκύθαι. καὶ Ἀχαιοί, καὶ Ζύγοι, καὶ Ἡνίοχοι. τὰ δ' ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης, Σκύθαι καὶ Ὑρκανοὶ καὶ Παρθυαῖοι καὶ Βάκτριοι καὶ Σογδιανοί, καὶ τἆλλα τὰ ὑπερκείμενα μέρη τῶν Ἰνδῶν πρὸς ἄρκτον. πρὸς νότον δὲ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης ἐκ μέρους, καὶ τοῦ ἰσθμοῦ παντὸς μεταξὺ ταύτης καὶ τοῦ Πόντου, τῆς τε Ἀρμενίας ἡ πλείστη κεῖται καὶ Κολχίς, καὶ Καππαδοκία ξύμπασα μέχρι τοῦ Εὐξείνου πόντου καὶ τῶν Τιβαρανικῶν ἐθνῶν. ἔτι δὲ ἡ ἐντὸς Ἅλυος χώρα λεγομένη, περιέχουσα πρὸς μὲν τῷ πόντῳ καὶ τῇ Προποντίδι, Παφλαγόνας τε καὶ Βιθυνοὺς καὶ Μυσούς, καὶ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ λεγομένην Φρυγίαν, ἧς ἐστι καὶ ἡ Τρῳάς. πρὸς δὲ τῷ Αἰγαίῳ καὶ τῇ ἐφεξῆς θαλάττῃ τήν τε Αἰολίδα καὶ τὴν Ἰωνίαν, καὶ Καρίαν, καὶ Λυ-

καὶ Λυκίαν. ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τήν τε Φρυγίαν, ἧς ἐστι μέρος ἥ τε τῶν Γαλογραικῶν, λεγομένη Γαλατία, καὶ ἡ ἐπίκτητος, καὶ Λυκάονες καὶ Λυδοί. Ἐφεξῆς δὲ τοῖς ἐντὸς Ταύρου, οἵ τε τὰ ὄρη κατέχοντες Παροπαμισάδαι, καὶ τὰ Παρθυαίων τε καὶ Μήδων καὶ Ἀρμενίων καὶ Κιλίκων ἔθνη, καὶ Λυκάονες καὶ Πισίδαι. Μετὰ δὲ τοὺς ὀρείους ἐστὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου. πρώτη δ᾽ ἐστὶ τούτων ἡ Ἰνδική, ἔθνος μέγιστον τῶν πάντων καὶ εὐδαιμονέστατον, τελευτῶν πρός τε τὴν ἑῴαν θάλατταν, καὶ τὴν νοτίαν τῆς Ἀτλαντικῆς. ἐν δὲ τῇ νοτιωτάτῃ θαλάττῃ πρόκειται τῆς Ἰνδικῆς νῆσος, οὐκ ἐλάττων τῆς Βρετανικῆς ἡ Ταπροβάνη. μετὰ δὲ τὴν Ἰνδικὴν ἐπὶ τὰ ἑσπέρια νεύουσιν, ἐν δεξιᾷ δ᾽ ἔχουσι τὰ ὄρη, χώρα ἐστὶ συχνή, φαύλως οἰκουμένη διὰ λυπρότητα ὑπ᾽ ἀνθρώπων τελέως βαρβάρων οὐχ ὁμοεθνῶν. καλοῦσι δ᾽ Ἀριανοὺς ἀπὸ τῶν ὀρῶν διατείνοντας μέχρι Γεδρωσίας καὶ Καρμανίας. ἑξῆς δέ εἰσι πρὸς μὲν τῇ θαλάττῃ Πέρσαι καὶ Σούσιοι καὶ Βαβυλώνιοι, καθήκοντες ἐπὶ τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν, καὶ τὰ περιοικοῦντα τούτους ἔθνη μικρά. πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσιν οἱ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι Παρθυαῖοι, καὶ Μῆδοι, καὶ Ἀρμένιοι, καὶ τὰ τούτοις πρόσχωρα ἔθνη, καὶ ἡ Μεσοποταμία. μετὰ δὲ τὴν Μεσοποταμίαν τὰ ἐντὸς Εὐφράτου. ταῦτα δ᾽ ἐστὶν ἥ τε εὐδαίμων Ἀραβία πᾶσα, ἀφοριζομένη τῷ τε Ἀραβίῳ κόλπῳ παντί, καὶ τῷ Περσικῷ, καὶ ὅσην οἱ Σκηνῖται καὶ οἱ Φύλαρχοι κατέχουσιν, οἱ ἐπὶ τὸν Εὐφράτην καθήκοντες, καὶ τὴν Συρίαν. εἶθ᾽ οἱ πέραν τοῦ Ἀραβίου κόλπου μέχρι τοῦ Νείλου, Αἰθίοπές τε καὶ Ἄραβες, καὶ οἱ μετ᾽ αὐτοὺς Αἰγύπτιοι καὶ Σύροι καὶ Κίλικες, οἵ τε ἄλλοι, καὶ οἱ Τραχιῶται λεγόμενοι, τελευταῖοι δὲ Παμφύλιοι. Μετὰ δὲ τὴν Ἀσίαν ἐστὶν ἡ Λιβύη, συνεχὴς οὖσα τῇ τε Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ, τὴν μὲν καθ᾽ ἡμᾶς ἠιόνα ἐπ᾽ εὐθείας ἔχουσα σχεδόν τι μέχρι στηλῶν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας ἀρξαμένην, πλὴν τῶν Σύρτεων, καὶ εἴ πού τις ἄλλη κόλπων ἐπιστροφὴ μετρία, καὶ τῶν ταύτῃ ποιούντων ἀκρωτηρίων ἐξοχή. τὴν δὲ παρωκεανῖτιν ἀπὸ τῆς Αἰθιοπίας μέχρι τινός, ὡς ἂν παράλληλον οὖσαν τῇ προτέρᾳ, μετὰ δὲ ταῦτα συναγομένην ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν, εἰς ὀξεῖαν ἄκραν, μικρὸν ἔξω στηλῶν προπεπτωκυῖαν, καὶ ποιοῦσαν τραπέζιόν πως τὸ σχῆμα. ἐστι ὥσπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι, καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων ἡγεμὼν γενόμενος τῆς χώρας, διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖα παρδαλῇ· κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις Ἀνάσεις οἱ Αἰγύπτιοι.

Τοιαύτη

Lyciam. in mediterraneis autem Phrygiam, cuius pars est Gallogrecorum quam appellant Galatiam, & Epictetos, & Lycaones, & Lydos. Deinceps intra Taurum sunt monticolæ Paropamisadæ, Parthyæi, Medi, Armenij, Cilices, Lycaones, Pisidæ. Secundum montanos sunt regiones extra Taurum. Prima horum est Indica, omnium gentium maxima & felicissima, desinens ad mare orientale, & ad austrinam Atlantici partem. In maximè austrino mari sita est ante Indiam insula Taprobana, non minor quam Britannia. Post Indiam uersus occasum flectentibus, montibus ad dextram seruatis, regio occurrit perampla, malè culta ob infelicitatem soli ab hominibus planè barbaris & diuersarum nationum, qui Ariani dicuntur, pertinentes à montibus usque ad Gedrosiam & Carmaniam. Deinceps sunt ad mare Persæ, Susij, Babylonij, ad mare Persicum pertingentes, & aliæ circum hos exiguæ gentes. ad montes autem sunt Parthyæi, in ipsis montibus, Medi, Armenij, & finitimæ gentes, ac Mesopotamia. post hanc, quæ intra Euphratem sunt, nimirum Arabia felix uniuersa, tota distincta ab alijs locis sinu Arabico & sinu Persico: tum Scenitarum & Philarchorum regio qui ad Euphraten habitant, & Syria. tum qui citra Arabicum sinum ad Nilum usque habitant Aethiopes, Arabes, & post eos Aegyptij, Syri, Cilices, cùm alij, tum qui Trachiotæ dicuntur, ultimique Pamphylij.

Asiam subsequitur Africa contigua Aegypto & Aethiopiæ. eius litus quod nobis est obuersum, ab Alexandrea usque ad Columnas propemodum in recta linea producitur, exceptis Syrtibus, & sicubi alibi mediocres sinus sunt, & promontoria prominent. Latus autem quod ad Oceanum est ab Aethiopia aliquamdiu ferè parallelum priori, deinde ab austrinis partibus in acutum conducitur processum paululum ultra Columnas prodeuntem, quo pacto figura trapezij quodammodo efficitur. Est autem sicut & alij docent, & Cn. Piso, qui eam rexit prouinciam, nobis narrauit, pardali similis, interpuncta habitationibus, quæ circumdantur terra deserta & aquæ inopi. atque huiusmodi habitationes ab Aegyptijs uocantur Anases. *Africa.*

Cùm

Cùm autem talis sit Africa, habet & alias triplices differentias. Nam quæ nos respicit ora eius maritima, maxima sui parte admodum est felix, Cyrenaica præcipuè & quæ sunt circa Carthaginem usque ad Maurusios & Herculis columnas. Mediocriter culta est etiam Oceani ora. Media autem malè culta est, quæ silphium producit, maiori ex parte deserta, aspera, & arenosa. Idem euenit Asiæ quæ cum hac in eadem est recta linea, per Aethiopiam transeunte, & Troglodyticam, & Arabiam, & Gedrosiam, & pisciuoros. Incolunt Libyam gentes pleræque ignotæ. nam neque multi eò ducti sunt exercitus, aut peregrini aduenerunt. incolæ autem cum pauci ad nos perueniunt, tum neque credibilia narrant, neque omnia. quæ tamen ij narrant, talia sunt. Maximè uersus meridiem dissitos, appellant Aethiopas. sub his plerosque Garamantas, Maurusios, Nigritas. his adhuc inferiores Gætulos. deinde uicinos aut etiam contiguos mari, ad Aegyptum quidem Marmaridas, usque ad Cyrenam. supra hos & Syrtes, Psyllos, Nasamonas, & quosdam Gætulos, tum Sintas, & Byzacios, usque ad regionem Carthaginensem, quæ ampla est, eamque Numidæ attingunt. quorum celeberrimos Massilienses, alios Masęsylios appellant. ultimi sunt Maurusij. Omnis autem â Carthagine ad Columnas usque regio est felix. feras tamen producit, ut & mediterranea omnis Africa. Neque abhorret à ueri opinione Numidas quosdam ibi locorum dictos, quibus antiquitus ob bestiarum multitudinem agriculturam exercere non liceret. Nostra ætate cùm incolæ ibi & excellant uenandi peritia, & Romani eos adiuuent ob studium spectaculorum in quibus cum bestijs pugnatur, fit ut bestias superent, & agricultura præstent. Hæc de continentibus habitatæ terræ partibus dicta sunto.

*De climatibus, & parallelis.* Superest ut de locorum quoque ad plagas mundi inclinationibus (. climata sic interpretor.) disseramus. Ea quoque uniuersalem habent delineationem, si ordiamur ab ijs lineis, quas Principia uocauimus. eam dico, quæ longitudinem definit maximam, atque eam quæ latitudinem, hancque adeò magis illa. In hoc quidem ijs potius elaborandum est, qui astronomiam tractant: sicut fecit Hipparchus. Consignauit enim (. ut

Τοιαύτη δὲ οὖσα, ἔχει τινὰς ἄλλας διαφορὰς τριχῆ διαιρουμένας. τῆς μὲν γὰρ καθ' ἡμᾶς παραλίας, εὐδαίμων ἐστὶν ἡ πλείστη σφόδρα, καὶ μάλιστα ἡ Κυρηναία καὶ ἡ περὶ Καρχηδόνα, μέχρι Μαυρουσίων καὶ τῶν Ἡρακλείων στηλῶν. οἰκεῖται δὲ μετρίως, καὶ ἡ παρωκεανῖτις. ἡ δὲ μέση φαύλως, ἡ τὸ σίλφιον φέρουσα, ἔρημος ἡ πλείστη καὶ τραχεῖα καὶ ἀμμώδης. τὸ δ' αὐτὸ πέπονθε καὶ τῆς Ἀσίας ἡ ἐπ' εὐθείας ταύτῃ, διά τε τῆς Αἰθιοπίας διήκουσα, τῆς τε Τρωγλοδυτικῆς καὶ τῆς Ἀραβίας, καὶ τῆς Γεδρωσίας καὶ τῶν ἰχθυοφάγων. Νέμεται δ' ἔθνη τὴν Λιβύην τὰ πλεῖστα ἄγνωστα· οὐ πολλοῖς γὰρ ἐφοδεύεσθαι συμβαίνει στρατοπέδοις, οὐδ' ἀλλοφύλοις ἀνδράσιν. οἱ δ' ἐπιχώριοι, καὶ ὀλίγοι παρ' ἡμᾶς ἀφικνοῦνται οἱ πόρρωθεν, καὶ οὐ πιστὰ, οὐδὲ πάντα λέγουσιν. ὅμως δ' οὖν τὰ λεγόμενα τοιαῦτά ἐστι. Τοὺς μὲν μεσημβρινωτάτους, Αἰθίοπας προσαγορεύουσι· τοὺς δ' ὑπὸ τούτοις τοὺς πλείστους, Γαράμαντας, καὶ Μαυρουσίους, καὶ Νιγρίτας· τοὺς δ' ἔτι ὑπὸ τούτοις Γαιτούλους. τοὺς δὲ τῆς θαλάττης ἐγγὺς ἢ καὶ ἁπτομένους αὐτῆς, πρὸς Αἰγύπτῳ μὲν Μαρμαρίδας, μέχρι τῆς Κυρηναίας· ὑπὲρ δὲ ταύτης, καὶ τῶν Σύρτεων, Ψύλλους καὶ Νασαμῶνας, καὶ τῶν Γαιτούλων τινάς. εἶτα Σίντας, καὶ Βυζακίους, μέχρι τῆς Καρχηδονίας. πολλὴ δ' ἐστὶν ἡ Καρχηδονία. συνάπτουσι δ' οἱ Νομάδες αὐτῇ. τούτων δὲ τοὺς γνωριμωτάτους, τοὺς μὲν Μασσαλιεῖς, τοὺς δὲ Μαλαισυλίους προσαγορεύουσιν. ὕστατοι δ' εἰσὶ Μαυρούσιοι. Πᾶσα δ' ἡ ἀπὸ Καρχηδόνος μέχρι στηλῶν, ἐστὶν εὐδαίμων. θηριοτρόφος δὲ, ὥσπερ καὶ ἡ μεσόγαια πᾶσα. οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ νομάδας λεχθῆναι τινὰς ἐξ αὐτῶν, οὐ δυναμένους γεωργεῖν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν θηρίων τὸ παλαιόν. οἱ δὲ νῦν ἅμα τῇ ἐμπειρίᾳ τῆς θήρας διαφέροντες, καὶ τῶν Ῥωμαίων προσλαμβανόντων πρὸς τοῦτο διὰ τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὰς θηριομαχίας, ἀμφοτέρων περιγίγνονται, καὶ τῶν θηρίων καὶ τῆς γεωργίας.

Τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν ἠπείρων λεγομένα. Λοιπὸν εἰπεῖν περὶ τῶν κλιμάτων, ὅπερ καὶ αὐτὸ ἔχει καθολικὴν ὑποτύπωσιν, ἑρμηνεῦσιν ἐκ τῶν γραμμῶν ἐκείνων, ἃ στοιχεῖα ἐκαλέσαμεν. λέγω δὲ τῆς τε τὸ μῆκος ἀφοριζούσης τὸ μέγιστον, καὶ τῆς τὸ πλάτος. μάλιστα δὲ τῆς τὸ πλάτος. Τοῖς μὲν οὖν ἀστρονομικοῖς ἐπιπλέον τοῦτο ποιητέον, καθάπερ Ἵππαρχος ἐποίησεν. ἀνέγραψε γὰρ, ὡς αὐτός

αὐτός φησι, τὰς γιγνομένας ἐν τοῖς οὐρανίοις διαφορὰς καθ' ἕκαστον τῆς γῆς τόπον τῶν ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς τεταρτημορίῳ τεταγμένων. λέγω δὲ τὸν ἀπὸ τοῦ ἰσημερινοῦ μέχρι τοῦ βορείου πόλου. Τοῖς δὲ γεωγραφοῦσιν οὔτε τῶν ἔξω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης φροντιστέον, οὔτ' ἐν αὐτοῖς τοῖς τῆς οἰκουμένης μέρεσι, τὰς τοιαύτας καὶ τοσαύτας διαφορὰς παραδεκτέον τῷ πολιτικῷ· πολυσκελεῖς γάρ εἰσιν· ἀλλ' ἀρκεῖ τὰς σημειώδεις καὶ ἁπλουστέρας ἐκθέσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεχθεισῶν, ὑποθεμένοις, ὥσπερ ἐκεῖνος, εἶναι τὸ μέγεθος τῆς γῆς σταδίων εἴκοσι πέντε μυριάδων, καὶ δισχιλίων, ὡς καὶ Ἐρατοσθένης ἀποδίδωσιν. οὐ μεγάλη γὰρ παρὰ τοῦτ' ἔσται διαφορὰ πρὸς τὰ φαινόμενα ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν οἰκήσεων διαστήμασιν. Εἰ δή τις εἰς τριακόσια ἑξήκοντα τμήματα τέμοι τὸν μέγιστον τῆς γῆς κύκλον, ἔσται ἑπτακοσίων σταδίων ἕκαστον τῶν τμημάτων. τούτῳ δὴ χρῆται μέτρῳ πρὸς τὰ διαστήματα ἐν τῷ λεχθέντι διὰ Μερόης μεσημβρινῷ λαμβάνεσθαι μέλλοντι. Ἐκεῖνος μὲν δὴ ἄρχεται, ἀπὸ τῶν ἐν τῷ μεσημβρινῷ οἰκούντων, καὶ λοιπὸν ἀεὶ δι' ἑπτακοσίων σταδίων τὰς ἐφεξῆς οἰκήσεις ἐπιὼν κατὰ τὸν λεχθέντα μεσημβρινόν, πειρᾶται λέγειν τὰ παρ' ἑκάστοις φαινόμενα. ἡμῖν δ' οὐκ ἐνθένδε ἀρκτέον. καὶ γὰρ εἰ καὶ οἰκήσιμα ταῦτά ἐστιν, ὥσπερ οἴονταί τινες, ἰδία γέ τις οἰκουμένη αὕτη ἐστὶ διὰ μέσης τῆς ἀοικήτου διὰ καῦμα στενὴ τεταμένη, οὐκ οὖσα μέρος τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Ὁ δὲ γεωγράφος ἐπισκοπεῖ ταύτην μόνην τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην. Αὕτη δ' ἀφορίζεται πέρασι, νοτίῳ μὲν τῷ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλῳ, βορείῳ δὲ τῷ διὰ τῆς Ἰέρνης. οὔτε δὲ τὰς τοσαύτας οἰκήσεις ἐπιθετέον ὅσας ὑπαγορεύει τὸ μεταξὺ λεχθὲν μεταξὺ διάστημα, οὔτε πάντα τὰ φαινόμενα θετέον, μεμνημένοις τοῦ γεωγραφικοῦ σχήματος. Ἀρκτέον δ', ὥσπερ Ἵππαρχος, ἀπὸ τῶν νοτίων μερῶν. Φησὶ δὴ τοῖς οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ διὰ τῆς Κινναμωμοφόρου παραλλήλῳ, ὃς ἀπέχει τῆς Μερόης τρισχιλίους σταδίους πρὸς νότον, τοῦ δ' ἰσημερινοῦ ὀκτακισχιλίους καὶ ὀκτακοσίους, εἶναι τὴν οἴκησιν ἐγγυτάτω μέσην τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ τοῦ κατὰ Συήνην· ἀπέχειν γὰρ τὴν Συήνην πεντακισχιλίους τῆς Μερόης. παρὰ δὲ τούτοις πρώτοις τὴν μικρὰν ἄρκτον ὅλην ἐν τῷ ἀρκτικῷ περιέχεσθαι, καὶ ἀεὶ φαίνεσθαι. τὸν γὰρ ἐπ' ἄκρας τῆς οὐρᾶς λαμπρὸν ἀστέρα νοτιώτατον ὄντα ἐπ' αὐτοῦ

ἱδρύ-

ipse ait.) apparentiarum cœlestium differentias in singulis locis terræ, constitutis in nostro quadrante, qui uidelicet est ab æquinoctiali ad polum septentrionalem. Geographum neque horum, quæ extra terram nostram habitatam sunt, rationem habere oportet, neque politicum tot talesque diuersitates in nostra habitabili terra obseruare attinet. sunt enim perplexæ. Satis est suis punctis expressas & simpliciores earum quas ipse tradidit proponere: sumto, de ipsius quidem sententia, quantitatem terræ continere stadiorum CCLII millia, ut & Eratosthenes tradit. non magna enim ex hoc orietur apparentiarum in interuallis habitationum diuersitas. Quod si quis ergo maximum terræ circulum secet in CCCLX partes, cuiuis obtingent segmento stadia IↃCC. Hac ille utitur mensura ad interualla quę in Meroës meridiano erat sumturus. Atque is quidem orditur ab ijs qui in meridiano eo habitant, ac deinceps identidem IↃCC stadijs distantes habitationes in eodem examinans, singulorum apparentię quid differant perquirit. Nobis autem non est inde incipiendum nam etsi illa loca, quod quidam uolunt, habitantur, peculiaris quędam erit ea angusta zona per mediam recta torridam, non pars nostrę habitatę, quam solam geographus considerat. Hęc autem definitur suis terminis: austrino quidem parallelo qui per Cinnamomiferam ducitur: septentrionali, qui per Hiberniam. Neque tot ponendum est esse habitationes, quot intermedium interuallum dictat: neque omnia quę apparent excutienda sunt, memoribus geographicę figurę. Sumemus ergo, quod Hipparchus quoque facit, initium à partibus meridionalibus. Ait ergo eos, qui in Cinnamomiferę parallelo habitant (qui à Meroë uersus austrum abest tribus stadiorum millibus, rursumque ab hoc ęquinoctialis stadia VIII CIↃ IↃCCC.) proximè omnino abesse à situ medio inter ęquatorem & ęstiuū tropicum qui per Syenam transit. Nam à Syena Meroën abesse stadijs IↃↃ. apud hos autem primos ursam minorem totam arctico circulo includi, nunquamque occidere. nam stellam in extrema cauda lucidam, quę maximè uer-

sus

sus meridiem uergat, in ipso circulo ita collocari, ut horizontem tangat. Porrò iam dicto meridiano parallelus quodammodo adiacet uersus ortum Arabicus sinus. huius ad mare externum exitus est Cinnamomifera regio, ubi quondam elephantes uenabantur. exit autem parallelus iste partim ad eos qui Taprobana magis uersus austrum habitant, aut qui in ea habitant extrema, partim ad australissima Africę. Porrò apud Meroën, & in Ptolemaide Troglodytica dies longissimus est horarum ęquinoctialium tredecim. qui situs medio loco est inter ęquatorem & Alexandrinum parallelum, nisi quod ad ęquatorem supersunt CIↃ ac C. transit uerò parallelus Meroës partim per nota loca, partim per extrema Indię. Syenę autem, Berenicę in Arabio sinu, & in Troglodytica, solstitio ęstiuo Sol supra uerticem decurrit. dies maxima horarum est ęquinoctialium XIII S. includitur arctico circulo maior ursa ferè tota, demtis tantùm cruribus & ultima caudę stella, unaque de ijs quę sunt in quadrangulo. Porrò Syenę parallelus cum per Ichthyophagorum ad Gedrosiam & Indiam sitorum regionem transit, tum per magis meridionalia quam quidem sit Cyrene ferè quinque stadiorum millibus. Vniuersis autem qui habitant inter tropicum & æquinoctialem circulum, umbræ in in utramque partem cadunt, nempe tam uersus septentrionem quam meridiem. ijs autem qui à Syena & extra æstiuum tropicum habitant, umbræ meridianæ uersus septentrionem iaciuntur. illi amphiscij, hi hetroscij appellantur. Est & aliud discrimen eorum qui sub tropico habitant, indicatum à nobis in zonarum explicatione. Hæc enim est arenosa, silphij ferax, & sicca: cum magis ad austrum uergentes partes & aquæ habeant satis, & frugiferæ sint. Præterea in locis, quæ à parallelo Alexandrino & Cyrenæo ad CCCC stadia magis uersus meridiem absunt, ubi dies longissima horarum æquinoctialium est XVI, ita supra uerticem fertur Arcturus, ut leuiter ad austrum declinet. Iam Alexandreæ gnomo rationem habet ad umbram æquinoctialē, qualis est quinarij ad septenariū. Carthagine autem meridionaliores sunt CIↃ CCC stadijs, & meridionaliores quā Alexan-

ἰδρύσθαι τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου, ὥστ' ἐφάπτεσθαι τοῦ ὁρίζοντος. Τῷ δὲ λεχθέντι μεσημβρινῷ, παράλληλός πως παράκειται ἕωθεν ὁ Ἀράβιος κόλπος. τούτου δ' ἔκβασις εἰς τὸ ἔξω πέλαγος, ἡ Κινναμωμοφόρος ἐστὶν, ἐφ' ἧς ἐλεφάντων γέγονε θήρα τὸ παλαιόν. ἐκπίπτει δ' ὁ παράλληλος οὗτος, τῇ μὲν ἐπὶ τοὺς νοτιωτέρους μικρὸν τῆς Ταπροβάνης, ἢ ἐπὶ τοὺς ἐσχάτους οἰκοῦντας, τῇ δ' ἐπὶ τὰ νοτιώτατα τῆς Λιβύης. Τοῖς δὲ κατὰ Μερόην καὶ Πτολεμαΐδα τὴν ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστι τρισκαίδεκα. ἔστι δ' αὕτη ἡ οἴκησις μέση πως τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ δι' Ἀλεξανδρείας, παρὰ χιλίους καὶ ἑκατὸν τοὺς πλεονάζοντας πρὸς τῷ ἰσημερινῷ. διήκει δ' ὁ διὰ Μερόης παράλληλος, τῇ μὲν διὰ γνωρίμων μερῶν, τῇ δὲ διὰ τῶν ἄκρων τῆς Ἰνδικῆς. Ἐν δὲ Συήνῃ καὶ Βερενίκῃ τῇ ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ, καὶ τῇ Τρωγλοδυτικῇ, κατὰ θερινὰς τροπὰς ὁ ἥλιος κατὰ κορυφῆς γίγνεται. ἡ δὲ μακροτάτη ἡμέρα, ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστι τρισκαίδεκα καὶ ἡμιωρίου. ἐν δὲ τῷ ἀρκτικῷ φαίνεται καὶ ἡ μεγάλη ἄρκτος ὅλη σχεδόν τι πλὴν τῶν σκελῶν καὶ τοῦ ἄκρου τῆς οὐρᾶς, καὶ ἑνὸς τῶν ἐν τῷ πλινθίῳ ἀστέρων. Ὁ δὲ διὰ Συήνης παράλληλος, τῇ μὲν διὰ τῆς τῶν Ἰχθυοφάγων τῶν κατὰ τὴν Γεδρωσίαν, καὶ τῆς Ἰνδικῆς διήκει, τῇ δὲ διὰ τῶν νοτιωτέρων Κυρήνης μὲν πεντακισχιλίοις σταδίοις παρὰ μικρόν. Ἅπασι δὲ τοῖς μεταξὺ κειμένοις τοῦ τε τροπικοῦ καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, μεταπίπτουσιν αἱ σκιαὶ ἐφ' ἑκάτερα, πρός τε ἄρκτους καὶ μεσημβρίαν. τοῖς δ' ἀπὸ Συήνης ἐκ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ πρὸς ἄρκτους πίπτουσιν αἱ σκιαὶ κατὰ μεσημβρίαν. καλοῦνται δ' οἱ μὲν ἀμφίσκιοι, οἱ δ' ἑτερόσκιοι. Ἔστι δέ τις καὶ ἄλλη διαφορὰ τοῖς ἐπὶ τῷ τροπικῷ, ἣν προείπομεν ἐν τῷ περὶ τῶν ζωνῶν λόγῳ. αὐτή τε γάρ ἐστιν ἡ δίαμμος, καὶ σιλφιοφόρος, καὶ ξηρά, τῶν νοτιωτέρων μερῶν εὐύδρων τε καὶ εὐκάρπων ὄντων. Ἐν δὲ τοῖς τοῦ δι' Ἀλεξανδρείας, καὶ Κυρήνης νοτιωτέροις ὅσον τετρακοσίοις σταδίοις, ὅπου ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἐστιν ἰσημερινῶν δεκατεσσάρων, κατὰ κορυφὴν γίνεται ὁ Ἀρκτοῦρος, μικρὸν ἐκκλίνων πρὸς νότον. Ἐν δὲ τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὁ γνώμων λόγον ἔχει πρὸς τὴν ἰσημερινὴν σκιάν, ὃν ἔχει τὰ πέντε πρὸς ἑπτά. Καρχηδόνος δὲ νοτιώτεροι εἰσὶ χιλίοις καὶ τριακοσίοις σταδίοις, καὶ Ἀλεξανδρείας

δρείας δὲ νοτιώτεροι· ἐπεὶ ἐν Καρχηδόνι ὁ γνώμων λόγον ἔχει πρὸς τὴν ἰσημερινὴν σκιὰν, ὃν ἔχει τὰ ἕνδεκα πρὸς τὰ ἑπτά. διήκει δ᾽ ὁ παράλληλος οὗτος, τῇ μὲν διὰ Κυρήνης καὶ τῶν νοτιωτέρων Καρχηδόνος, ἐνακοσίοις σταδίοις, μέχρι Μαυρουσίας μέσης, τῇ δὲ δι᾽ Αἰγύπτου καὶ κοίλης Συρίας καὶ τῆς ἄνω Συρίας, καὶ Βαβυλῶνος, καὶ Σουσιάδος, Περσίδος, Καρμανίας, Γεδρωσίας τῆς ἄνω, μέχρι τῆς Ἰνδικῆς. Ἐν δὲ τοῖς περὶ Πτολεμαΐδα τὴν ἐν τῇ Φοινίκῃ, καὶ Σιδόνα, καὶ Τύρον, ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκατεσσάρων καὶ τετάρτου. Βορειότεροι δ᾽ εἰσὶν οὗτοι, Ἀλεξανδρείας μὲν, ὡς χιλίοις ἑξακοσίοις σταδίοις, Καρχηδόνος δὲ ὡς ἑπτακοσίοις. Ἐν δὲ τῇ Πελοποννήσῳ καὶ περὶ τὰ μέσα τῆς Ῥοδίας καὶ περὶ Ξάνθον τῆς Λυκίας, ἢ τὰ μικρῷ νοτιώτερα, καὶ ἔτι τὰ Συρακοσίων νοτιώτερα τετρακοσίοις σταδίοις. ἐνταῦθα ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκατεττάρων καὶ ἡμίσους. ἀπέχουσι δ᾽ οἱ τόποι οὗτοι Ἀλεξανδρείας μὲν τρισχιλίους ἑξακοσίους τεσσαράκοντα. διήκει δ᾽ ὁ παράλληλος οὗτος καθ᾽ Ἐρατοσθένη διὰ Καρίας, Λυκαονίας, Καταονίας, Μηδείας, Κασπίων πυλῶν, Ἰνδῶν τῶν κατὰ Καύκασον. Ἐν δὲ τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρειαν μέρεσι, τὴν Τρῳάδος, κατ᾽ Ἀμφίπολιν καὶ Ἀπολλωνίαν τὴν ἐν Ἠπείρῳ, τοὺς Ῥώμης μὲν νοτιωτέρους, Βορειοτέρους δὲ Νεαπόλεως, ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαπέντε. ἀπέχει δὲ ὁ παράλληλος οὗτος τοῦ μὲν δι᾽ Ἀλεξανδρείας τῆς πρὸς Αἰγύπτῳ ὡς ἑπτακισχιλίους σταδίους πρὸς ἄρκτον, τοῦ ἰσημερινοῦ ὑπὲρ δισμυρίους ὀκτακισχιλίους ὀκτακοσίους, τοῦ δὲ διὰ Ῥόδου τρισχιλίους τετρακοσίους. πρὸς νότον δὲ Βυζαντίου καὶ Νικαίας καὶ τῶν περὶ Μασσαλίαν, χιλίους πεντακοσίους. μικρὸν δ᾽ ἀρκτικώτερος ἐστὶν ὁ διὰ Λυσιμαχίας, ὃν φησιν Ἐρατοσθένης διὰ Μυσίας εἶναι καὶ Παφλαγονίας, καὶ τῶν περὶ Σινώπην, καὶ Ὑρκανίαν, καὶ Βάκτρα. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον, ἡ μεγίστη ἡμέρα ὡρῶν ἐστὶν ἰσημερινῶν δεκαπέντε καὶ τετάρτου. ὁ δὲ γνώμων πρὸς τὴν σκιὰν λόγον ἔχει ἐν τῇ θερινῇ τροπῇ, ὃν τὰ ἑκατὸν εἴκοσι πρὸς τεσσαράκοντα δύο λείποντα πέμπτῳ. ἀπέχουσι δ᾽ οἱ τόποι οὗτοι τοῦ διὰ μέσης τῆς Ῥοδίας περὶ τετρακισχιλίους, καὶ ἐνακοσίους, τοῦ δ᾽ ἰσημερινοῦ ὡς τρισμυρίους τριακοσίους. Εἰσπλεύσασι δὲ εἰς τὸν Πόντον, καὶ προελθοῦσιν ἐπὶ τὰς ἄρκτους ὅσον χιλίους, καὶ τετρακοσίους, ἡ μεγίστη ἡμέρα γίνεται ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαπέν-

drea, siquidē gnomonis ratio est ad umbram æquinoctialem, quę est undecim ad septem. Transit autem parallelus hîc quâ per Cyrenem & à Carthagine ad meridiem disita stadijs IↃCCCC, usque ad mediam Maurusiam, quâ per Aegyptum, Cœlesyriam, Syriam superiorem, Babylonem, Susidem, Persidem, Carmaniam, Gedrosiam superiorem, usque ad Indiam. Rursum circa Ptolemaidem Phœnices, ac Sidonem & Tyrum, maxima diei quantitas est horarum XIV & quadrantis. Versus septentrionem hi remoti sunt ab Alexandrea stadijs ad CIↃ IↃC, à Carthagine autem IↃCC. Porrò in Peloponneso, circa Rhodi medium, & Xanthum Lyciæ urbem, & quæ hac & Syracusis paulo magis uersus meridiem inclinant, longissima dies est horarum æquinoctialium XIV cum semisse. distant hæc loca ab Alexandrea stadijs CIↃ CIↃ CIↃ IↃC XL. Si Eratosthenem sequimur, transit parallelus hic per Cariam, Lycaoniam, Cataoniam, Mediam, Caspias portas, & Indos qui sunt ad Caucasum. Inde apud Alexandream Troadis, Amphipolin, & Apolloniam in Epiro, & eos qui Roma uersus meridiem, Neapoli uersus septentrionem absunt, dies longissima horarū est æquinoctialium quindecim. distat hic parallelus ab Aegyptiæ Alexandreæ parallelo uersus septentrionem ad septem stadiorum millia, ab æquatore super XXVIII millia, & IↃCCC, à Rhodo III CIↃ CCC. à Byzantij aūt, Nicææ & Massiliæ parallelo ad meridiem, CIↃ IↃ. paulo septentrionalior est qui per Lysimachiam ducitur: quem Eratosthenes ait duci per Mysiam, Paphlagoniam, Sinopen, Hyrcaniam, Bactra. Apud Byzantium uerò dies longissima est horarum æquinoctialium XV, cum quadrante. æstiuo autem solstitio gnomo ad umbram eam habet proportionem, quam CXX ad XLII minus quincunce. atque hæc loca distant à parallelo per mediam Rhodum ducto ad IↃↃ, demtis C: à meridiano ad triginta millia & CCC. In Pontum deinde nauigantibus, & ad septentrionem prouectis ad stadia CIↃ CCCC, longissima dies fit hora-

rum

rum æquinoctialium xv S. hæc enim loca eodem interuallo diſtant à polo & æquinoctiali, & arcticus circulus eorum uertici imminet, in quo ſita eſt ſtella in collo Caſsiepeæ, & alia in dextro cubito Perſei, paulo borealior. At qui uerſus ſeptentrionem à Byzãtio remoti ſunt ad ſtadia III CIϽ IϽCCC, ijs ſolſtitij æſtiui dies eſt horarum æquinoctialium XVI. ijs Caſsiopea in arctico conuertitur circulo. hæc loca ſunt circa Boryſthenem & auſtrinas Mæotidis partes. abſunt ab æquatore circiter XXXIV millibus ſtadiorum, ac centum ſtadijs. Denique horizontis locus ſeptentrionibus proximè ſubiectus, totis ferè æſtiuis noctib. illuſtrat radijs ſolaribus ab occaſu ad ortum uſque lumine obuerſante. tropicus enim æſtiuus ab horizonte abeſt ſemiſſe & uncia integri ſigni: tantundemque

*Crepuſcula.*

neceſſe eſt ſolem ab horizonte ſub mediam abeſſe noctem. Quid quod apud nos tanto diſtans ſpacio Sol ab horizonte, tamen & ante diluculum, & poſt ueſperam ortiuum occiduumue aërem illuſtrat? Cæterûm apud illos Sol hybernis diebus ad ſummum ad nouem eleuatur cubitos. Eratoſthenes ait hos à Meroa diſtare non multo pluribus quam XXIII millibus ſtadiorum. Eſſe enim per Helleſpontum millia XIIX. deinde ad Boriſthenem IϽϽ. Verùm apud eos, qui à Byzantio abſunt ad IϽϽ CIϽ CCC ſtadia, à Mæotide palude uerſus ſeptentrionem ſiti, hybernis diebus Sol ad ſummum in ſex adſurgit cubitos. dies longiſsima eſt horarum æquinoctialium XVII. Vlteriora iam ad habitationibus ob frigus negatam terram tendentia, nihil ad geographum. Qui tamen & illa uult cognoſcere, & alias res cœleſtes, is Hipparchum conſulat. nam ab eo ſunt dicta, & à nobis omittuntur, quia magis ſunt luculenta quam noſtra requirat inſtituta tractatio. Eiuſdem generis etiam

*Amphiſcij, Heteroſcij, &c.*

ſunt quæ de Periſcijs, Amphiſcijs, & Heteroſcijs Poſidonius prodidit. Attamen horum quoque eò uſque mentio facienda, ut explicemus quatenus uel utilia ſint ea, uel inutilia geographo. Quoniam autem uerba fiunt de ſolis umbris, & Sol, quantum ſenſu depræhendi poteſt, eodem circulo ad eum quo mundus uerſatur, parallelo conuertitur, ita'que in ſingulis mundi partibus dies


καιπέντε, καὶ ἡμίσους. ἀπέχουσι δ' οἱ τόποι οὗτοι ἴσον ἀπό τε τοῦ πόλου, καὶ τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου, καὶ ὁ ἀρκτικὸς κύκλος κατὰ κορυφὴν αὐτοῖς ἐστί, ἐφ' οὗ κεῖται ὅ, τέ ἐν τῷ τραχήλῳ τῆς Κασσιεπείας, καὶ ὁ ἐν τῷ δεξιῷ ἀγκῶνι τοῦ Περσέως μικρῷ βορειότερος ὤν. Ἔν τε τοῖς ἀπέχουσι Βυζαντίου πρὸς ἄρκτον ὅσον τρισχιλίους ὀκτακοσίους, ἡ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν ἰσημερινῶν δεκαέξ. ἡ οὖν δὴ Κασσιέπεια, ἐν τῷ ἀρκτικῷ φέρεται. εἰσὶ δ' οἱ τόποι οὗτοι περὶ Βορυσθένη καὶ τῆς Μαιώτιδος τὰ νότια. ἀπέχουσι δὲ τοῦ ἰσημερινοῦ περὶ τρισμυρίους τετρακισχιλίους ἑκατόν. Ὁ δὲ κατὰ τὰς ἄρκτους τόπος τοῦ ὁρίζοντος ἐν ὅλαις σχεδόν τι ταῖς θεριναῖς νυξὶ παραυγάζεται ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀπὸ δύσεως ἕως καὶ ἀνατολῆς ἀντιπεριισταμένου τοῦ φωτός. ὁ γὰρ θερινὸς τροπικὸς ἀπέχει ἀπὸ τοῦ ὁρίζοντος ἑνὸς ζῳδίου, ἥμισυ καὶ δωδέκατον. τοσοῦτον οὖν καὶ ὁ ἥλιος ἀφίσταται τοῦ ὁρίζοντος κατὰ τὸ μεσονύκτιον. Καὶ παρ' ἡμῖν δὲ τοσοῦτον τοῦ ὁρίζοντος ἀποσχὼν, πρὸ τοῦ ὄρθρου καὶ μετὰ τὴν ἑσπέραν ἤδη καταυγάζει τὸν περὶ τὴν ἀνατολὴν ἢ τὴν δύσιν ἀέρα. Ἐν δὲ ταῖς χειμεριναῖς ἡμέραις, ὁ ἥλιος τὸ πλεῖστον μετεωρίζεται πήχεις ἐννέα. Φησὶ δ' Ἐρατοσθένης τούτους τῆς Μερόης διέχειν μικρῷ πλείους, ἢ δυσμυρίους τρισχιλίους. Διὰ γὰρ Ἑλλησπόντου εἶναι μυρίους ὀκτακισχιλίους, εἶτα πεντακισχιλίους εἰς Βορυσθένη. Ἐν δὲ τοῖς ἀπέχουσι τοῦ Βυζαντίου σταδίους περὶ ἑξακισχιλίους τριακοσίους, βορειοτέροις οὖσι τῆς Μαιώτιδος, κατὰ τὰς χειμερινὰς ἡμέρας μετεωρίζεται τὸ πλεῖστον ὁ ἥλιος, ἐπὶ πήχεις ἕξ. ἡ δὲ μεγίστη ἡμέρα ἐστὶν ὡρῶν δεκαεπτά. Τὰ δ' ἐπέκεινα ἤδη πλησιάζοντα τῇ ἀοικήτῳ διὰ ψύχος, οὐκ ἔτι χρήσιμα τῷ γεωγράφῳ ἐστίν. Ὁ δὲ βουλόμενος καὶ ταῦτα μαθεῖν, καὶ ὅσα ἄλλα τῶν οὐρανίων, Ἵππαρχος μὲν εἴρηκεν. ἡμεῖς δὲ παραλείπομεν διὰ τὸ τρανότερα εἶναι τῆς νῦν προκειμένης πραγματείας, παρ' ἐκείνου λαμβανέτω. Τρανότερα δ' ἐστὶ καὶ τὰ περὶ τῶν περισκίων καὶ ἀμφισκίων καὶ ἑτεροσκίων ἃ φησι Ποσειδώνιος. Ὅμως γε καὶ τούτων, τό γε τοσοῦτον ἐπιμνηστέον, ὥστε τὴν ἐπίνοιαν διασαφῆσαι, καὶ πῇ χρήσιμον πρὸς τὴν γεωγραφίαν καὶ πῇ ἄχρηστον. Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφ' ἡλίου σκιῶν ὁ λόγος ἐστίν, ὁ δ' ἥλιος πρὸς αἴσθησιν κατὰ παραλλήλου φέρεται καθ' ὃν καὶ ὁ κόσμος, παρ' οἷς καθ' ἑκάστην κόσμου περιστροφὴν ἡμέρα

ἡμέρα γίνεται καὶ νὺξ. ὅτε μὲν ὑπὲρ γῆς τοῦ ἡλίου φερομένου, ὅτε δ᾽ ὑπὸ γῆν παρὰ τούτοις, οἵτε ἀμφίσκιοι ἐπινοοῦνται καὶ οἱ ἑτερόσκιοι. ἀμφίσκιοι μὲν, ὅσοι κατὰ μέσον ἡμέρας, τότε μὲν ἐπὶ τάδε πιπτούσας ἔχουσι τὰς σκιὰς, ὅταν ὁ ἥλιος ἀπὸ μεσημβρίας τῷ γνώμονι προσπίπτῃ τῷ ὀρθῷ, πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐπίπεδον, τότε δ᾽ εἰς τοὐναντίον, ὅταν ὁ ἥλιος εἰς τοὐναντίον περιστῇ. τοῦτο δὲ συμβέβηκε μόνοις τοῖς μεταξὺ τῶν τροπικῶν οἰκοῦσιν. Ἑτερόσκιοι δ᾽ ὅσοις ἢ ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἀεὶ πίπτουσιν, ὥσπερ ἡμῖν· ἢ ἐπὶ τὰ νότια, ὥσπερ τοῖς ἐν τῇ ἑτέρᾳ εὐκράτῳ ζώνῃ οἰκοῦσι. Τοῦτο δὲ συμβαίνει πᾶσι τοῖς ἐλάττονα ἔχουσι τοῦ τροπικοῦ τὸν ἀρκτικόν. Ὅταν δὲ τὸν αὐτὸν, ἢ μείζονα, ἀρχὴ τῶν περισκίων ἐστὶ, μέχρι τῶν οἰκούντων ὑπὸ τῷ πόλῳ. Τοῦ γὰρ ἡλίου καθ᾽ ὅλην τὴν τοῦ κόσμου περιστροφὴν ὑπὲρ γῆς φερομένου, δηλονότι καὶ ἡ σκιὰ κύκλῳ περιενεχθήσεται περὶ τὸν γνώμονα· καθ᾽ ὃ δὴ καὶ περισκίους αὐτοὺς ἐκάλεσεν, οὐδὲν ὄντας πρὸς τὴν γεωγραφίαν. οὐ γάρ ἐστιν οἰκήσιμα ταῦτα τὰ μέρη διὰ ψῦχος· ὥσπερ ἐν τοῖς πρὸς Πυθέαν λόγοις εἰρήκαμεν. Ὥστ᾽ οὐδὲ μεγέθους τῆς ἀοικήτου ταύτης φροντιστέον ἐκ τοῦ λαβεῖν, ὅτι ἔχοντες ἀρκτικὸν τὸν τροπικὸν ὑποπεπτώκασι τῷ γραφομένῳ κύκλῳ ὑπὸ τοῦ πόλου τοῦ ζῳδιακοῦ, κατὰ τὴν τοῦ κόσμου περιστροφήν. ὑποκειμένου τοῦ μεταξὺ διαστήματος, τοῦ τε ἰσημερινοῦ καὶ τοῦ τροπικοῦ, τεττάρων ἑξηκοστῶν τοῦ μεγίστου κύκλου.·.

dies fiet eo supra terram, nox infra terram uehente: Amphiscij intelliguntur illi, quorum gnomoni sub meridiem erecto Sol affulgens in supposita planicie umbram modò in hanc, aliâs in diuersam partem proijcit, sole in oppositam priori regionem delato. Hoc autem ijs tantummodo contingit, qui inter tropicos habitant, Heteroscij sunt, quibus id genus umbrę aut semper uersus septentrionem cadunt, ut nobis: aut uersus meridiem, ut ijs qui in altera temperata zona degunt. usu uenit hoc omnibus, qui arcticum tropico minorem habent. Perisciorum principium est, ubi uel æqualis tropico arcticus est, uel maior: usque ad eos qui sub polo habitant. Cum enim Sol secundum totam cœli conuersionem supra terram feratur, nimirum & umbra in orbem ambiet gnomonem. unde & periscios eos nuncupauit, nihil ad geographiam attinentes. Quippe partes istę ob frigus habitari non possunt: uti in refutatione Pytheæ ostendimus. Quapropter ne de magnitudine quidem istius non habitatæ terræ disputare expedit, posito, eos cum habeant tropicum pro arctico, suppositos esse circulo qui à polo zodiaci describitur mundi conuersione: & posito, interuallum inter æquinoctialem & tropicum esse quatuor partium, quarum sexaginta integrum maximum circulum absoluunt.

IN LL

# IN LIBRVM SECVNDVM STRABONIS ANNOTATA, INTERPETIS.



TQVI à Meroes.] Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ legēdum duxi, pro quo erat τὸν. Et pro Ἀμινσόν reposui Ἀμισόν. tametsi ita identidem scriberetur.

Deinde montana quæ sunt usque.] Ἡ ἀπὸ τῆς Ὑρκανίαν θάλατταν ὑπέρβασις. legi non ἀπὸ, sed ἐπὶ, secutus locum qui paulò post sequitur, ubi hoc ipsum uocatur ἡ ἐπὶ τὴν Κασπίαν ὑπέρβασις. intelligo autem iter à Colchide ad Hyrcanum mare, quo superandi sunt montes Moschici. & sic cum hoc in libro, tum aliàs utitur hac uoce Strabo.

2 Non ob solam.] οὐ ψιλὴν διαφωνίαν. noster codex habebat ὑψηλὴν, nimirum hoc erat emendare Aldinam lectionem, quæ habet ὑψηλὴν. unde colligendum potius erat, id quod non primi nos deprehendimus ac restituimus, sed ne ueterem quidem interpretem fefellit.

3 Euidentia.] ἐνάργεια. Sic legit etiam interpres, non ἐνέργεια, quod huc non facit. Loquitur aūt de instrumentis Geodæticis.

4 Itaque ne illud quidem rectè pronunciat.] Ὡς δ' ἐκεῖνος εὖ λέγει τοῦτο. uerba hæc ita puto legi debere. Ὡς δ' ἐκεῖνος εὖ λέγει (aut εὖ λέγει, quod tamen idem significare oportebit, et exemplo probare nullo possum.) τό. atque hoc τὸ refertur ad ea quæ inferuntur οὐδ' εἰ τὸν παράλ. Non sequitur (inquit) nos, quia hæc nesciamus, ideò etiam ignorare lineam parallelum esse &c. πρόσκια mendum erat illustre, pro πρὸς σκιάν.

5 At qui iubet.] Diu me hic locus torsit, ita scriptus. ἐὰν ἣ κελεύων ὡς οἱ ἀρχαῖοι ἐκεῖσε φέρειν. tamen non dubito me eum restituisse pristinæ integritati. Hoc enim uult, eos qui probabiles ab antiquis dissentiendi causas habent, in ijs quæ prorsus comperta non sunt, ac de quibus pronunciare non habent, liberos adhuc esse. qui autem omnino se antiquis addicunt, eos adstrictos esse in ea parte.

6 In uasis non picatis etiam per tres ætates.] Εἰς τριετίαν παραμένειν ἐν ἀπιττώτοις. scriptum erat ita. Sed ἀπιττώτοις legendum nemo non poterat eruditus uidere. Reliquum interpres uertit tres hominis ætates, & exposuit nonagesimum annum. De ætate annotaui alibi: & apud Herodotum in Euterpa monstratur tres γενεὰς seu ætates esse annos centum. Sed τριετίαν non est nisi triennium, certè non magna aut admirabilis uini ætas, cùm Plinius ad CC. annos durare quædam uina prodiderit: & nostratia etiam uina ad 10. & amplius annos nonnulla ætatem ferant. Ego reposui τριγένειαν, qua uoce & alibi usus est Strabo, & hîc legitur in Χρηστομαθείαις siue epitoma Strabonis, non eâ modò quæ excusa typis est, sed & in uetustißimo & antiquißimæ ac rarißimæ formæ litteris scripti in membranis codice eius operis, qui est in bibliotheca electoris Palatini. Ibidem semper Ἀρεία cum diphthongo scribitur. Sed & Σακασηνὴ alibi est, non Σακασινή. quod genus uarietatis in rebus geographicis non est infrequens. Paulo post Καππαδοκίας τὰ πρὸς τοῖς. scriptum erat καὶ pro τά. non obscurum hoc, sicut & id quod φανοξείας scriptum est pro φαναγορείας.

Marginal notes: ὑπηρέσιον quid. — a γενεὰ — lib. 14. cap. 4.

7 Ἔστι δὲ Βάκτρα.] Legi Βάκτρων & τῆς Ὑρκανίας. Locus est & admodum perplexus, & deprauatus.

8 Puluino remigum.] Ὑπηρεσίῳ παραπλήσιον. Interpres nauigium uertit, nescio cur. Meæ uersioni suffragatur Suidas, etsi ὑπηρέσιον & ὑπηρετήσιον legitur ibi. Sed Pollux disertè ita ut ego uerti interpretatur lib. 1. cap. 9. & idem puluinar in conuiuio ὑπηρέσιον uocari testatur initio ferè libri sexti: ut si uelis, liceat uocem remigum expungere. Iam Eustathius in Odyss. δ. 559. disertè docet ὑπηρέσιαν scribi, & uocabuli ἐρέσσω in η mutato & idem in eius operis θ. 191. ait ὑπηρέσιον antiquis dictum ἐφ' οὗ ἐκάθηντο οἱ ἐρέται, cui insident remiges.

9 IX millia.] addidit interpres, & CC quod neque in nostro codice reperi, neque in Aldino. & ualdè metuo ne plerique spaciorum & interuallorum numeri incertiores sint atque deprauatiores, quam ut nisi iusta instituta commentatione agi de ijs poßit. Quo ego puto posse supersederi labore, locorum interea temporis consignata latitudinis longitudinisque ratione, unde demonstrari possunt distantiæ. Itaque minùs fui hîc scrupulosè solicitus. paulo post pro Παρασιανικῆς reposui Παραιτακηνῆς, ex ipso Strabone & alijs.

10 Membra.] μέλη. differunt pars & membrū quatenus pars est quiduis respectu totius: unumquodque membrum ut pars totius, ita ipsum quoque totum quoddam est, & suos terminos proprios habet, quibus circumscribitur. ἡ μὲν κατὰ μέλη.] Omnino sic legendum, non μέρη & ἑκατέρα patrio, nō dandi casu.

11 In ipso meridiano.] Ἐπὶ μεσημβρίαν. ego euidentiam secutus sum. & hæc uerba si ita scripsit Strabo, idem significant atque τῷ μεσημβρινῷ. Cæterùm quod sequebatur οὐ δεῖ τῶν &c. particulam negantem sustuli, planè sententiæ huius loci atque doctrinæ repugnantem. eandem inferius omissam ante πολὺ πλάτος φησί, reposui.

12 Culpandi studium.] φιλιτίς Aldus habebat, nos φιλιτίς: & μώνοντ⊙ rectè uterq;. Interpres mendum in priore uoce non obseruans, nescio quos Philetios & Menontes nobis creauit: cùm Hipparcho uitia duo præter superiora obijciantur, τὸ φιλαίτιον, & τὸ περὶ τὰς αὐτὰς, οὐ μὴν χρηστὰς, μόνον ὑποθέσεσι quod Aristoteles uocat θέσιν διαφυλάττειν.

13 Quæro.] Ζητῶν. Si ζητῶ legas, omnia rectè habent. infrà ἀπὸ τῶν ἄρκτων, erat ὑπὸ liquidò falsum, ut & καινὸν pro κενὸν bis. ὑπὸ τὴν ὀρθὴν.] erat περὶ. Sed ego cùm superiora secutus sum, tum rationem. Nihil enim absurdi erat in triangulo rectangulo duorum laterum quæ rectum angulum faciũt alterum altero longius esse: sed alterum horum hypotenusa esse longius, id multis modis absurdum esset. quod non tãtum peculiariter 47ª primi Euclidis docere potest, sed & in uniuersum de quocunq; triangulo eiusdem libri propositio 19ª demonstrat. cùm ex eiusdẽ 32ª facilè colligatur in rectangulo triãgulo nullum posse esse locum angulo, qui quantitate rectum excedat. Paulo post λειφθέντος γὰρ τοῦ τῶν ὅρων πλάτους: legendum uidetur ὀρῶν.

14 Promontoria.] Ἄκρας: usus sum uocabulo latiùs, ut intelligas processus, quos uocãt, seu partes procurrentes, zipffel. ἀφ᾽ in ἐφ᾽ mutaui, cùm paulo inferiùs rectè legatur. Sed post ἄκρας, desidero τῆς Εὐρώπης. infrà πολυχιδὲς.] sic & interpres legit, & sensus requirit.

15 Verùm his ille præteritis.] Εἰ γὰρ οὖν περὶ μὲν τῶν. ego sensum respexi, ac si esset scriptum. εἶτ᾽ οὖν παρεμένο & c. Paulo post non excedere.] Legi enim ὁμολογοῦσιν οὐ πλειόνων. itaq; sensus requirit; & ratiocinatio, de freto Gaditano, quod Romam Carthagine, hanc freto dicit occidentaliorem, palàm falsum est. Sed pleraq; in his refutationibus sunt corrupta, mutila, confusa, peruersa: quibus ex coniectura uelle mederi, planè sit Oedipum se profitentis. ἀποξίας quidem legebatur pro ἀπαξίας. Ἐπανορθῶμεν αὐτὴν.] Fortè αὐτὸν.

16 Cùm in his quæ retulimus.] Legebatur Ἵππαρχ⊙. ἐν δὲ & c. quæ non magna deprauatio etiam interpreti erroris ansam præbuit.

17 Aristoteles.] Αὐτὰς καλεῖ τὰς μεταξὺ legendum arbitror, & ἀμφοτέροις pro ἀμφοτέρως.

18 Iam cùm arctici.] Οὔτε παρὰ πᾶσιν οὖσιν. legebatur οὖσαι. quod mendum interpres non animaduertens, locum fœdè confudit. Sic autem ratiocinatur Strabo. Arctici circuli non sunt itidem ut tropici apud omnes ijdem, sed pro situ locorum alij atque alij, alicubi etiam nulli: ergo zonæ quæ immutabiles utiq; sunt, non possunt eorum opera distingui. Loquitur autem de arcticis ijs, de quibus primo libro aliquid diximus. Ac tales in sphæra recta prorsus nulli possunt esse, omnib. cœli partibus ibi orientibus & occidentibus. Qui habitãt sub latitudine $66\frac{1}{2}$ partiũ, id est sub arctico uulgari circulo (. quales in nostro orbe sunt in Islandia, Finlandia, & prope sinum Ruthenicum quidam.) ijs tropicus est pro arctico. Hæc οἰκοῦσιν ἐν πᾶσιν, mutilata sunt. ego sensum expressi. Mox. Ex his periscios.] Legebatur περιοίκους. sed ista uox huc non quadrat. Non enim quatenus diuersarum zonarum habitatores, aut eadem in zona eregionè, aut utroque modo contrà habitantes conferuntur (. unde antœci, periœci, & antipodes.) hic Posidonius zonas distinguit, sed umbrarum diuersitatis rationem habet: & paulo post rectè leguntur Periscij. Græcas uoces retinui, ne Latinas insolentes ponere cogerer. Qui habitant sub polo, & quorum uerticis punctus in meridiano à polo non amplius $23\frac{1}{2}$ gradibus abest, ijs necesse est zodiaci aliquam partem nunquam occidere, aliam oppositam nunquam oriri. sicut ergo nox perpetua eos premit, cum Sol in hac fertur, ita idem dum in illa est, in orbem semper eos circuit, nunquam occidens. quo fit, ut umbræ quoque uersus omnes mundi plagas in orbem conuertantur & ambiant. inde periscijs nomen. Tales sunt quorum paulò ante memini, & si qui adhuc ijs sunt septentrionaliores. Idem de Austrina parte intellige. Heteroscij nos sumus, & quicunq; zonam temperatam incolunt, quorum latitudo est intra $23\frac{1}{2}$ & $66\frac{1}{2}$ gradus. Nam ut de nobis exempli causa dicam, tametsi ab ortu uersus occasum, & contrà umbras iacimus: nunquam tamen uersus meridiem nostræ umbræ porriguntur: ideò, quod ubicunque locorum Sol in zodiaco uersetur, etiam cùm proximè ad nos accedit in solstitio æstiuo, in ipsa meridie tamen adhuc à uertice nostro abest uersus meridiem, ut umbras necesse sit uersus septentrionem cadere. Itaque ita habitantes, heteroscij uocantur, quod in alteram tantùm partem umbræ meridianæ (. quarum potißimum ratio habetur.) caderent, nullæ in oppositam. Amphiscij sunt qui zonam incolunt torridam, sphæra situ recto, aut ab eo minus $23\frac{1}{2}$ gradibus declinante. Horum ultra citraq; uerticem cùm Sol discurrat, fit ut umbræ meridianæ eorum aliquando uersus meridiem, aliquando uersus septentriones proijciantur, itaqué utrinq; habeant. Verbi gratia, qui in felici Arabia habitant ultra tropicum Cancri, eorum umbræ meridianæ, dum Sol in Cancro est uersus meridiem, dum in Capricorno est, uersus septentrionem iaciuntur. Itaq; Arabes isti trans tropicum Cancri in temperatam zonam progreßi, mirati sunt (. ut ait Lucanus.) umbras nemorum non ire sinistras: hoc est æstiuo tempore non ferri uersus meridiem, quod domi obseruarant fieri.

Perisciȷ.

Heterosciȷ.

Amphisciȷ.

19 Nam in aere.] Ἥμισυ στάσις &c. Locus est mancus & deprauatus.

20 Sublimissima.] Lego ὑψηλ. non ἄψηλ. Mox sequuntur quæ hoc confirmant. Paulo pòst, πρὸς ἃ ἑκατέρωθεν: erat πρὸς δ᾽ ἑκατέρ. ego sensum tenui. fortè πρὸς δ᾽ αὐτά.

21 Corinthij certaminis.] Proserpinalia uertit interpres, non sat scio quid secutus, κόρη quidem est Proserpina. neque mihi hîc integrum est de Aegyptiorum disputare sacris. non procul fine libri aliquid de eodem hoc refertur: ut comparatione locorum instituta, possis (.si uacet.) coniecturæ opportunitatem indagare.

22 Aquam.] Ὑγιείας, sanitatem. Sed id non uidetur congruere. legi ὑδρείας, de qua uoce suprà aliquid attigimus. paulo antè, ἐπανιόντα δ᾽ ἀνέμοις. noster habebat. ἐπανοιόντ᾽ ἄντ᾽ ἀνέμοις. Aldus rectiùs, tantum traiectis à compositore syllabis ἐπανιὸν δ᾽ ἀντανέμ.

23 Impositis.] Ἐκθέμενον. fortè ἐνθέμενον. quanquam eodem recidit res. omnes suas facultates in eam conuertit nauigationem. Sed & inferiùs legitur ἐκθέμενον, cùm imponere locus requirat. Infra. Bogo.] is est, puto, quem Bocchum Latini dicunt.

24 Quocunque terræ situ.] Οὐ ὁποιωοῦν legi, cùm esset εὐοποιοῦν. περὶ τὰ κλίμ.] Sic & Aldus.

25 Acutiores sint.] aliter legit interpres. ἐῤῥωμενεστέρους & πεπεμμένους. robustiores & coctos. ἐρῥωμένους alibi non legi, neque nimis est (.puto.) uox elegans. & sanè de corpore paulo post accipitur. alioqui ubi aer est calidior, ibi esse ingenia sagaciora & imposturis minùs exposita, uulgo creditur, & de rei huius causis etiam disputant docti. Itaque ampliùs. Post de Britannia, ἐμβαχὸν ἢ, lego ἐμβαδὸν οὐκ.

25 Non rectè.] Οὐ καλῶς. perspicuum. & interpres rectè. Nam corrector mendam οὐκ ἄλλως secutus, uoluit uideri diligens. Paulo pòst, Γαλατικοῦ κόλπου legebatur, ubi Ἀδριατικοῦ secutus superiora reposui. non tamen non obseruaui infrà etiam aliquoties Γαλατικοῦ legi.

26 Non satis.] Μὴ ἱκανῶς. Legebatur μὲν, cui particulæ nihil redditur, ita ut stare non possit. tum non quid priores rectè, sed quid non rectè docuerint, ostendi debet. Ab insequente periodo nonnullos librum tertium auspicari erat nescio à quo annotatum. Nos de diuisione librorum diximus alibi: hîc nihil muto.

28 Marí'ne an terra.] Ἢ γῆ. legi ex sensu ἢ pro ἡ, & ὁ pro οὐ. Paulo pòst Vertebræ superficie minor.] Imò uertebræ superficiei similis. nisi enim admodum erro pro μεῖον legi debet ὅμοιον.

29 Pandataria.] Hoc nomen, & Ebusi, correxi ex alijs ipsius Strabonis locis. De Automalis mox est locus mutilus. Vide ipsum Strabonem, penè sub operis huius calcem.



FINIS.

# HISPANIAE TABVLA, CONTINET TOTAM HISPANIAM IN TRIBVS PROVINCIIS PARTITAM

tam cûm insulis sibi adiacentibus. Parallelus per medium eius ductus, proportionem habet ad meridianum, quam tres ferè ad quatuor. Circumscribitur tabula ipsa ab oriente Pyrenæis montibus, â meridie Balearico & Iberico mari freto'q; Heracleo, ab occasu Oceano occidentali, & ab Arcta Oceano Cantabrico.

Ciuitates insignes

| Provincia | Ciuitas | Habet diem maximum. H. | m̄. | Distans ab Alexandria ad occasum H. | m̄. |
|---|---|---|---|---|---|
| Lusitaniæ | Norba | 14 | 55 | 3 | 30 |
| | August. Emerita. | 14 | 50 | 3 | 30 |
| Beticæ | Corduba | 14 | 50 | 3 | 20 |
| | Ispalis | 14 | 40 | 3 | 30 |
| | Asturica | 15 | 25 | 3 | 20 |
| Tarraconensis. | Noua Carthago | 14 | 40 | 3 | 10 |
| | Tarracon | 15 | ferè | 2 | 55 |
| | Clunia | 15 | 8 | 3 | 15 |
| | Cæsarea August. | 15 | 5 | 3 | 0 |
| | Gadira insula | 14 | 30 | 2 | 40 |


Tarraconens. ciuitates.
Flauionauia, Glandomirū, Gigia, Gerunda, Gallica Flauia, Interamnium, Intercatia, Iturissa, Lucentū. Lucus Augusti, Legio German. septima, Mantua, Menralia, Nemetobriga, Obila, Orcelis, Ocelum, Pelontium, Pintia, Pinetus, Rauda, Sepontia, Setubia, Salionca, Tarraga, Turriga, Tucris, Volobriga, Vellica, Vrcesa, Varia, Veluca. Ciuit. Beticę.
Abdara, Asta, Arsa, Arunda. Bælon, Balda, Baniana. Carteia, Calicula, Cœcila, Calduba, Curgia. Detunda. Ebora. Ilurgis, Italica. Iulia. Lacippo, Lælia. Manobia, Memralia uel Mellaria. Nebrisa, Nertobriga. Obulcum, Oleastrum. Pælusa, Regina, Setia. Tucci. Vrbona, Vgia, Vama.
Lusitaniæ ciuitates.
Augustobriga, Arādis, Arabriga Burdua, Bretoleū, Cepiana, Concordia, Capara, Cecilia, Deobriga, Elcoboris, Ebura, Euandria, Geræa, Iulia myrtilis, Lauara, Lama, Māliana, Myrobriga, Norba cæsarea, Ossonaba, Ocellon, Obila, Paxiulia, Rusticana, Salacia, Selion, Turres albæ, Tucubis.
POPVLI TARRACONENSES.
Antrigones, Bastitani, Contestani, Edetani, Ilercaones, Lætani, Endigetes, Cæpori, Cilini, Lemaui, Bedyi, Seurri, Brigæcini, Bedunesij, Orniaci, Lungones, Selini, Superatij, Amaci, Tiburi, Egurri, Bræcarij, Turodi, Nemetati, Cœlerini, Bibali, Limici, Gruij, Luangi, Cuacerni, Lubæni, Narbasi, Murbogi, Pelendones, Berones, Araucæ, Oratani, Ilergetes, Cerroetani, Anthetani, Iaccetani, Lætani. Ciuitates.
Aquæ læ, Albocella, Alonæ, Aquæ calidæ, Argēteola Aquæ quintianæ, Asturica augusta, Araduca, Acci, Attacum, Aemiliana, Augustobriga, Abula, Anabis, Arsi, Bargiaces, Brigæcium, Bræcar augusta, Eurum, Bigerra, Belsinum, Bilbis, Biatia, Bergula, Burtina, Cambetum, Cœliobriga, Caronium, Concana, Caladunum, Camarica, Confloenta, Condabora, Caracca, Castulon, Dianium, Dactonium, Deobrigula, Dertosa, Etelesta, Ergauica, Eldaua. Flauium Brigantium, Flauiobriga,
Scopuli Trileuc
OCEANVS CANTABRICVS
insulæ
GALLIAE PARS
Parallelus 14
Parallelus 13
Parallel. 12
HISPANIA
TARRA
CONENSIS
LVSITANIA
BAETICA
Artabri
Tamara
Callaici
Lucenses
Limius
Nebis
Auaron promōt.
Auius
Vacus fl.
Barcinō
Lunæ promōt.
Læcobriga
Barbarion
OCEANVS OCCIDENT
Calipus
Sacrum
Balsa
Celtici
Ana fl.
Turdetani
Saldubio
Corduba
Bætis
Turduli
Malaca
Mariano
Gadira
Calpe
Illipula
Fretum Herculeum
Charidemus promōt.
Mare Ibericum
Carthago noua
MAVRITANIAE
PARS
Asturia
Cantabri
Caristi
Nerua fl.
Vardulj
Vascones
Pompelon
Iberus fl.
Pyrenæi mōtes
Edulion mons
Castellani
Carthago uetus
Cæsarea Augusta
Ilerda
Tarracon
Rodipol
Veneris templū
Lunarium promōt.
Ballearides insulæ
Balliaricū pelagus
Tenebrius portus
Cosetani
Celtiberes pop.
Lobetani pop.
Carpetani populi
Numātia
Valeria
Toletum
Vettones
Complutū
Vaccæi pop.
Palantia
Salmanca
Oclodorū
Duris fl.
Tagus fl.
Augusta Emerita
Oretani pop.
Ebysus Ophiusa
Tuidi
Minius

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

Ἀποδεδωκόσι δ' ἡμῖν τὸν πρῶτον τύπον τῆς γεωγραφίας, οἰκεῖός ἐστιν ὁ ἐφεξῆς λόγος περὶ τῶν καθ' ἕκαστα. καὶ γὰρ ὑπεσχόμεθα οὕτως, καὶ δοκεῖ μέχρι νῦν ὀρθῶς ἡ πραγματεία μεμερίσθαι. ἀρκτέον δὲ πάλιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης, καὶ τῶν μερῶν αὐτῆς τούτων, ἀφ' ὧνπερ καὶ πρότερον, διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. Πρῶτον δὲ μέρος αὐτῆς ἐστι τὸ ἑσπέριον, ὡς ἔφαμεν, ἡ Ἰβηρία. ταύτης δὴ τὸ μὲν πλέον οἰκεῖται φαύλως. ὄρη γὰρ καὶ δρυμοὺς καὶ πεδία λεπτὴν ἔχοντα γῆν, οὐδὲ ταύτην ὁμαλῶς εὔυδρον οἰκοῦσι τὴν πολλήν. ἡ δὲ πρόσβορρος, ψυχρά τέ ἐστι τελέως πρὸς τῇ τραχύτητι, καὶ παρωκεανῖτις, προσειληφυῖα τὸ ἄμικτον καὶ ἀνεπίπλεκτον τοῖς ἄλλοις, ὥσθ' ὑπερβάλλει τῇ μοχθηρίᾳ τῆς οἰκήσεως. ταῦτα μὲν δὴ τὰ μέρη τοιαῦτα. ἡ δὲ νότιος πᾶσα, εὐδαίμων σχεδόν τι, καὶ διαφερόντως ἡ ἔξω στηλῶν. ἔσται δὲ δῆλον ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, ὑπογράψασιν ἡμῖν πρότερον τό τε σχῆμα, καὶ τὸ μέγεθος. Ἔοικε γὰρ βύρσῃ κατὰ μὲν μῆκος ἀπὸ τῆς ἑσπέρας ἐπὶ τὴν ἕω, τὰ πρόσθια ἐχούσῃ μέρη πρὸς τὴν ἕω, κατὰ πλάτος δ' ἀπὸ τῶν ἄρκτων πρὸς νότον. ἔχει δὲ σταδίων ἑξακισχιλίων ὁμοῦ τὸ μῆκος, πλάτος δ' ἢ πεντακισχιλίων, τὸ μέγιστον. ἔστι δ' ὅπου πολὺ ἔλαττον τῶν τρισχιλίων, καὶ μάλιστα πρὸς τῇ Πυρήνῃ τῇ ποιούσῃ τὴν ἑῴαν πλευράν. ὄρος γὰρ διηνεκὲς ἀπὸ νότου πρὸς βορρᾶν τεταμένον, ὁρίζει τὴν Κελτικὴν ἀπὸ τῆς Ἰβηρίας. οὔσης δὲ καὶ τῆς Κελτικῆς ἀνωμάλου τὸ πλάτος, καὶ τῆς Ἰβηρίας, τὸ στενότατον τοῦ πλάτους ἑκατέρας ἀπὸ τῆς ἡμετέρας θαλάττης ἐπὶ τὸν ὠκεανόν ἐστι, τὸ τῇ Πυρήνῃ πλησιάζον, μάλιστ' ἐφ' ἑκάτερον αὐτῆς τὸ μέρος, καὶ ποιοῦν κόλπους, τοὺς μὲν ἐπὶ τῷ ὠκεανῷ, τοὺς δὲ ἐπὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ. μείζους δὲ τοὺς Κελτικούς, οὓς δὴ καὶ Γαλατικοὺς καλοῦσι, στενότερον τὸν ἰσθμὸν ποιοῦντας παρὰ τὸν Ἰβηρικόν. Καὶ δὴ τὸ μὲν ἑῷον πλευρὸν τῆς Ἰβηρίας, ἡ Πυρήνη ποιεῖ. τὸ δὲ νότιον, ἥ τε καθ' ἡμᾶς θάλαττα, ἀπὸ τῆς Πυρήνης μέχρι στηλῶν, καὶ ἡ ἐκτὸς τὸ ἑξῆς, μέχρι τοῦ ἱεροῦ καλουμένου ἀκρωτηρίου. τρίτον δὲ τὸ ἑσπέριον πλευρόν, παράλληλόν πως τῇ Πυρήνῃ, τὸ ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου μέχρι τῆς πρὸς Ἀρτάβροις ἄκρας ἣν καλοῦσι Νέριον.

# STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER TERTIVS.

*In tertio incipit singulas orbis partes describere. & primùm hoc libro totius Hispaniæ continetur descriptio à Columnis ad Pyrenæum usque montem.*

Postea quam primam terræ descriptionis formã tradidimus, dicendum nobis deinceps iam peculiariter est de singulis partibus. hoc enim in nos recepimus, & uidetur hactenus rectè tractatio esse diuisa. Ordiendum autem est iterum ab Europa, & ijs eius partibus, à quibus & antè, idque easdẽ ob causas. Est ergò prima pars Europæ uersus occasum Hispania. Eius magna pars incõmodè habitatur quippe montes & syluas & campos terra præditos exili, neque æqualiter aquis irriguam magna ex parte incolunt. tum pars septentrioni obiecta, præter asperitatem etiam frigidissima est: & quia ad Oceanum pertinet, id accedit, quod nulla eius incolis sunt cum alijs hominibus commercia. itaque ibi pessimè degitur. At uersus meridiem sita, felix ferè omnis est regio, præcipuè quæ extra Columnas iacet. Verùm hæc singulis persequendis faciemus plana. priùs figura totius Hispaniæ & magnitudo nobis describenda est.

*Hispaniæ solum quale.*

Hispania similis est pelli, in longũ ab occasu uersus ortum expansæ, ita ut priores partes ad ortum spectent, in latũ à septentrione ad Austrum. Longitudo eius est in uniuersum IↃↃ CIↃ stadiorum, latitudo maxima IↃↃ. alicubi multo etiam minor tribus millibus, maximè ad Pyrenem latus ortiuum includentem. Mons enim ille continenter ab austro uersus Boream porrectus, Galliam ab Hispania dirimit. Cum autem utraque regio inæqualiter sit lata, arctissima utraque est à nostro mari ad Oceanum, quâ ad Pyrenem accedunt: atque ibi ab utraque parte earũ sinus fiunt, in altera ab Oceano, in altera à nostro mari. sinus tamẽ Gallici maiores sunt, & eorum quàm Hispaniæ isthmus angustior. Ergo latus Hispaniæ ortiuum Pyrene includit. meridionale efficit nostrum mare à Pyrena usque ad Columnas, proximum huic Oceanus, usque ad Sacrum promontorium. tertium latus est occiduum, ferè parallelum Pyrenę, à sacro promontorio usque ad promõtorium apud Artabros, quod uocatur 1 Nerium. Quartum latus inde du- 1.

*Forma eius & quantitas.*

citur uſque ad Boreales Pyrenes fines. Proinde ſingula narraturi, principiũ repetamus à Sacro promontorio. Hoc enim non Europæ modò, ſed uniuerſæ habitatæ terræ punctum eſt omnium maximè ad occaſum ſitũ. Etenim terra habitata uerſus occaſum terminatur duabus continentibus, extremis nimirum Europæ, & Africę, quorum hęc Maurusij, illa Hiſpani tenent. Sed Hiſpanica ad id quod diximus promontorium excedunt ad CIƆ IƆ ſtadia. Et quidem regionem ei adiacentem, Cuneum Latina uoce appellant. Ipſum autem promontorium in mare procurrens Artemidorus, qui ſe ibi fuiſſe ait, nauigio comparat. & ad figuram accedere dicit tres exiguas inſulas, quarum una noſtri uicem gerat, reliquæ auriculorum nauis à prora prominentium, quę portus habeāt mediocres. monſtrari etiam ibi fanum Herculis. id quidem Ephorum finxiſſe. Nam neq; Herculis aram ibi eſſe, neq; ullius deorum. ſed lapides multis in locis ternos aut quaternos eſſe compoſitos, qui ab eo uenientibus ex more

*Sacrum promontorium.*

2 à maioribus tradito 2 conuertātur, translatiq; fingantur. Fas ibi non eſſe ſacrificare, neq; noctu eum locum adire, quòd ferāt eum nocturno tempore à dijs teneri: qui ſpectatum ueniant, eos in uicino pago pernoctare, interdiu accedere aqua ſecum, qua locus ille caret, allata. Hęc ita eſſe poſſunt, eſſeq; credendum eſt non item ea, quę plebeij & uulgaris homunculi in morem dixit. Vulgò enim perhiberi ait Poſidonius, ſolem ibi ad oceani litus occidere maiorem, editoq; ſtrepitu, quaſi ſi mare ſtrideret ſibilaretq; eo dũ in fundum defertur extincto. quin & hoc uanum eſſe, quod aiunt ſtatim ab occaſu noctem inſequi. Non enim ſtatim id fieri, ſed non multo pòſt, ut & in ijs fit magnis maribus. ubi enim Sol in montes occumbit, ex luminis diffuſione diutius ab occaſu diem perdurare. in mari autem non item, neq; tamen illico tenebras oboriri. atq; idem etiam in magnis uſu uenire campis. Magnitudinem aũt ſolis ideo augeri uideri ſub ortum & occaſum in maribus altis, quòd plures uapores ab humido in altũ ſeſe attollunt: quibus infractos radios uiſus, ueluti in fiſtulas quaſdam, diffundi & maiorem uera quantitatem fingere. quemadmodum cum ſolem lunam'ue orientem aut occiden-

ειον. τέταρτον δὲ τὸ ἐνθένδε, μέχρι τῶν βορείων ἄκρων τῆς Πυρήνης. Ἀναλαβόντες δὲ λέγωμεν τὰ καθ' ἕκαστα, ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου ἀρξάμενοι. τοῦτο δ' ἐστὶ δυτικώτατον, οὐ τῆς Εὐρώπης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης σημεῖον. περατοῦται μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν δυεῖν ἠπείρων ἡ οἰκουμένη πρὸς δύσιν, τοῖς τε τῆς Εὐρώπης ἄκροις, καὶ τοῖς πρώτοις τῆς Λιβύης, ὧν τὰ μὲν Ἴβηρες ἔχουσι, τὰ δὲ Μαυρούσιοι. προύχει δὲ τὰ Ἰβηρικὰ ὅσον χιλίοις καὶ πεντακοσίοις σταδίοις κατὰ τὸ λεχθὲν ἀκρωτήριον. καὶ δὴ καὶ τὴν προσεχῆ τούτῳ χώραν, τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κούνεον, σφῆνα σημαίνειν βουλόμενοι. αὐτὸ δὲ τὸ ἄκρον καὶ προπεπτωκὸς εἰς τὴν θάλατταν, Ἀρτεμίδωρος εἰκάζει πλοίῳ, γενόμενος φησὶν ἐν τῷ τόπῳ. προσλαμβάνειν δὲ τῷ σχήματι, νησίδια τρία, τὸ μὲν ἐμβόλου τάξιν ἔχον, τὰ δὲ ἐπωτίδων, ἐφόρμους ἔχοντα μετρίους, Ἡρακλέους δ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι. ψεύσασθαι δὲ τοῦτο Ἔφορον. οὔτε γὰρ Ἡρακλέους βωμὸν, οὔτ' ἄλλο τι τῶν θεῶν εἶναι, ἀλλὰ λίθους συγκεῖσθαι τρεῖς ἢ τέτταρας κατὰ πολλοὺς τόπους, οὓς ὑπὸ τῶν ἀφικνουμένων στρέφεσθαι κατά τι πάτριον, καὶ μεταφέρεσθαι ψευδοποιησαμένων. θύειν δ' οὐκ εἶναι νόμιμον, οὐδὲ νύκτωρ ἐπιβαίνειν τοῦ τόπου, θεοὺς φασκόντων κατέχειν αὐτὸν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ θέαν ἥκοντας ἐν κώμῃ πλησίον νυκτερεύειν· εἶτ' ἐπιβάλλειν ἡμέρας, ὕδωρ ἐπιφερομένους διὰ τὴν ἀνυδρίαν. Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔχειν ἐγχωρεῖ, καὶ δεῖ πιστεύειν. ἃ δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ χυδαίοις ὁμοίως εἴρηκεν, οὐ πάνυ. λέγειν γὰρ δή φησι Ποσειδώνιος τοὺς πολλοὺς μείζω δύνειν τὸν ἥλιον ἐν τῇ παρωκεανίτιδι μετὰ ψόφου παραπλησίως, ὡσανεὶ σίζοντος τοῦ πελάγους κατὰ σβέσιν αὐτοῦ διὰ τὸ ἐμπίπτειν εἰς τὸν βυθόν. ψεῦδος δ' εἶναι καὶ τὸ παραχρῆμα νύκτα ἀκολουθεῖν μετὰ τὴν δύσιν· οὐ γὰρ παραχρῆμα, μικρὸν δ' ὕστερον, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πελάγεσι τοῖς μεγάλοις. ὅπου μὲν γὰρ εἰς ὄρη δύεται, πλείω τὸν μετὰ δύσιν χρόνον τῆς ἡμέρας συμβαίνειν ἐκ τοῦ παραφωτισμοῦ. ἐκεῖ δὲ πλεῖον μὲν οὐκ ἐπακολουθεῖν, μὴ μέντοι μηδὲ παραχρῆμα συνάπτειν τὸ σκότος, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις πεδίοις. τὴν δὲ τοῦ μεγέθους φαντασίαν, αὔξεσθαι μὲν ὁμοίως κατά τε τὰς δύσεις καὶ τὰς ἀνατολὰς ἐν τοῖς πελάγεσι, διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις πλείους ἐκ τῶν ὑγρῶν ἀναφέρεσθαι. διὰ δὲ τούτων ὡς δι' ὑάλων κλωμένην τὴν ὄψιν, πλατυτέρας δέχεσθαι τὰς φαντασίας, καθάπερ καὶ διὰ νέφους ξηροῦ καὶ λεπτοῦ βλέπουσαν δυόμενον ἢ ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ἢ τὴν σελήνην;

ἀχλύν, ἀφ' ἧς καὶ ἐρυθρὸς φαίνεσθαι τὸ ἄστρον. τὸ δὲ ψεῦδος ἐλέγξαι φησί, τριάκοντα ἡμέρας διατρίψας ἐν Γαδείροις, καὶ τηρήσας τὰς δύσεις. Ὁ δέ γε Ἀρτεμίδωρος, ἑκατονταπλασίονα φησὶ δύεσθαι τὸν ἥλιον, καὶ αὐτίκα νύκτα καταλαμβάνειν. ὡς μὲν οὖν αὐτὸς ἰδεῖν τοῦτο ἐν τῷ ἱερῷ ἀκρωτηρίῳ, οὐχ ὑποληπτέον προσέχοντας τῇ ἀποφάσει αὐτοῦ. ἔφη γὰρ μηδένα νύκτωρ ἐπιβαίνειν, ὥστ' οὐδὲ δυομένου ἡλίου οὐδεὶς ἂν ἐπιβαίνοι, εἴπερ εὐθὺς ἡ νὺξ καταλαμβάνει. Ἀλλ' οὐδ' ἐν ἄλλῳ τόπῳ τῆς παρωκεανίτιδος. καὶ γὰρ τὰ Γάδειρα ἐπὶ τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ ὁ Ποσειδώνιος ἀντιμαρτυρεῖ, καὶ ἄλλοι πλείους. Τῆς δὲ συνεχοῦς τῷ ἱερῷ ἀκρωτηρίῳ παραλίας, ἡ μέν ἐστιν ἀρχὴ τοῦ ἑσπερίου πλευροῦ τῆς Ἰβηρίας, μέχρι τῆς ἐκβολῆς τοῦ Τάγου ποταμοῦ, ἡ δὲ τοῦ νοτίου, μέχρι ἄλλου ποταμοῦ, τοῦ Ἄνα καὶ τῆς ἐκβολῆς αὐτοῦ. φέρεται δ' ἀπὸ τῶν ἑῴων μερῶν ἑκάτερος. ἀλλ' ὁ μὲν ἐπ' εὐθείας εἰς τὴν ἑσπέραν ἀποδίδωσι, πολὺ μείζων ὢν θατέρου· ὁ δ' Ἄνας πρὸς νότον ἐπιστρέφει, τὴν μεσοποταμίαν ἀφορίζων, ἣν Κελτοὶ νέμονται τὸ πλέον, καὶ τῶν Λυσιτανῶν τινές, ἐκ τῆς περαίας τοῦ Τάγου μετοικισθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων. ἐν δὲ τοῖς ἄνω μέρεσι, καὶ Καρπητανοί, καὶ Ὠρητανοί, καὶ Οὐεττώνων συχνοὶ νέμονται. αὕτη μὲν οὖν ἡ χώρα μετρίως ἐστὶν εὐδαίμων. Ἡ δ' ἐφεξῆς πρὸς ἕω κειμένη καὶ νότον, ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει πρὸς ἅπασαν κρινομένη τὴν οἰκουμένην ἀρετῆς χάριν καὶ τῶν ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἀγαθῶν. αὕτη δ' ἐστὶν ἣν ὁ Βαῖτις διαρρεῖ ποταμός, ἀπὸ τῶν αὐτῶν μερῶν τὴν ἀρχὴν ἔχων ἀφ' ὧνπερ καὶ ὁ Ἄνας καὶ ὁ Τάγος, μέσος πως ἀμφοῖν τούτων ὑπάρχων κατὰ μέγεθος, παραπλησίως μέντοι τῷ Ἄνᾳ κατ' ἀρχὰς ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ῥυείς, εἶτ' ἐπιστρέφει πρὸς νότον, καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐκδίδωσι τούτῳ παραλίαν. καλοῦσι δ' ἀπὸ μὲν τοῦ ποταμοῦ Βαιτικήν, ἀπὸ δὲ τῶν ἐνοικούντων, Τουρδητανίαν, τοὺς δ' ἐνοικοῦντας Τουρδητανούς τε καὶ Τουρδούλους προσαγορεύουσι. οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς νομίζουσιν, οἱ δ' ἑτέρους. ὧν ἐστι καὶ Πολύβιος, συνοίκους φήσας τοῖς Τουρδητανοῖς πρὸς ἄρκτον τοὺς Τουρδούλους. νυνὶ δ' ἐν αὐτοῖς οὐδεὶς φαίνεται διορισμός. Σοφώτατοι δ' ἐξετάζονται τῶν Ἰβήρων οὗτοι, καὶ γραμματικῇ χρῶνται, καὶ τῆς παλαιᾶς μνήμης ἔχουσι τὰ συγγράμματα, καὶ ποιήματα, καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακιχιλίων ἐτῶν, ὥς φασι. καὶ οἱ ἄλλοι δ' Ἴβηρες χρῶνται γραμματικῇ, οὐ μιᾷ ἰδέᾳ. οὐδὲ γὰρ γλώτ-

τῃ

cidētem per aridam tenuemq́ nubem intuemur, rubere putamus. Mendacium porrò ait se deprehendisse, cum Gadibus per xxx dies commoratus occasum solis obseruasset. At Artemidorus centuplo quàm sit aliâs maiorem occidere solem dicit, confestimq́ noctem ingruere. Quod ipsum uidisse in Sacro promontorio, credi non potest ab obseruantibus quid ea de pronūciârit. Si enim (: quod ait.) noctu nemo illum locum intrat, ne occidente quidem sole quisquam ibi erit, siquidem statim nox opprimit. Sed neq́ alibi in Oceani ora illud uidit. nam & Gades sunt in Oceano, & contrarium testantur Posidonius alijque plures. Enimuerò continenter adiacens Sacro promontorio maritima ora, ab una parte initium est occidui Hispaniæ lateris, usque ad ostium Tagi fluuij, ab altera austrini, usque ad alium fluuium Anam & eius exitum. Vterq́ horum ex partibus Hispaniç uersus ortum sitis profluit. uerùm Tagus rectà uersus occasum exit, longè maior altero: Anas uersus meridiem se conuertit, & interceptam amnibus regionem circumscribit, quam maiore ex parte Celtç incolunt, & Lusitani, à Romanis è regione trans Tagum sita eò translati. Supra Anam habitant etiam Carpetani, Oretani, & Vettones frequentes. Hęc regio mediocriter est felix. Quç uerò deinceps ad ortum & meridiem insequitur, ea cum quacunque tęrrç habitatç conferatur parte, nullam habet cui terrç marisque bonorum prçstantia postponi debeat. Hęc est quam Bœtis perfluit, amnis ex ĳsdē cum Ana & Tago ortus partibus, medius ferè inter eos quantitate, atque initio sicut & Anas uersus occasum lapsus, ad meridiē inde uergit, in eodemque cum Ana litore effluit. Regionem à fluuio Bœticam nominant, ab incolis Turdetaniam, incolas Turdetanos & Turdulos. quidam hos eundem, quidam diuersos populos censent, in quibus & Polybius est, Turdetanos Turdulorum ad septētrionem uicinos esse tradens. Nostra ętate nulla eorum apparet distinctio. Hi omnium Hispanorum doctißimi iudicātur, utunturque grammatica & antiquitatis monumenta habent conscripta, ac poëmata, & metris inclusas leges, à sex millib. (ut aiūt.) annorum. Vtuntur & reliqui Hispani grammatica, non unius omnes generis: quippe ne eodem quidem

*Anas & Tagus fluuij.*

*Bœtica.*

dem sermone. Hæc regio quę intra Anam est tendit uersus ortum usque ad Oretanos: meridiem uersus ab ostio Anæ in ora maritima usq; ad columnas. necesse est autem plurib. disserere de ea & uicinis locis, ad intelligendum, locorum istorum naturæ præstantiam & felicitatem. Deinceps inter hanc oram, in qua Anas & Bætis effluunt, & inter Mauritaniæ extrema, Atlanticum irrumpens mare, fretum quod apud Columnas uocatur, efficit, quo freto mare internum externo adiungitur. Ibi ergo mōs est eorum Hispanorum, qui Basistani & Bastuli uocantur, nomine Calpe, ambitu non magnus, cæterūm in altitudinem magnam erectus, ut eminùs uidentibus insulæ speciem obijciat. is ad dextram est è nostro mari foras nauigantibus, & ad XL inde stadia urbs Calpe uetusta & memorabilis, olim statio nauibus Hispanorum. Hanc ab Hercule quidam conditam aiunt, inter quos est Timosthenes, qui eam antiquitus Heracleam fuisse appellatam refert, ostendique adhuc magnum murorum circuitum & naualia. Sequitur Mellaria, ubi salsamenta condiuntur. Inde Belo urbs & fluuius. hinc maximè ad Tingin Mauritaniæ traijcitur, mercatusque ibi sunt & salsamenta. Fuit & Zeles Tingi uicina urbs: sed eam Romani in oppositam Mauritaniam transtulerunt, additisque à Tingi nonnullis colonos alios ipsi ex Italia miserunt, urbique nomen Iuliæ Iozæ indiderunt. Sequuntur Gadira siue Gades, insula angusto freto diremta à Turdetania, à Calpe distans stadijs circiter IↃCCL uel, ut alij uolunt, IↃCCC. Insula hæc alijs nulla re præstans, fortitudine incolarum in nauigationibus declarata, & colenda cum Romanis amicitia ad id fortunæ enecta fuit: ut quanq; in extremo terræ habitatæ iaceret, tamen omnium esset celeberrima. uerùm de hac dicemus, cùm etiam de cæteris insulis erit sermo. Sequitur Menesthei portus, & ad Astam maris affusio & ebullitio. æstuaria hæc uocant, ubi cauitates mari impletæ in eius affluxu, fluminum instar facultatem nauigandi in mediam terrã & urbes in ea sitas præbent. Tum bipartita Bætis fluuij ostia. insula quæ in eorum est medio, oram maritimam continet C, uel secundum alios etiam plurium stadiorum. Hisce in locis oraculum Menesthei est, & Ca-

Gades.

τῇ ἠδίᾳ. Τείνει δὲ ἡ χώρα αὕτη ἡ ἐντὸς τοῦ Ἄνα, πρὸς ἕω μὲν μέχρι τῆς Ὠρητανίας, πρὸς νότον δὲ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν, μέχρι τῆς παραλίας τῆς τοῦ Ἄνα, μέχρι στηλῶν. ἀνάγκη δὲ διὰ πλειόνων περὶ αὐτῆς εἰπεῖν καὶ τῶν συνεγγὺς τόπων, ὅσα συντείνει πρὸς τὸ μαθεῖν τὴν εὐφυΐαν τῶν τόπων, καὶ τὴν εὐδαιμονίαν. Τῆς δὲ παραλίας ταύτης, ἣν ὅ, τε Βαῖτις καὶ Ἄνας ἐκδιδῶσι, καὶ τῶν ἐσχάτων τῆς Μαυρουσίας εἰς μεταξὺ ἐμπῖπτον τὸ Ἀτλαντικὸν πέλαγος, ποιεῖ τὸν κατὰ στήλας πορθμόν, καθ' ὃν ἡ ἐντὸς θάλαττα συνάπτει τῇ ἐκτός. Ἐνταῦθα δὴ ὄρος ἐστὶ τῶν Ἰβήρων τῶν καλουμένων Βασιστανῶν, οὓς καὶ Βαστούλους καλοῦσιν ἡ Κάλπη, τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα, τῷ δ' ὕψει μέγα, καὶ ὄρθιον, ὥστε πόρρωθεν νησοειδὲς φαίνεσθαι. ἐκ πλέουσιν οὖν ἐκ τῆς ἡμετέρας θαλάττης εἰς τὴν ἔξω, δεξιόν ἐστι τοῦτο, καὶ πρὸς αὐτὸ Κάλπη πόλις ἐν τετταράκοντα σταδίοις, ἀξιόλογος καὶ παλαιά· ναύσταθμός ποτε γενομένη τῶν Ἰβήρων. ἔνιοι δὲ καὶ Ἡρακλέους κτίσμα λέγουσιν αὐτήν, ὧν ἐστι καὶ Τιμοσθένης, ὅς φησι καὶ Ἡράκλειαν ὀνομάζεσθαι τὸ παλαιόν, δείκνυσθαί τε μέγαν περίβολον, καὶ νεωσοίκους. εἶτα Μελλαρία, ταριχείας ἔχουσα. εἶτα μετὰ ταῦτα Βελὼν πόλις καὶ ποταμός. ἐντεῦθεν οἱ διάπλοι μάλιστά εἰσιν εἰς Τίγγιν τῆς Μαυρουσίας, καὶ ἐμπόρια καὶ ταριχεῖαι. Ἦν δὲ καὶ Ζέλις τῆς Τίγγιος ἀστυγείτων, ἀλλὰ μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν Ῥωμαῖοι, καὶ ἐκ τῆς Τίγγιος προσλαβόντες τινὰς ἔπεμψαν ἣ καὶ παρ' ἑαυτῶν ἐποίκους, καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Ἰόζαν τὴν πόλιν. Εἶτα Γάδειρα, πορθμῷ στενῷ διειργομένη νῆσος ἀπὸ τῆς Τουρδιτανίας, διέχουσα τῆς Κάλπης περὶ ἑπτακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους, οἱ δὲ ὀκτακοσίους φασίν. ἔστι δὲ νῆσος αὕτη τ' ἄλλα μὲν οὐδὲν διαφέρουσα τῶν ἄλλων, ἀνδρείᾳ δὲ τῶν ἐνοικούντων τῇ περὶ τὰς ναυτιλίας, καὶ φιλίας πρὸς Ῥωμαίους, τοσαύτην ἐπίδοσιν εἰς πᾶσαν εὐτυχίαν ἔσχεν, ὥστε καίπερ ἐσχάτη ἱδρυμένη τῆς γῆς ὀνομαστοτάτη τῶν ἁπασῶν ἐστιν. ἀλλὰ περὶ μὲν ταύτης ἐροῦμεν, ὅταν καὶ περὶ τῶν ἄλλων νήσων λέγωμεν. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Μενεσθέως καλούμενος λιμήν, καὶ ἡ κατὰ Ἄσταν ἀνάχυσις καὶ ἀνάβρασις. λέγονται δὲ ἀναχύσεις, αἱ πληρούμεναι τῇ θαλάττῃ κοιλάδες ἐν ταῖς πλημμυρίσι, καὶ ποταμῶν δίκην ἀνάπλους ἐπὶ τὴν μεσόγαιαν ἔχουσαι καὶ τὰς ἐπ' αὐτῆς πόλεις. Εἶτ' εὐθὺς αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Βαίτιος διχῇ σχιζόμεναι. ἡ δὲ ἀπολαμβανομένη νῆσος ἀπὸ τῶν στομάτων, ἑκατόν, ὡς δ' ἔνιοι καὶ πλειόνων σταδίων ἀφορίζει παραλίαν. Ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ μαντεῖον τοῦ Μενεσθέως ἐστί, καὶ ὁ τοῦ Κα-

ὁ τοῦ Καπίωνος πύργος ἵδρυται ἐπὶ πέτρας ἀμφικλύστου, θαυμασίως κατεσκευασμένος, ὥσπερ ὁ Φάρος, τῆς τῶν πλοϊζομένων σωτηρίας χάριν. ἥ τε γὰρ ἐκβαλλομένη χοῦς ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ, βραχέα ποιεῖ, καὶ χοιραδώδης ἐστὶν ὁ πρὸ αὐτοῦ τόπος, ὥστε δεῖ σημείου τινὸς ἐπιφανοῦς. ἐντεῦθεν δ' ὁ τοῦ Βαίτιος ἀνάπλους ἐστὶ, καὶ πόλις Ἔβουρα, καὶ τὸ τῆς φωσφόρου ἱερὸν, ἣν καλοῦσι Λουκεμδουβίαν. εἶθ' οἱ τῶν ἀναχύσεων τῶν ἄλλων ἀνάπλοι. καὶ μετὰ ταῦτα ὁ Ἄνας ποταμὸς, δίστομος καὶ οὗτος· καὶ ὁ ἐξ αὐτῶν ἀνάπλους. εἶθ' ὕστατον τὸ ἱερὸν ἀκρωτήριον, διέχον τῶν Γαδείρων ἐλάττους ἢ δισχιλίους σταδίους. τινὲς δ' ἀπὸ μὲν τοῦ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου, ἐπὶ τὸ τοῦ Ἄνα στόμα ἑξήκοντα μίλια φασὶ, κἀντεῦθεν δ' ἐπὶ τὸ τοῦ Βαίτιος στόμα ἑκατὸν, εἶτα εἰς Γάδειρα ἑβδομήκοντα. Τῆς δ' οὖν ἐντὸς τοῦ Ἄνα παραλίας, ὑπερκεῖσθαι συμβαίνει τὴν Τουρδητανίαν, ἣν ὁ Βαῖτις διαιρεῖ ποταμός. ἀφορίζει δὲ αὐτὴν πρὸς μὲν τὴν ἑσπέραν καὶ ἄρκτον, ὁ Ἄνας ποταμός. πρὸς δὲ τὴν ἕω, Καρπητανῶν τέ τινες, καὶ Ὠρητανοί. πρὸς νότον δὲ Βαστητανῶν οἱ μεταξὺ τῆς Κάλπης καὶ τῶν Γαδείρων στενὴν νεμόμενοι παραλίαν. καὶ ἡ ἑξῆς θάλαττα μέχρι Ἄνα, καὶ οἱ Βαστητανοὶ δὲ οὓς εἶπον, τῇ Τουρδητανίᾳ πρόσκεινται, καὶ ἡ ἔξω τοῦ Ἄνα, καὶ οἱ πολλοὶ τῶν προσχώρων. μέγεθος δ' οὐ πλεῖόν ἐστι τῆς χώρας ταύτης ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος, ἢ δισχίλιοι στάδιοι. Πόλεις δ' ὑπερβάλλουσι τὸ πλῆθος, καὶ γὰρ διακοσίας φασί. γνωριμώταται δὲ αἱ ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς ἱδρυμέναι καὶ ταῖς ἀναχύσεσι, καὶ τῇ θαλάττῃ διὰ τὰς χρείας. πλεῖστον δ' ἥ τε Κόρδυβα ηὔξηται, Μαρκέλλου κτίσμα καὶ δόξῃ καὶ δυνάμει, καὶ ἡ τῶν Γαδιτανῶν πόλις. ἡ μὲν διὰ τὰς ναυτιλίας, καὶ διὰ τὸ προσθέσθαι Ῥωμαίοις κατὰ συμμαχίας, ἡ δὲ χώρας ἀρετῇ, καὶ μεγέθει, προσλαμβάνοντος καὶ τοῦ ποταμοῦ Βαίτιος μέγα μέρος. ᾤκησάν τε ἐξ ἀρχῆς Ῥωμαίων τε καὶ τῶν ἐπιχωρίων ἐπίλεκτοι ἄνδρες, καὶ δὴ καὶ πρώτην ἀποικίαν ταύτην εἰς τούσδε τοὺς τόπους ἔστειλαν Ῥωμαῖοι. Μετὰ δὲ ταύτην καὶ τὴν τῶν Γαδιτανῶν ἡ μὲν Ἴσπαλις ἐπιφανὴς, καὶ αὐτὴ ἄποικος Ῥωμαίων. νυνὶ δὲ τὸ μὲν ἐμπόριον συμμένει, τῇ τιμῇ δὲ, καὶ τῷ ἐποικῆσαι νεωστὶ τοὺς Καίσαρος στρατιώτας, ἡ Βαῖτις ὑπερέχει, καίπερ οὐ συνοικουμένη λαμπρῶς. Μετὰ δὲ ταύτας Ἰτάλικα καὶ Ἴλιπα ἐπὶ τῷ Βαίτι. Ἀστίνας δ' ἀπωτέρω, καὶ Κάρμων, καὶ Ὀβούλκων. ἔτι δὲ ἐν αἷς οἱ Πομπηΐου παῖδες κατεπολεμήθησαν, Μοῦνδα, καὶ Ἀπέτουα, καὶ Οὔρσων, καὶ Τοῦκις, καὶ Ἰουλία, καὶ Αἴγουα. ἅπασαι δ' αὗται Κορδύ-

& Capionis turris saxo imposita quod mari cingitur, opus mirabile, Phari instar, salutis nauigantium gratia factum. nam & egestus à fluuio limus breuia ibi facit, & ante ostia locus scopulos habet sub aqua latentes: ut illustri aliquo signo habeat opus. Inde supra Betim nauigatur, & urbs succedit Ebura, & Luciferi fanum, quod uocant lucem dubiam. tum fretorum aliorum nauigationes, ac deinde Anas fluuius, duobus se euoluens ostijs, quorum singulæ sunt nauigationes. Vltimum deinde Sacrum promontorium, à Gadibus minus CIƆ CIƆ stadijs disitum. Quidam á Sacro promontorio ad ostium Anæ LX millia- 8 ria numerant, hinc ad ostia Bætis C, porrò ad Gades LXX milliaria. Ergo supra oram maritimam, quæ est intra Anam fluuium, sita est Turditania, quã Bætis fluuius diuidit. Hanc uersus occasum & septentrionem determinat Anas fluuius. uersus ortum, Carpetani & Oretani. uersus meridiem uerò Bastetani qui inter Calpen & Gades angustum accolunt litus. sed & externum mare usque ad Anam, & quos dixi Bastetani adiacent Turditanię, multiquè finitimi populi. Regionis eius magnitudo non excedit neque in longum neque in latum duo millia stadiorum. Vrbes sunt ingenti numero: quippe ducentas aiunt. notissimę sunt quæ fluminibus, æstuarijs, aut mari appositę sunt, ob usum rerum. Maximè autem gloria ac potentia creuit Corduba, Marcelli opus, & Gaditanorum urbs. Corduba hęc quidem ob nauigationes, & quod Romanis se sociam præbuit: illa ob agri bonitatem ac amplitudinem, magnam quoque partem Bęti fluuio conferente. inhabitaruntquę eam ab initio delecti Romanorum & indigenarum uiri, primamquę eò istis in regionibus coloniam Romani deduxerunt. Post has Hispalis claret, ipsa quoque Hispalis Romanorum colonia. ac nunc quidem emporium ibi durat, honore autem & recenti militum Cęsaris eò missorum inhabitatione Bętis pręcellit, quamuis non splendidè condita. Secundum has Italica & Ilipa supra Bętim sitę: Astenas ab eo remotior, & Carmon, & Obulco. Sunt & in quibus Pompeij filij 4 debellati sunt, Munda, Apetua, Vrso, Tucis, Iulia, Aegua. omnes hę non procul à Cordu-

ba distant. Munda quodammodo harum metropolis est, distans à Carteia stadia circiter cIↃ cccc. Huc fugit Cn. Pompeius prelio uictus, indequé naui auectus cum in montana quędam mari imminentia egressus esset, occisus est. Sex. autem frater eius Corduba elapsus, non diu inde in Hispania bellum sustinens, Siciliam ad defectionem concitauit: indeq́ in Asiam profugiens, captus ab Antonij militibus apud Miletum uitam amisit. In Celticis notissima urbs est Conistorsis. Ad

5 ęstuaria autem 5 Asta, in quā Turditani conueniunt, sitā supra nauale insulę stadijs summùm C, non multo pluribus. Accolitur à plurimis Bętis, nauigaturq́ sursum ad stadia cIↃ CC à mari usque & ad Cordubam & paulo superiora loca. ędificata sunt diligentissimè tum quę in ripa sita sunt, tum paruę in flumine insulæ. acceditq́ spectandi amœnitas, locis istis lucorum & alia stirpium plantatione excultis. Hispalin usque sursum nauigatur grandibus onerarijs ad IↃ ferè stadia. ad superiores autem urbes, Ilipamusque minoribus. inde ad Cordubam usq́ scaphis fluuialibus, compactis nostra ætate, olim autem etiam lintribus. Superiores autem partes quæ sunt

6 6 ad Clastonem, nauigari non possunt. Sed dorsa quædam montium à se ubique æqualiter distantia, & Boream uersus modò magis modò minus cohærentia iuxta fluuium protenduntur, plena metallorum. Plurimum argenti est in locis circa Ilipam, & Sisaponem tam ueterem quam nouum. Apud Cotinas quas uocant, æs aurumq́ nascitur. Ii montes sursum nauigantibus ad sinistram sunt. Ad dextram autem planicies magna, excelsa, fertilis, magnis cōsita arboribus, & pascuis apta. Habet etiam ripas aduersa hæc nauigatio, sed neque tam magnis nauibus, neque ad tantum spacium. Superiacent autem montes quoque secturas habentes metallicas. qui ad Tagum pertingunt. Loca in quibus metalla sint, necesse est aspera esse & sterilia ferè, qualia sunt Carpetaniæ contigua, magisq́ etiam ea, quæ Celtiberiam tangunt. Talis ergo est etiam Bæturia, siccos habens campos iuxta Anam porrectos. Ipsa autem Turditania mirum in modum opulenta. & cum omnis generis rerum sit feracissima, commoda hæc eius exportatione rerum duplicantur. nam ob

Metalla Bætica.



βης οὐκ ἄπωθεν. πρόσχον δέ τινα μητρόπολις κατέστη τοῦ τόπου τούτου Μοῦνδα. διέχει δὲ Καρτηΐας ἡ Μοῦνδα, σταδίους χιλίους καὶ τετρακοσίους. εἰς ἣν ἔφυγεν ἡττηθεὶς ὁ Γνάϊος, εἶτ᾽ ἐκπλεύσας ἔνθεν, καὶ ἐκβὰς εἴς τινα ὑπερκειμένην θαλάττης ὀρεινὴν, διεφθάρη. ὁ δ᾽ ἀδελφὸς αὐτοῦ Σέξτος ἐκ Κορδύβης σωθεὶς, καὶ μικρὸν ἐν τοῖς Ἴβηρσι πολεμήσας χρόνον, ὕστερον Σικελίαν ἀπέστησεν. εἶτ᾽ ἐκπεσὼν ἐνθένδε εἰς τὴν Ἀσίαν ἁλοὺς ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατιωτῶν, ἐν Μιλήτῳ κατέστρεψε τὸν βίον. ἐν δὲ τοῖς Κελτικοῖς Κονίστοργις ἐστὶ γνωριμωτάτη. ἐπὶ δὲ ταῖς ἀναχύσεσιν ἡ Ἄστα, εἰς ἣν οἱ Τουρδιτανοὶ συνιᾶσι, μάλιστα ὑπερκειμένην τοῦ ἐπινείου τῆς νήσου σταδίους οὐ πολὺ πλέους τῶν ἑκατόν. Παροικεῖται δὲ ὑπὸ πλείστων Βαῖτις, καὶ ἀναπλεῖται σχεδόν τι ἐπὶ χιλίους καὶ διακοσίους σταδίους, ἐκ θαλάττης μέχρι Κορδύβης, καὶ τῶν μικρὸν ἐπάνω τόπων. καὶ δὴ καὶ ἐξείργασται περιττῶς, ἥ τε παραποταμία καὶ τὰ ἐν τῷ ποταμῷ νησίδια. πρόσεστι δὲ καὶ τὸ τῆς ὄψεως τερπνὸν, ἄλσεσι καὶ ταῖς ἄλλαις φυτουργίαις ἐκπεπονημένων τῶν χωρίων. μέχρι μὲν οὖν Ἱσπάλιος ὁλκάσιν ἀξιολόγοις ὁ ἀνάπλους ἐστὶν ἐπὶ σταδίους οὐ πολὺ λείποντας τῶν πεντακοσίων. ἐπὶ δὲ τὰς ἄνω πόλεις μέχρι Ἰλίπας, ταῖς ἐλάττοσι. μέχρι δὲ Κορδύβης τοῖς ποταμίοις σκάφεσι, πηκτοῖς μὲν τανῦν, τὸ παλαιὸν δὲ καὶ μονοξύλοις. τὸ δ᾽ ἄνω τὸ ἐπὶ Κασταλῶνος οὐκ ἔστι πλόϊμον. παράλληλοι δέ τινες ῥάχεις ὀρῶν παρατείνουσι τῷ ποταμῷ, μᾶλλόν τε καὶ ἧττον συνάπτουσαι πρὸς βορρᾶν, μετάλλων πλήρεις. πλεῖστος δ᾽ ἐστὶν ἄργυρος ἐν τοῖς τόποις κατὰ Ἰλίπαν, καὶ τοῖς κατὰ Σισάπωνα, τόν τε παλαιὸν λεγόμενον καὶ τὸν νέον. κατὰ δὲ τὰς Κωτίνας λεγομένας χαλκός τε ἅμα γεννᾶται καὶ χρυσός. ἐν ἀριστερᾷ μὲν οὖν ἐστι τοῖς ἀναπλέουσι τὰ ὄρη ταῦτα, ἐν δεξιᾷ δὲ πεδίον μέγα, καὶ ὑψηλὸν, καὶ εὔκαρπον, καὶ μεγαλόδενδρον, καὶ εὔβοτον. ἔχει δὲ καὶ ἠϊόνας ὁ ἀνάπλους. οὔτε δὲ τηλικούτοις σκάφεσιν, οὔτ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον. ὑπέρκειται δὲ καὶ τὰ μεταλλείας ἔχοντα ὄρη, καθήκει δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Τάγον. τὰ μὲν οὖν τὰς μεταλλείας ἔχοντα χωρία, ἀνάγκη τραχέα τε εἶναι καὶ παράλυπρα, οἷά περ καὶ τῇ Καρπητανίᾳ συνάπτοντα, καὶ ἔτι μᾶλλον τοῖς Κελτίβηρσι. Τοιαύτη δ᾽ ἐστὶ καὶ ἡ Βαιτουρία ξηρὰ ἔχουσα πεδία τὰ παρήκοντα τῷ Ἄνᾳ. αὐτὴ δ᾽ ἡ Τουρδιτανία θαυμαστῶς εὐτυχεῖ, παμφόρου δ᾽ οὔσης αὐτῆς, ὡσαύτως δὲ καὶ πολυφόρου, διπλασιάζεται τὰ εὐτυχήματα ταῦτα τῷ ἐκκομισμῷ. τὸ γὰρ πολύ-

τἀπλεῖον τῶν καρπῶν ἀπεμπολεῖται ῥᾳδίως διὰ τὸ πλῆθος τῶν ναυκληρίων. ποιοῦσι δὲ τοῦτο οἵ τε ποταμοὶ καὶ αἱ ἀναχύσεις, ὡς ἔφην, ἐμφερεῖς τοῖς ποταμοῖς οὖσαι, καὶ ἀναπλεόμεναι παραπλησίως ἐκ θαλάττης, οὐ μικροῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλοις σκάφεσιν εἰς τὰς ἐν τῇ μεσογαίᾳ πόλεις. ἅπαν γάρ ἐστι πεδίον ὑπὲρ τῆς παραλίας ἐπὶ πολὺ τῆς μεταξὺ τοῦ τε ἱεροῦ ἀκρωτηρίου καὶ τῶν στηλῶν, ἐνταῦθα δὲ πολλαχοῦ κοιλάδες εἰς τὴν μεσόγαιαν ἐκ τῆς θαλάττης ἀνέχουσι, φάραγξι μετρίαις ἢ καὶ ῥείθροις ἐοικυῖαι ποταμίοις ἐκτεταμέναις ἐπὶ πολλοὺς σταδίους. ταύτας δὲ πληροῦσιν αἱ τῆς θαλάττης ἐπιβάσεις, κατὰ τὰς πλημμυρίδας, ὥστ᾽ ἀναπλεῖσθαι μηδὲν ἧττον, ἢ τοὺς ποταμούς, ἀλλὰ καὶ βέλτιον. τοῖς γὰρ κατάπλοις ἔοικε τοῖς ποταμίοις, ἀντικόπτοντος μὲν οὐδενός, ἐπουρίζοντος δὲ τοῦ πελάγους καθάπερ τοῦ ποταμίου ῥεύματος διὰ τὴν πλημμυρίδα. αἱ δ᾽ ἐπιβάσεις μείζους εἰσὶν ἐνταῦθα ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, ὅτι εἰς πόρον συνωθουμένη στενὸν ἡ θάλαττα ἐκ μεγάλου πελάγους, ὃν ἡ Μαυρουσία ποιεῖ πρὸς τὴν Ἰβηρίαν, ἀνακοπὰς λαμβάνει, καὶ φέρεται πρὸς τὰ εἴκοντα μέρη τῆς γῆς εὐπετῶς. ἔνιαι μὲν οὖν τῶν τοιούτων κοιλάδων κενοῦνται κατὰ τὰς ἀμπώτεις, τινὰς δ᾽ οὐ παντάπασιν ἐπιλείπει τὸ ὕδωρ, ἔνιαι δὲ καὶ νήσους ἀπολαμβάνουσιν ἐν ἑαυταῖς. τοιαῦται μὲν οὖν εἰσὶν αἱ ἀναχύσεις, αἱ μεταξὺ τοῦ τε ἱεροῦ ἀκρωτηρίου καὶ τῶν στηλῶν, ἐπίδοσιν ἔχουσαι σφοδροτέραν παρὰ τὰς ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις. ἡ τοιαύτη δ᾽ ἐπίδοσις ἔχει μέν τι καὶ πλεονέκτημα πρὸς τὰς χρείας τῶν πλοϊζομένων. πλείους γὰρ καὶ μείζους ποιεῖ τὰς ἀναχύσεις, πολλάκις καὶ ἐπὶ ὀκτὼ σταδίους ἀναπλεομένας· ὥστε τρόπον τινὰ πᾶσαν πλωτὴν παρέχεται τὴν γῆν, καὶ εὐπετῆ πρός τε τὰς ἐξαγωγὰς τῶν φορτίων καὶ τὰς εἰσαγωγάς. ἔχει δέ τι καὶ ὀχληρόν. αἱ γὰρ ἐν τοῖς ποταμοῖς ναυτιλίαι, διὰ τὴν σφοδρότητα τῆς πλημμυρίδος, ἰσχυρότερον τῇ ῥύσει τῶν ποταμῶν ἀντιπνέουσαι κίνδυνον οὐ μικρὸν τοῖς ναυτιλίοις ἐπιφέρουσι, καταγομιζομένοις τε ὁμοίως καὶ ἀνακομιζομένοις. αἱ δὲ ἀμπώτεις ἐν ταῖς ἀναχύσεσιν εἰσὶ βλαβεραί. ταῖς γὰρ πλημμυρίσιν ἀνάλογον, καὶ αὗται παροξύνονται, διά τε τὸ τάχος, καὶ ἐπὶ ξηρᾶς πολλάκις ἐγκατέλιπον τὴν ναῦν τά τε βοσκήματα εἰς τὰς νήσους διαβαίνοντα τὰς πρὸ τῶν ποταμῶν ἢ τῶν ἀναχύσεων. ὁτὲ μὲν οὖν καὶ ἐπεκλύσθη, ὁτὲ δὲ ἀπελήφθη. βιαζόμενα δ᾽ ἐπανελθεῖν οὐκ ἴσχυσεν, ἀλλὰ διεφθάρη. τὰς δὲ βοῦς φασὶ καὶ τετηρηκυίας τὸ συμβαῖνον, περιμένειν

ob multitudinem mercatorum nauigantium facilè quod abundat fructuum diuenditur. nauigationibus autem non flumina modò in seruiunt, sed & æstus effusiones amnium similes, per quas eodē modo nauigatur à mari non exiguis tantùm, sed magnis quoque lembis ad urbes mediterraneas. Nam supra maritimam oram omnis regio campestris est, maior pars eorum quæ inter Sacrū promontorium & Columnas est. Ibi multis in locis cauitates à mari in terram protenduntur, mediocribus conuallibus, aut etiam fluuiorum alueis similes, in multa porrectis stadia. eas incrementa maris implent æstu appellente, ut non minùs quam per amnes possit per eas nauigari: atque adeò meliùs. secundis .n. amnium nauigationibus similes sunt, nulla re impediente, & mari ob affluxum æstus leuiter impellente, sicut fit in defluxu fluuiorum. Porrò maris incrementa hîc quam alibi sunt maiora, quia ex magna latitudine in arctum meatum mare coactum, quem ad Hispaniam Mauritania facit, repercutitur, & facilè defertur ad terræ partes cōcedentes. Porrò harum cauitatum quædam euacuantur cùm mare resorbetur, nonnullas aqua nunquam prorsus deserit. nonnullæ etiam insulas in se continent. Tales ergo sunt maris effusiones inter Sacrum promontorium & columnas, uehementius habentes quam alibi fiat incrementum. Atque hoc maximum adfert nauigantium usibus commodum. nam plures ac maiores facit effusiones, sæpe ad VIII usque stadia nauigabiles: ut quodammodo totam faciat terram nauigabilem, & exportandis importandisqúe mercibus aptum. Habent autem etiam aliquid molestum. Nauigationes enim in amnibus, quæ ob uehementiam exundationis ualidiùs fluxui amnium obnituntur, haud leue periculum sursum deorsum'ue nauigantibus obijciunt. Et defluxus maris in effusionibns istis sunt damnosæ. nam eadem qua affluxus ratione incitantur, atque ob celeritatem non rarò in sicco destituunt naues ac pecus, quod ante affluxum in insulas ad amnem sitas transiuerat. id aliquando illuuie obruitur, aliquando destituitur, uiqúe transire frustra conatum interit. aiuntqúe boues obseruato eo casu, recessum maris

*Aestus effusiones nauigabiles.*

maris operiri, atque tum in continentem abire. Ergo homines locorum natura cognita, cum uiderent effusiones istas ministerium fluuiorũ implere posse, urbes in ijs locis condiderunt & domicilia, sicut ad fluuios. quarũ sunt Asta, Nebrissa, Onoba, Sonoba, Mænoba, aliæque plures. Adiuuant & fossæ quibusdam in locis actæ, quia multis de locis hinc inde merces trahuntur & inter incolas, & ad exteros. similiter prosunt etiam confluxus in exundationibus, quæ impediũtur isthmis alueos dirimentibus, eosque nauigabiles facientibus, ut etiam ex fluminibus ad effusiones hinc inde nauigari posit. Omnis autem negociatio est uersus Italiam & Romam, habetque nauigationem usque ad Columnas cõmodam: nisi si qua est ad fretum difficultas & in alto nostri maris. Per tranquillum enim clima cursus est, maximè altum mare nauigantibus: quod commodum est mercatorijs onerarijs. habent & uenti altum mare proflantes suum ordinem. accedit etiam, quod nunc pax est abolitis latrocinijs: itaque summa est nauigantibus securitas. Peculiare aũt aliquid se ex nauigatione ab Hispania obseruasse scribit Posidonius, nimirum in illo mari usque ad sinum Sardoum Euros etesias, id est, stato anni tempore spirare. itaque se tribus mensibus in Italiam peruenisse, ægrè prę teruectum Gymnesias, & iuxta Sardiniam, aliaque eregione horum loca Africę. Exportatur è Turditania multum frumenti ac uini, oleumque non multum modò, sed & optimũ. Pręterea cera, mel, pix, & coccus multus, & minium Sinopica terra non deterius. naues conficiunt ex indigena materia, habentque & sales fossiles, & fluuiorum salsorum fluxus non paucos. tum salsamenta copiosa, non inde modò habetur, sed & ex reliqua extra Columnas ora, nihil cedentia bonitate Ponticis. quondam etiam multum uestium adueheba tur, nunc lanæ Coraxorum lana præstantiores, longeque pulcherrimæ. quippe talento aries emitur qui oues ineat. tũ summè tenuia texta, quæ Saltiatæ faciunt. est ingens ibi pecoris copia, & uenandi materies. Perniciosas habet bestias ferè nullas, exceptis cuniculis, lepusculis illis terram fodientibus, quos quidam

τὴν ἀναχώρησιν τῆς θαλάττης, καὶ τὸ ἀπαίρειν εἰς τὴν ἤπειρον. Καταμαθόντες δ' οὖν τὴν φύσιν τῶν τόπων οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰς ἀναχύσεις ὁμοίως ὑπουργεῖν τοῖς ποταμοῖς δυναμένας, πόλεις ἔκτισαν ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἄλλας κατοικίας, καθάπερ ἐπὶ τῶν ποταμῶν. τούτων δ' ἐστὶν ἥ τε Ἄστα καὶ Νέβρισσα, καὶ Ὄνοβα, καὶ Σόνοβα, καὶ Μαίνοβα, καὶ ἄλλαι πλείους. Προσλαμβάνουσι δὲ καὶ διώρυγες ἔσθ' ὅπου γεγονυῖαι τῷ πολλαχόθεν εἶναι, καὶ πολλαχόσε τὴν κομιδὴν πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς τοὺς ἔξω. Καὶ αἱ σύρροιαι δὲ ὡσαύτως ὠφελοῦσι κατὰ τὰς ἐπιπολὺ πλήμας, καὶ διειργομένας ὑπὸ τῶν διειργόντων ἰσθμῶν τοὺς πόρους, καὶ πλωτοὺς ἀπεργαζομένων, ὥστε πορθμεύεσθαι καὶ ἐκ τῶν ποταμῶν εἰς τὰς ἀναχύσεις, κἀκεῖθεν δεῦρο. Ἅπασα δ' ἡ ἐμπορεία πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐστὶ καὶ τὴν Ῥώμην, ἔχουσα τὸν πλοῦν μέχρι τῶν στηλῶν ἀγαθόν, πλὴν εἴ τις ἐστὶ περὶ τὸν πορθμὸν δυσκολία καὶ τὸν πελάγιον τὸν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ. διὰ γὰρ εὐδίου κλίματος οἱ δρόμοι συντελοῦνται, καὶ μάλιστα τῷ πελαγίζοντι. τοῦτο δὲ πρόσφορόν ἐστι ταῖς ἐμπορικαῖς ὁλκάσιν. ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ἄνεμοι τάξιν οἱ πελάγιοι. πρόσεστι δὲ καὶ ἡ νῦν εἰρήνη τῶν λῃστηρίων καταλυθέντων, ὥσθ' ἡ σύμπασα ὑπάρχει ῥᾳστώνη τοῖς πλοϊζομένοις. Ἴδιον δέ τι φησὶ Ποσειδώνιος τηρῆσαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν τὸν ἐκ τῆς Ἰβηρίας, ὅτι οἱ Εὖροι κατ' ἐκεῖνο τὸ πέλαγος ἕως τοῦ Σαρδώου κόλπου πνέοιεν ἐτησίαι, διὸ καὶ τρισὶ μησὶν εἰς Ἰταλίαν κατᾶραι, μόλις γὰρ διενεχθεὶς περί τε τὰς Γυμνησίας νήσους, καὶ περὶ Σαρδόνα, καὶ τ' ἄλλα ἀπαντικρὺ μέρη τούτων τῆς Λιβύης. Ἐξάγεται δ' ἐκ τῆς Τουρδιτανίας σῖτός τε καὶ οἶνος πολύς, καὶ ἔλαιον οὐ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον. καὶ κηρὸς δὲ, καὶ μέλι, καὶ πίττα ἐξάγεται, καὶ κόκκος πολύς, καὶ μίλτος οὐ χείρων τῆς Σινωπικῆς γῆς. τά τε ναυπήγια συνιστᾶσιν αὐτόθι ἐξ ἐπιχωρίας ὕλης, ἅλες τε ὀρυκτοὶ παρ' αὐτοῖς εἰσί. καὶ ποταμῶν ἁλμυρῶν ῥεύματα οὐκ ὀλίγα. οὐκ ὀλίγη δὲ οὐδ' ἐκ τῶν ὄψων ταριχεία, οὐκ ἐνθένδε μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἄλλης τῆς ἐκτὸς στηλῶν παραλίας οὐ χείρων τῆς Ποντικῆς. πολλὴ δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον ἤρχετο, νῦν δὲ ἔρια μᾶλλον τῶν Κοραξῶν, καὶ ὑπερβολή τις ἐστὶ τοῦ κάλλους. ταλαντιαίους γοῦν ὠνοῦνται τοὺς κριοὺς εἰς τὰς ὀχείας. ὑπερβολὴ δὲ, καὶ τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων, ἅπερ οἱ Σαλτιῆται κατασκευάζουσιν. ἄφθονος δὲ καὶ βοσκημάτων ἀφθονία παντοίων καὶ κυνηγεσίων. Τῶν δ' ὀλεθρίων θηρίων σπάνις, πλὴν τῶν γεωρύχων λαγιδέων, οὓς ἔνιοι λεβη-

λεβηρίδας προσαγορεύουσι. λυμαίνονται γὰρ φυτὰ, καὶ σπέρματα ῥιζοφαγοῦντες. καὶ τοῦτο συμβαίνει καθ᾽ ὅλην τὴν Ἰβηρίαν σχεδὸν, διατείνει δὲ καὶ μέχρι Μασσαλίας. ὀχλεῖ δὲ καὶ τὰς νήσους. Οἱ δὲ τὰς Γυμνησίας οἰκοῦντες, λέγονται πρεσβεύσασθαί ποτε πρὸς Ῥωμαίους κατὰ χώρας αἴτησιν, ἐκβάλλεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ζώων τούτων ἀντέχειν μὴ δυναμένων διὰ τὸ πλῆθος. πρὸς μὲν οὖν τὸν τοσοῦτον ἴσως πόλεμον, ὃς οὐκ ἀεὶ συμβαίνει, φθορὸν δέ τινι λοιμικῇ καταστάσει, καθάπερ ὄφεων καὶ μυῶν τῶν ἀρουραίων, χρεία τῆς τοσαύτης ἐπικουρίας. πρὸς δὲ τὸ μέτριον, ἐξεύρηνται πλείους θῆραι. καὶ δὴ καὶ γαλᾶς ἀγρίας ἃς ἡ Λιβύη φέρει, τρέφουσιν ἐπίτηδες, ἃς φιμώσαντες παριᾶσιν εἰς τὰς ὀπάς. αἳ δ᾽ ἐξέλκουσιν ἔξω τοῖς ὄνυξιν οὓς ἂν καταλάβουσιν, ἢ φεύγειν ἀναγκάζουσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, ἐκπεσόντας δὲ θηρεύουσιν οἱ ἐφεστῶτες. Τὴν δὲ ἀφθονίαν τῶν ἐκκομιζομένων ἐκ τῆς Τουρδιτανίας, ἐμφανίζει τὸ μέγεθος, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ναυκλήρων. ὁλκάδες γὰρ μέγισται παρὰ τούτων πλέουσιν εἰς τὴν Δικαιαρχίαν, καὶ τὰ Ὤστια τῆς Ῥώμης ἐπίνειον. τό, τε πλῆθος μικροῦ δεῖν ἐνάμιλλον τοῖς Λιβυκοῖς ἐκ πολλαπλασιάσεως. Τοιαύτης δὲ τῆς μεσογαίας οὔσης τῆς ἐν τῇ Τουρδιτανίᾳ, καὶ τὴν παράλιον ἐνάμιλλον εὕροι τις αὖ τοῖς ἐκ θαλάττης ἀγαθοῖς. τά τε γὰρ ὀστρεώδη πάντα καὶ κογχοειδῆ, καὶ τοῖς πλήθεσιν ὑπερβάλλει καὶ τοῖς μεγέθεσι καθόλου κατὰ τὴν ἔξω θάλατταν πᾶσαν. ἐνταῦθα δὲ διαφερόντως ἅτε καὶ τῶν πλημμυρίδων καὶ τῶν ἀμπώτεων ἐνταῦθα αὐξανομένων, ἃς εἰκὸς αἰτίας εἶναι καὶ τοῦ πλήθους, καὶ τοῦ μεγέθους διὰ τὴν γυμνασίαν. ὡς δ᾽ αὔτως ἔχει καὶ περὶ τῶν κητέων ἁπάντων, ὀρύγων τε, καὶ φαλαινῶν, καὶ φυσητήρων, ὧν ἀναφυσησάντων, φαίνεταί τις νεφώδους ὄψις κίονος τοῖς πόῤῥωθεν ἀφορῶσι. καὶ οἱ γόγγροι δὲ ἀποθηριοῦνται, πολὺ τῶν παρ᾽ ἡμῖν ὑπερβεβλημένοι κατὰ τὸ μέγεθος, καὶ αἱ σμύραιναι, καὶ ἄλλα πλείω τῶν τοιούτων ὄψων. ἐν δὲ Καρτηΐᾳ κήρυκας δεκακοτύλους καὶ πορφύρας φασίν. ἐν δὲ τοῖς ἐξωτέροις τόποις καὶ μείζονας ὀγδοήκοντα μνῶν τὴν σμύραιναν, καὶ τὸν γόγγρον· ταλαντιαῖον δὲ τὸν πολύποδα. διπήχεις δὲ τὰς τευθίδας, καὶ τὰ παραπλήσια. πολὺς δὲ καὶ ὁ θύννος συνελαύνεται δεῦρο, ἀπὸ τῆς ἄλλης τῆς ἔξωθεν παραλίας, πίων καὶ παχύς. τρέφεται δὲ βαλάνῳ δρυΐνῃ, φυομένῃ κάτω τῆς θαλάττης, χαμαιζήλῳ

dam Icberides nominant. ij enim radices uorantes, stirpibus seminibusque nocent. Idque usu uenit per omnem Hispaniam, & ad Massiliam usque. quin & insulas infestant: traditumque memoriæ est, Gymnesiarum insularum incolas aliquando missis legatis petijsse à Romanis terram sibi habitandam, quòd sua se ab animalibus pelli, neque eorum multitudini resistere posse dicerent. 7 Et sanè hoc auxilio opus esse potest, cùm, quod non semper fit, tanta multitudine tanquam bello aut peste grassantur, ueluti serpentes & mures terrestres etiam ubi inualescunt. Sed ubi mediocriter habet res, inuentæ sunt iam cuniculos uenandi plures rationes. quarum est, quod feles Africos feros studiosè adhibent, & ore obligato in foramina immittunt: qui unguibus extrahunt cuniculos inuentos, aut in superficiem expellunt, ubi ab adstantibus captantur. Abundantiam uerò eorum quæ ex Turditania exportantur, nauium magnitudo & multitudo indicat. maximæ enim onerariæ naues inde ad Dicæarchiam & Ostia, quod est Romæ nauale, aduehuntur. itaque multiplicatæ sunt, ut numero iam Africis ferè æquentur. Cùm hic sit status mediterraneorum Turditaniæ, ora eius maritima opibus maritimis cum ea quasi certare uidetur. In uniuersum enim exterum mare omni ostreorũ, concharumque abundat genere, numero, & magnitudine. uerũ ad Turditaniam id maximè fit, quippe maris affluxu ac refluxu ibi augescente, quam causam apparet esse multitudinis ac magnitudinis istarum rerum ob exercitationem. Idem intelligendum de cæterorũ omnibus generibus, orygibus, balænis, & à flando dictis physeteribus, qui cum efflant, eminus intuentibus species quædam nubis in columnæ formam coactæ uidetur. quin & congri ibi in belluas abeunt, longè nostrorum magnitudinem supergressi: & murenæ sunt ibi, alijque plures id genus pisces. Apud Carteiam ceryces siue buccina, & purpuræ inueniri dicuntur, decem cotylas implentes. & in exterioribus locis murenæ congrique qui appendant XXC minas, polypos qui talentum: bicubitales teuthidas, aliosque id genus pisces. Huc etiam plurimi thynni compelluntur, à calore externi maris antiquo pingues & crassi. Vescuntur glande querna, quæ ad mare nascitur, humilis planè, sed

Cuniculi.

Quercui marina Thynnus.

 τινὶ

scilicet quod scirpeis uterentur amiculis ex melancræna, aut ex crinibus aut neruis. Tribus utuntur fundarum generibus, longo (. quod macrocolon uocatur.) ad ictus longius dirigendos, breui ad ferieda propinqua, (.id est Brachycolon.) & mediocri ad mediocres missus. à puero autem ita funda exercebantur, ut non aliâs panis daretur, quam si funda scopum tetigissent. Itaque Metellus ad insulas adnauigans pelles supra tabulata nauium extendit ad excipiendos fundarum ictus. introduxit autem colonos, tria millia Romanorum ex Hispania. Ad soli ubertatem id quoque accedit commodi, quod ijs in insulis non facilè noxium aliquod reperitur animal. Nam cuniculos aiunt non esse indigenas, sed ex opposita continente importato masculo & femella. ab hoc principio tantum fuisse procreatum cuniculorum, ut domos etiam arboresque tandem subuerterint, & Romanorum opem Baleares implorare (.ut docuimus.) coacti fuerint. Nunc uenandi dexteritas non sinit eos ad dandum damnum inualescere, sed cum emolumento agri coluntur. Hæ ergo sunt insulæ intra columnas Herculis sitæ. Ad ipsas autem columnas duæ sunt minutæ insulæ, quarum alteram Iunonis fanum appellant. à quibusdam hæ Columnæ uocantur. Extra Columnas sunt Gades, de quibus hoc tãtum diximus, eas à Calpe distare IↃCCL stadijs. uicina est hæc in- *

sula ostijs Bætis. multi autem de ea sunt ser-
Gades. mones. Etenim Gaditani sunt qui plurimis maximisque nauibus in nostrum & exterum mare proficiscuntur, cùm neque magnam habitent insulam, neque multum agri in opposita continente possideant, neque aliarum diuites insularum sint: sed plerique mare incolant, pauci domi desideant, aut Romę uersentur. Vrbs enim eorum multitudine ciuium non uidetur ulli extra Romam cedere. Audiui igitur nostra ætate censu habito aliquando censos fuisse equites Gaditanos ɪↃ, quot nullius uel Italicæ urbis censi sunt præter Patauinam. Tanto ergo cum sint numero, insulam habent, non multo longiorem C stadijs, latitudine alicubi unius tantum stadij. Vrbem ab initio habitarunt omnino exiguam. condidit eis aliam, quam nouam uocant, Balbus Gaditanus, uir triumphalis. ex utrisque facta est Didyma, (. hoc est gemina. ) ambitu non maiore XX stadijs. neque illa arctè habitatur. pauci enim domi desident, cùm plerique in mari degant, nonnulli etiam in opposita terra, præcipuè insula ante Gades sita, uberis soli, quam loco isto gaudentes tanquam oppositam Didymæ urbem fecerunt. Hanc quoque (. si quis comparationem instituat.) pauci inhabitant, & nauale, quod eis Balbus extruxit in opposita continente. Vrbs sita est in occiduis insulæ partibus, cui contiguum est extrema in parte Saturni templum, eregione paruæ insulæ. Herculis fanum in alteram partem uersus ortum positum est, qua proximè ad continētem insula accedit, unius stadij freto diuulsa. Dicunt XII passuum millibus ab urbe fanum hoc abesse, numerum milliarium numero certaminum Herculis exæquantes. est autem maior distantia, ac ferè tanta, quanta est insulæ ab ortu ad occasum longitudo. Videtur Gadibus nomen Erytheæ tribuisse Pherecydes, in qua boues Geryonis fuisse fabulantur. alij eo nomine intelligunt insulam Gadibus adsitam, freto unius stadij deiunctā: ratione habita pascuorum bonitatis, quod ibi pascentium ouium
31 lac 31 sero caret, multumque ei ob pinguedinem additur aquæ ut caseus cogi possit. & L dierum spacio pecus suffocatur, nisi sanguinis aliquid mittatur. herba qua pascuntur, sicca est, sed admodum pingues reddit. id conijciunt

ἐκβολῆς τοῦ Βαίτιος πλησίον ἵδρυται. πλείους δ' εἰσὶ λόγοι περὶ αὐτῆς. Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ ἄνδρες, οἱ τὰ πλεῖστα καὶ μέγιστα ναυκλήρια στέλλοντες, ἔς τε τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν, καὶ εἰς τὴν ἐκτὸς. οὔτε μεγάλην οἰκοῦντες νῆσον, οὔτε τῆς περαίας νεμόμενοι πολλὴν, οὔτ' ἄλλων εὐποροῦντες νήσων, ἀλλὰ πλέον οἰκοῦντες τὴν θάλατταν, ὀλίγοι δ' οἰκουροῦντες, ἢ ἐν Ῥώμῃ διατρίβοντες. Ἐπεὶ πλήθει γε οὐδεμιᾶς ἂν ἀπολείπεσθαι δόξειε τῶν ἔξω Ῥώμης πόλεων. ἤκουσα γοῦν ἐν μιᾷ τῶν καθ' ἡμᾶς τιμήσεων, πεντακοσίους ἄνδρας τιμηθέντας ἱππικοὺς Γαδειτανοὺς, ὅσους οὐδένας οὐδὲ τῶν Ἰταλιωτῶν πλὴν τῶν Παταβίνων. Τοσοῦτοι δ' ὄντες, νῆσον ἔχουσιν οὐ πολὺ μείζονα τῶν ἑκατὸν σταδίων τὸ μῆκος, πλάτος δ' ἔσθ' ὅπου, καὶ σταδιαῖον. πόλιν δὲ κατ' ἀρχὰς μὲν ᾤκουν παντάπασι μικρὰν. προσέκτισε δ' αὐτοῖς Βάλβος Γαδειτανὸς ὁ θριαμβεύσας, ἄλλην, ἣν νέαν καλοῦσι. τὴν δ' ἐξ ἀμφοῖν Διδύμην, οὐ πλειόνων εἴκοσι σταδίων οὖσαν τὴν περίμετρον, οὐδὲ ταύτην στενοχωρουμένην. ὀλίγοι γὰρ οἰκουροῦσιν ἐν αὐτῇ, διὰ τὸ πάντας θαλαττεύειν τὸ πλέον, τοὺς δὲ καὶ τὴν περαίαν οἰκεῖν. καὶ μάλιστα τὴν ἐπὶ τῆς προκειμένης νησῖδος διὰ τὴν εὐφυΐαν, ἣν ὥσπερ ἀντίπολιν πεποιήκασι τῇ Διδύμῃ χαίροντες τῷ τόπῳ. ὀλίγοι δὲ κατὰ σύγκρισιν καὶ ταύτην οἰκοῦσι καὶ τὸ ἐπίνειον ὃ κατεσκεύασεν αὐτοῖς Βάλβος τῇ περαίᾳ τῆς ἠπείρου. κεῖται δ' ἐπὶ τῶν ἑσπερίων τῆς νήσου μερῶν ἡ πόλις, προσεχὲς δ' αὐτῇ τελευταῖον ἐστὶ τὸ Κρόνιον πρὸς τῇ νησῖδι, τὸ δ' Ἡράκλειον ἐπὶ θάτερα τέτραπται τὰ πρὸς ἕω, καθ' ὃ δὴ μάλιστα τῇ ἠπείρῳ συνάπτουσα τυγχάνει ἡ νῆσος ὅσον σταδιαῖον πορθμὸν ἀπολείπουσα. καὶ λέγουσι μὲν διέχειν τῆς πόλεως δώδεκα μίλια τὸ ἱερὸν, ἴσον ποιοῦντες τὸν τῶν ἄθλων καὶ τὸν τῶν μιλίων ἀριθμόν. ἔστι δὲ μεῖζον καὶ σχεδόν τι τοσοῦτον ὅσον ἐστὶ τὸ τοῦ μήκους τῆς νήσου, τὸ ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπὶ τὴν ἀνατολήν. Ἐρύθειαν δὲ τὰ Γάδειρα ἔοικε λέγειν ὁ Φερεκύδης, ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Γηρυόνην μυθεύουσιν. Ἄλλοι δὲ τὴν παραβεβλημένην ταύτῃ τῇ πόλει νῆσον, πορθμῷ σταδιαίῳ διειργομένην. τὸ εὔβοτον ὁρῶντες, ὅτι τῶν νεμομένων αὐτόθι προβάτων τὸ γάλα, ὀρὸν οὐ ποιεῖ, τυροποιοῦσί τε πολλῷ ὕδατι μίξαντες διὰ τὴν πιότητα· ἐν πεντήκοντα τε ἡμέραις πνίγεται τὸ ζῷον, εἰ μή τις ἀποσχάζει τι τοῦ αἵματος. ξηρὰ δέ ἐστιν ἣν νέμονται βοτάνην, ἀλλὰ πιαίνει σφόδρα. τεκμαίρονται δ'

ται δ' ἐκ τοῦ πεπλάσθαι τὸν μῦθον τὸν περὶ τὰ βουκόλια τοῦ Γηρυόνου, κοινῇ μέντοι συνῴκισται πᾶς ὁ αἰγιαλός. Περὶ δὲ τῆς κτίσεως τῶν Γαδείρων τοιαῦτα λέγεται· μέμνηνται Γαδιτανοὶ χρησμοῦ τινος, ὅν τινα γενέσθαι φασὶ Τυρίοις κελεύοντα ἐπὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας ἀποικίαν πέμψαι. τοὺς δὲ πεμφθέντας κατασκοπῆς χάριν, ἐπειδὴ κατὰ τὸν πορθμὸν ἐγένοντο τὸν κατὰ τὴν Κάλπην, νομίσαντες τέρμονας εἶναι τῆς οἰκουμένης καὶ τῆς Ἡρακλέους στρατιᾶς τὰ ἄκρα ποιοῦντα τὸν πορθμὸν (ταῦτα δ' αὐτὰ καὶ στήλας ὀνομάζειν τὸ λόγιον) καταχθῆναι εἴς τι χωρίον ἐντὸς τῶν στενῶν, ἐν ᾧ νῦν ἐστιν ἡ τῶν Ἀξιτανῶν πόλις. ἐνταῦθα δὲ θύσαντας μὴ γενομένων καλῶν τῶν ἱερείων, ἀνακάμψαι πάλιν. χρόνῳ δ' ὕστερον τοὺς πεμφθέντας προελθεῖν ἔξω τοῦ πορθμοῦ περὶ χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους εἰς νῆσον Ἡρακλέους ἱεράν, κειμένην κατὰ πόλιν Ὄνοβαν τῆς Ἰβηρίας· καὶ νομίσαντας ἐνταῦθα εἶναι τὰς στήλας, θῦσαι τῷ θεῷ· μὴ γενομένων δὲ πάλιν καλῶν τῶν ἱερείων, ἐπανελθεῖν οἴκαδε. τῷ δὲ τρίτῳ στόλῳ τοὺς ἀφικομένους, Γάδειρα κτίσαι καὶ ἱδρύσασθαι τὸ ἱερὸν ἐπὶ τοῖς ἑῴοις τῆς νήσου, τὴν δὲ πόλιν ἐπὶ τοῖς ἑσπερίοις. Διὰ δὲ τοῦτο τοῖς μὲν δοκεῖν τὰ ἄκρα τοῦ πορθμοῦ τὰς στήλας εἶναι, τοῖς δὲ τὰ Γάδειρα, τοῖς δ' ἔτι πορρώτερον τῶν Γαδείρων ἔξω προκεῖσθαι. Ἔνιοι δὲ στήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην καὶ τὴν Ἀβύλυκα, τὸ ἀντικείμενον ὄρος τῆς Λιβύης, ὅ φησιν Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Μεταγωνίῳ Νομαδικῷ ἔθνει ἱδρῦσθαι· οἱ δὲ τὰς πλησίον ἑκατέρου νησῖδας, ὧν τὴν ἑτέραν Ἥρας νῆσον ὀνομάζουσιν. Ἀρτεμίδωρος δὲ τὴν μὲν τῆς Ἥρας νῆσον, καὶ ἱερὸν λέγει αὐτῆς, ἄλλην δέ φησιν εἶναί τινα, οὐδ' Ἀβύλυκα, καὶ ὄρος, οὐδὲ Μεταγωνίων ἔθνος. Καὶ τὰς Πλαγκτὰς καὶ τὰς Συμπληγάδας ἐνθάδε μεταφέρουσί τινες, ταύτας εἶναι νομίζοντες στήλας, ἃς Πίνδαρος καλεῖ πύλας Γαδειρίδας, εἰς ταύτας ὑστάτας ἀφῖχθαι φάσκων τὸν Ἡρακλέα. Καὶ Δικαίαρχος δέ, καὶ Ἐρατοσθένης, καὶ Πολύβιος, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν Ἑλλήνων περὶ τὸν πορθμὸν ἀποφαίνουσι τὰς στήλας. οἱ δὲ Ἴβηρες καὶ Λίβυες ἐν Γαδείροις εἶναί φασιν· οὐδὲν γὰρ ἐοικέναι στήλαις τὰ περὶ τὸν πορθμόν. οἱ δὲ τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις, χαλκᾶς ὀκταπήχεις, ἐν αἷς ἀναγέγραπται τὸ ἀνάλωμα τῆς κατασκευῆς τοῦ ἱεροῦ. ταύτας λέγεσθαί φασιν, ἐφ' ἃς ἐρχόμενοι οἱ τελέσαντες τὸν πλοῦν, καὶ θύοντες τῷ Ἡρακλεῖ, διαβοηθῆναι παρεσκεύασαν, ὡς τοῦτ'

iiciunt ex eo, quod fabula ficta est de armentis Geryonis. communiter quidem totum litus frequentatur. Cæterum Gades ut fuerint conditæ, talia feruntur. Memorant Gaditani oraculum, Tyriis datum, quod eos iuberet ad columnas Herculis coloniam deducere. missos loci uidendi causa cum ad fretum apud Calpen peruenissent, opinatos finem terrę habitatę & Herculeæ expeditionis esse ea quibus fretum illud clauditur extrema (quæ oraculũ columnas uocat.) appulisse intra angustias ad locum, ubi nunc est Axitanorum urbs. *Columnæ Herculis ubi.* ibi cùm re diuina facta non perlitarent, domum rediisse. Aliquãto pòst tempore missos, extra fretum progressos ad CIↃ IↃ stadia, ad insulam uenisse Herculi sacram, eregione Onobæ Hispanicæ urbis sitam: ratosque ibi esse Columnas, Deo sacrificasse: rursumque uictimis non addicentibus, domũ se recepisse. Eos qui tertiò nauigauerunt, Gades condidisse, templo in ortiua, urbe in occidua insulæ parte positis. Hinc ortum quod Columnarum uocabulo alii freti claustra intelligant, alii Gades, alii etiam quippiam ultra Gades situm. Nonnulli pro Columnis habent Calpen & 32 Abilam, qui est mõs ex aduerso Calpæ in Africa, quem Eratosthenes ait situm esse in Metagoniis Numidica gente. 32 Alii insulas exiguas utrique monti propinquas, quarum alteram Iunonis insulam uocant. Artemidorus Iunonis quidem & insulam & fanum agnoscit: diuersum tamen ait esse ab Abila, neque montem esse, neque in Metagoniis. Quidam etiam Planctas & Symplegadas petras huc transferunt, existimantque has esse Columnas, quas Pindarus uocet portas Gadiridas, dicens ultimô ad eas peruenisse Herculem. Quin & Dicæarchus, & Eratosthenes, & Polybius, & plurimi Græcorum Columnas ad fretum esse asserunt. At Hispani & Afri Gadibus eas uindicant: nihil enim columnarum simile habere ea quæ sunt ad fretum. 33 Alii Columnas intelligi uolunt æreas octo cubitorum columnas quæ sunt Gadibus in Herculis delubro, 33 quibus inscriptus est sumtus in templi factus exædificationem. hasque aiunt esse, ad quas cùm nauigatione absoluta peruenissent, sacris Herculi factis, eam famam curauerint diuulgari, ibi maris esse terræque finem. atque hanc

hanc maximè omnium opinionum probabilem Posidonius censet: oraculum, & multos legatos, commentum Punicum. Ac de legatis quidem istis in utranque partem non uideo quid certi possit affirmari. Id autem ratione non caret, quod dicitur insulas istas aut montes non referre columnarum formam: & quod quæruntur columnæ propriè sic dictæ, quę sint finis mundi & expeditionis Herculeæ nota. Vetusti enim moris fuit, huiusmodi ponere limites. quemadmodum

Columnæ aliæ.

Rhegini columellæ loco in freto turriculam posuerunt, cui opposita est turris Pelori. & Philænorum aræ in medio propè terræ quæ est intra Syrtes. & in isthmo Corinthiaco memoratur posita columna antiquitus, quam communi opera collocauerũt Iones qui Atticam & Megaridem pulsi è Peloponneso occupauerunt, & qui Peloponnesum obtinuerunt. inscriptumque fuit in parte Megaridi obuersa:

Non hîc Peloponnesus, sed est Ionia.

& in altera parte:

Hîc Peloponnesus est, non est Ionia.

Et Alexander in Indica expeditione ad quæ ultima loca peruenit apud Indos uersus orientem degentes, aras pro termino posuit, Herculem imitatus & Bacchum. Erat sanè hoc moris. Verùm probabile est locos nomen istarum rerum denominationem excipere: præsertim ubi tempus abolet positos limites. Neque enim hodie extant Philenorum aræ, sed locus id nominis retinet. Et aiunt in India neque Herculis neque Bacchi columnas uisas fuisse: nihilominus Macedones indicata ipsis & demonstrata quædam loca crediderunt esse eas columnas, ubi uestigium aliquod reperiebant eorum quæ uel de Baccho uel de Hercule erant memoriæ prodita. Ergo hîc quoque incredibile nequaquam est primos illis in locis, ad quæ ultima & maximè illustria uenissent, limites extructis manu aris aliquibus aut turribus aut columnis consignasse (.sunt autem freta, ijsque incumbentes montes, aut insulæ maximè illustria ad designanda locorum extrema uel prima.) deinde abolitis monumentis illis manuum opera conditis, nomina eorum locis inhæsisse: siue ea minutas insulas esse dicas, siue fretum conficientia promontoria. Hoc

εἶναι καὶ γῆς καὶ θαλάττης τὸ πέρας. τοῦτον δ᾽ εἶναι πιθανώτατον καὶ Ποσειδώνιος ἡγεῖται τὸν λόγον· τὸν δὲ χρησμὸν, καὶ τοὺς πολλοὺς ἀποστόλους, ψεῦσμα Φοινικόν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἀποστόλων τί ἄν τις διϊσχυρίσαιτο, πρὸς ἔλεγχον ἢ πίστιν, οὐδετέρως παρὰ λόγον. Τὸ δὲ τὰς νησίδας ἢ τὰ ὄρη μὴ φάσκειν ἐοικέναι στήλαις, ἀλλὰ ζητεῖν ἐπὶ τῶν κυρίως λεγομένων στηλῶν τοὺς τῆς οἰκουμένης ὅρους ἢ τῆς στρατείας τῆς Ἡρακλέους, ἔχει μέν τινα νοῦν. ἔθος γὰρ παλαιὸν ὑπῆρχε τὸ τίθεσθαι τοιούτους ὅρους, καθάπερ οἱ Ῥηγῖνοι τὴν στηλίδα ἔθεσαν τὴν ἐπὶ τῷ πορθμῷ κειμένην πυργίον τι· καὶ ὁ τοῦ Πελώρου λεγόμενος πύργος ἀντίκειται ταύτῃ τῇ στηλίδι· καὶ οἱ Φιλαίνων λεγόμενοι βωμοὶ, κατὰ μέσην που τὴν μεταξὺ τῶν Σύρτεων γῆν. καὶ ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ τῷ Κορινθιακῷ μνημονεύεται στήλη τις ἱδρυμένη πρότερον, ἣν ἔστησαν κοινῇ οἱ τὴν Ἀττικὴν σὺν τῇ Μεγαρίδι κατασχόντες Ἴωνες, ἐξελαθέντες ἐκ τῆς Πελοποννήσου, καὶ οἱ κατασχόντες τὴν Πελοπόννησον ἐπέγραψαν, ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τῇ Μεγαρίδι μέρους,

Τάδ᾽ οὐχ ἡ Πελοπόννησος, ἀλλ᾽ Ἰωνία.

ἐκ δὲ θατέρου,

Τάδ᾽ ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Ἀλέξανδρος δὲ τῆς Ἰνδικῆς στρατείας ὅρια βωμοὺς ἔθετο ἐν τοῖς τόποις, εἰς οὓς ὑστάτους ἀφίκετο τῶν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς Ἰνδῶν, μιμούμενος τὸν Ἡρακλέα, καὶ τὸν Διόνυσον. ἦν μὲν δὴ τὸ ἔθος τοῦτο. Ἀλλὰ καὶ τοὺς τόπους εἰκός ἐστι μεταλαμβάνειν τὴν αὐτὴν προσηγορίαν, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁ χρόνος διαφθείρῃ τοὺς τεθέντας ὅρους. Οὐ γὰρ νῦν οἱ Φιλαίνων μένουσι βωμοί, ἀλλ᾽ ὁ τόπος μετείληφε τὴν προσηγορίαν. οὐδὲ ἐν τῇ Ἰνδικῇ στήλας φασὶν ὁραθῆναι κειμένας, οὔθ᾽ Ἡρακλέους οὔτε Διονύσου. καὶ λεγομένων μέντοι, καὶ δεικνυμένων τῶν τόπων τινῶν, οἱ Μακεδόνες ἐπίστευον τούτους εἶναι στήλας ἐν οἷς τι σημεῖον εὕρισκον ἢ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ἱστορουμένων, ἢ τῶν περὶ τὸν Ἡρακλέα. Κἀνταῦθα δὴ μὲν πρώτους, οὐκ ἂν ἀπιστήσαι τις, ὅροις χρήσασθαι χειροκμήτοις τισὶ βωμοῖς, ἢ πύργοις, ἢ στηλίσιν ἐπὶ τῶν τόπων εἰς οὓς ὑστάτους ἧκον τοὺς ἐπιφανεστάτους. ἐπιφανέστατοι δὲ οἱ πορθμοί, καὶ τὰ ἐπικείμενα ὄρη, καὶ αἱ νησίδες, πρὸς τὸ ἀποδηλοῦν ἐσχατιάς τε καὶ ἀρχὰς τόπων. ἐκλειπόντων δὲ τῶν χειροκμήτων ὑπομνημάτων, μετενεχθῆναι τοὔνομα εἰς τοὺς τόπους, εἴ τε τὰς νησίδας τις βούλεται λέγειν, εἴ τε τὰς ἄκρας τὰς ποιούσας τὸν πορθμόν. Τοῦτο

γὰρ

γὰρ ἤδη διευκρινῆσαι χαλεπὸν, ποτέροις προσάψαι τὴν ἐπίκλησιν, διὰ τὸ ἀμφοτέροις ἐοικέναι τὰς στήλας. λέγω δὲ ἐοικέναι, διότι ἐν τοῖς τοιούτοις ἵδρυνται τόποις, οἳ σαφῶς ὑπαγορεύουσι τὰς ἐσχατιὰς, καθ' ὃ καὶ στόμα εἴρηται ὁ πορθμὸς, καὶ οὗτος, καὶ ἄλλοι πλείους. τὸ δὲ στόμα πρὸς μὲν εἴσπλουν ἀρχή ἐστι, πρὸς δὲ ἔκπλουν ἔσχατον. τὰ οὖν ἐπὶ τῷ στόματι νησίδια, ἔχοντα τὸ εὐπερίγραφόν τε, καὶ σημειῶδες, οὐ φαύλως στήλαις ἀπεικάζοι τις ἄν. ὡς δ' αὔτως καὶ τὰ ὄρη τὰ ἐπικείμενα τῷ πορθμῷ, καὶ ἐξοχήν τινα τοιαύτην ἐκφαίνοντα, οἷον αἱ στηλίδες, ἢ αἱ στῆλαι. καὶ ὁ Πίνδαρος οὕτως ἂν ὀρθῶς λέγοι πύλας Γαδειρίδας, εἰ ἐπὶ τοῦ στόματος νοοῖντο αἱ στῆλαι. πύλαις γὰρ ἔοικε τὰ στόματα. τὰ δὲ Γάδειρα οὐκ ἐν τοιούτοις ἵδρυται τόποις, ὥστ' ἀποδηλοῦν ἐσχατιὰν, ἀλλ' ἐν μέσῃ πως κεῖται μεγάλῃ παραλίᾳ κολπώδει. τὸ δὲ ἐπ' αὐτὰς ἀναφέρειν τὰς ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλας τὰς ἐνθάδε, ἧττον εὔλογον ὡς ἐμοὶ φαίνεται. οὐ γὰρ ἐμπόρων, ἀλλ' ἡγεμόνων μᾶλλον ἀρξάντων τοῦ ὀνόματος τούτου, κρατῆσαι πιθανὸν τὴν δόξαν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν Ἰνδικῶν στηλῶν. ἄλλως τε καὶ ἡ ἐπιγραφὴ ἥν φασιν οὐκ ἀφίδρυμα ἱερὸν δηλοῦσα, ἀλλὰ ἀναλώματος κεφάλαιον, ἀντιμαρτυρεῖ τῷ λόγῳ. τὰς γὰρ Ἡρακλέους στήλας, μνημεῖα εἶναι δεῖ τῆς ἐκείνου μεγαλουργίας, οὐ τῆς Φοινίκων δαπάνης. Φησὶ δὲ ὁ Πολύβιος κρήνην ἐν τῷ Ἡρακλείῳ τῷ ἐν Γαδείροις εἶναι, βαθμῶν ὀλίγων κατάβασιν ἔχουσαν εἰς τὸ ὕδωρ, πότιμον δὲ εἶναι, ἣν ταῖς παλιρροίαις τῆς θαλάττης ἀντιπαθεῖν. κατὰ μὲν τὰς πλήμας, ἐκλείπουσαν· κατὰ δὲ τὰς ἀμπώτεις, πληρουμένην. αἰτιᾶται δ' ὅτι τὸ πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐκπίπτον, καταληφθείσης μὲν αὐτῆς ὑπὸ τοῦ κύματος κατὰ τὰς ἐπιβάσεις τῆς θαλάττης, ἔργεται τῶν τοιούτων ἐξόδων οἰκείων· ἀναστρέψαν δὲ εἰς τὸ ἐντὸς ἐμφράττει τοὺς τῆς πηγῆς πόρους, καὶ ποιεῖ λειψυδρίαν. γυμνωθείσης δὲ πάλιν, εὐθυπορῆσαν ἐλευθεροῖ τὰς φλέβας τῆς πηγῆς, ὥστ' ἀναβλύειν εὐπόρως. Ἀρτεμίδωρος δὲ ἀντειπὼν τούτῳ, καὶ ἅμα παρ' αὑτοῦ τινα θεὶς αἰτίαν, μνησθεὶς δὲ, καὶ τῆς Σιλανοῦ δόξης τοῦ συγγραφέως, οὔ μοι δοκεῖ μνήμης ἄξια εἰπεῖν, ὡς ἂν ἰδιώτης περὶ ταῦτα, καὶ αὐτὸς καὶ Σιλανός. Ποσειδώνιος δὲ ψευδῆ

enim iam definitu difficile est, utris appellatio ista sit tribuenda, cùm columnæ utrisq; sint similes. similes dico, quia talibus in locis collocantur, quæ euidenter extremitates demonstrant. unde & huic freto & alijs nomen oris apud Græcos inditum. os autem intrò nauigandi principium est, extremum foras nauigantibus. Iam paruę illę in ore (.sic enim appellemus.) insulæ cùm facile circumscribantur, & quasi punctum repræsentent, non ineptè columnis comparari posse uidentur: itemque incumbentes freto montes, & eminentia sua siue columnam siue columellam referentes. Atque hac ratione Pindarus rectè dixerit portas Gadiridas, si in ore intelligantur columnæ. portis enim ora ista sunt ad similia. cæterùm Gades non talibus in locis sitæ sunt, quæ extremitatem aliquam denotent: sed iacent in medio quodammodo maritimi sinuosi litoris. Minus uerò mihi uidetur rationi consentaneum, ad ipsas in fano Herculis positas columnas nomen columnarum referre uelle. probabile enim est non à mercatoribus, sed à ducibus primùm indito hoc nomine, eius deinde famam inclaruisse. Tum inscriptio earum, non sacri donarij dedicationem, sed summam impensarum indicans, rationem illam impugnat. nam columnas Herculis, argumentum magnificentiæ eius, non factorum à Phœnicibus sumtuum oportet esse. Porrò autem scribit Polybius esse Gadibus in templo Herculis fontem, ad cuius aquas paucorum sit graduum descensus, potui aptas: qui ad æstus maris contrario planè sit affectus modo, cum sub exundationem maris deficiat, & defluente eo impleatur. Causam rei confert in spiritum qui è profundo in superficiem terræ effertur, qua superficie sub maris affluxum ab aquis occupata, spiritum, cùm suis exitibus solitis priuetur, introrsum reuerti, obstructisque fontis meatibus aquas intercludere. rursumque denudata aquis superficie, uenas fontis liberare obstructione, atque ita tum aquam copiosè ebullire. Artemidorum autem dum huius sententiam uult refellere, aliamque à se causam profert, facta simul Silani historici mentione, indigna relatu mihi uidetur dicere: quippe cum & ipse & Silanus harum fuerunt rerum rudes. At Posidonius falsitatis hanc narratio-

*Fontis Gaditani mirum.*

λέγων

nem damnans, duos ait in Herculis templo esse puteos, & in urbe tertium. eorum qui sunt ad Herculis, minorem, cùm continenter
34 ex eo aqua hauriatur, 34 ea ipsa hora siccari, rursumque impleri ubi desitum fuerit aquari. maiorem totius diei aquatione minui ipsum quoque more aliorum puteorum, aquatione noctu cessante repleri. & cum in repletionis tempus incidat non raro maris defluxus, creditam esse ab incolis inusitatam illam contrarietatem affectionis. Historiæ quidem huic fidem adhibitam fuisse, cùm ille ait, & nos in diuulgatis rerum inusitarùm narrationibus traditum reperimus. Auditu etiam cognouimus, esse Gadibus alios quoque puteos partim in ipsa urbe, partim extra in hortis. sed ob aquæ uitiositatem in urbe usurpari cisternas lacustris aquæ. utrum autem hi quoque putei aliquam istius naturalis dissensionis à mari dent significationem, ignoro. Quod si hæc ita eueniunt, causarum assignationem ita par est accipere, ut fieri in rebus difficilibus debet. Ac fieri potest, ut res ita habeat, sicut iudicauit Polybius. Probabile est etiam quasdam fontis uenas humectatas extrinsecus laxari, ita ut magis in obliquam partem aquas diffundant, quàm eas secundum pristinum alueum in fontem exprimant. laxari autem necesse est inundatione aquarum. Quod si, ut Athenodoro uidetur, inspirationis & exspirationis simile quippiam habent maris affluxus & refluxus, fortasis quædam aquarum fluentium sunt, quæ per alios meatus naturam secutæ effluxus in superficiem effundũt (.quorum ora fontes & scaturigines uocamus.) aliis autem meatibus unà trahuntur ad profunditatem maris. eæque aquæ mare ita attollunt, ut exundet quando fit exspiratio, ac tum suum relinquunt proprium meatum: in quem redeunt, mari defluente.

De affluxu & refluxu maris.

Nescio autem quî factum sit, ut Posidonius in cæteris rebus acumen ingenii Phœnicibus tribuens, magis hoc loco eos fatuos quam subtiles iudicet. Solis conuersionem die ac nocte metimur, partêm supra, partêm infra terram eo exigente. Iam ille tradit Oceani motum imitari conuersionem cœlestem, esseque æstum maris alium diurnum alium menstruum, alium annuum, ad Lu-

λέγων εἶναι τὴν ἱστορίαν ταύτην, δύο φησὶν εἶναι φρέατα ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, καὶ τρίτον ἐν τῇ πόλει. τῶν δὲ ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, τὸ μὲν μικρότερον, ὑδρευομένων συνεχῶς αὐθορὸν καὶ ἐκλείπειν, καὶ διαλειπόντων τῆς ὑδρείας πληροῦσθαι πάλιν. τὸ δὲ μεῖζον δι' ὅλης τῆς ἡμέρας τὴν ὑδρείαν ἔχον μειούμενον μέν τοι καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα φρέατα πάντα, νύκτωρ πληροῦσθαι, μηκέτι ὑδρευομένων. ἐπειδὴ δὲ συμπίπτει κατὰ τὸν τῆς συμπληρώσεως καιρὸν ἡ ἄμπωτις πολλάκις, πεπιστεῦσθαι καινῶς ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων τὴν ἀντίπλοιαν. ὅτι μὲν οὖν ἡ ἱστορία πεπίστευται, καὶ οὗτος εἴρηκε, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς παραδόξως θρυλλουμένοις παρειλήφαμεν. ἠκούομεν δὲ, καὶ φρέατα εἶναι, τὰ μὲν πρὸ τῆς πόλεως ἐν τοῖς κήποις, τὰ δ' ἐντός. διὰ δὲ τὴν μοχθηρίαν τοῦ ὕδατος κατὰ τὴν πόλιν δεξαμενὰς ἐπιπολάζειν τοῦ λακκαίου ὕδατος. εἰ μέν τοι καὶ τούτων τι τῶν φρεάτων ἐπιδείκνυται τὴν τῆς ἀντιπαθείας ὑπόνοιαν, οὐκ ἴσμεν. Τὰς δ' αἰτίας εἴπερ συμβαίνει ταῦτα οὕτως, ὡς ἐν χαλεποῖς ἀποδέχεσθαι δεῖ. Εἰκὸς μὲν οὕτως ἔχειν ὡς ὁ Πολύβιός φησιν. Εἰκὸς δὲ καὶ τῶν φλεβῶν τινας τῶν πηγαίων νοτισθείσας ἔξωθεν χαυνοῦσθαι, καὶ παρέκχυσιν εἰς τὰ πλάγια μᾶλλον διδόναι τοῖς ὕδασιν, ἢ ἀναθλίβειν κατὰ τὸ ἀρχαῖον ῥεῖθρον εἰς τὴν κρήνην. νοτίζεσθαι δ' ἀναγκαῖον ἐπικλύσαντος τοῦ κύματος. Εἴθ' ὅπερ Ἀθηνόδωρός φησιν, εἰσπνοῇ τε, καὶ ἐκπνοῇ τὸ συμβαῖνον περὶ τὰς πλημμυρίδας καὶ περὶ τὰς ἀμπώτεις ἔοικεν, εἶναι ἄν τινα τῶν ῥεόντων ὑδάτων, ἃ κατ' ἄλλους μὲν πόρους ἐκχεῖ τὴν ἔκρυσιν κατὰ φύσιν εἰς τὴν ἐπιφάνειαν (ὧν δὴ τὰ στόματα πηγὰς καὶ κρήνας καλοῦμεν) κατ' ἄλλους δὲ πόρους συνέλκεται πρὸς τὸ τῆς θαλάττης βάθος, καὶ συνεξαίροντα μὲν ἐκείνην, ὥστε πλημμυρεῖν ὅταν οἷον ἐκπνοὴ γίνηται, τὸ οἰκεῖον ἀπολείπει ῥεῖθρον, πάλιν ἀναχωρεῖ πρὸς τὸ οἰκεῖον ῥεῖθρον, ὅταν κἀκείνη λάβῃ τὴν ἀναχώρησιν. Οὐκ οἶδα δὲ πῶς κατ' ἄλλα δεινοὺς ἀποφαίνων ὁ Ποσειδώνιος τοὺς Φοίνικας, ἐνταῦθα μωρίαν μᾶλλον, ἢ δριμύτητα αὐτῶν κατέγνωκεν. ἡμέρα μὲν γὰρ καὶ νυκτὶ ἡ τοῦ ἡλίου περιφορὰ μετρεῖται, ποτὲ μὲν ὑπὸ γῆς ὄντος, ποτὲ δὲ ὑπὲρ γῆς φαινομένου. φησὶ δὲ τὴν τοῦ ὠκεανοῦ κίνησιν ὑπέχειν ἀστροειδῆ περίοδον, τὴν μὲν ἡμερούσιον ἀποδιδοῦσαν, τὴν δὲ μηνιαίαν, τὴν δ' ἐνιαυσιαίαν, συμπαθῶς τῇ σελήνῃ.

νῃ. ὅταν γὰρ αὐτῇ ζῳδίου μέγεθος ὑπερέχῃ τοῦ ὁρίζοντος, ἄρχεσθαί τε οἰδεῖν τὴν θάλατταν καὶ ἐπιβαίνειν τῆς γῆς αἰσθητῶς μέχρι μεσουρανήσεως. ἐκκλίναντος δὲ τοῦ ἄστρου, πάλιν ἀναχωρεῖν τὸ πέλαγος κατ' ὀλίγον, ἕως ἂν ζῴδιον ὑπερέχῃ τῆς δύσεως ἡ σελήνη, εἶτα μένειν τοσοῦτον ἐν τῇ αὐτῇ καταστάσει χρόνον, ὅσον ἡ σελήνη συνάπτει πρὸς αὐτὴν τὴν δύσιν, καὶ ἔτι μᾶλλον τοσοῦτον ὅσον κινηθεῖσα ὑπὸ γῆς ζῴδιον ἀπόσχοι ἂν τοῦ ὁρίζοντος. εἶτ' ἐπιβαίνειν πάλιν, ἕως τοῦ ὑπὸ γῆν μεσουρανήματος, εἶτ' ἀναχωρεῖν ἕως ἂν πρὸς τὰς ἀνατολὰς περιχωρήσασα ἡ σελήνη ζῴδιον τοῦ ὁρίζοντος ἀπόσχῃ. μένειν δὲ μέχρι ἂν ζῴδιον ὑπὲρ γῆς μετεωρισθῇ, καὶ πάλιν ἐπιβαίνειν. ταύτην μὲν εἶναι λέγει τὴν ἡμερησίαν περίοδον. τὴν δὲ μηνιαίαν, ὅτι μέγισται μὲν αἱ παλίρροιαι γίγνονται περὶ τὰς συνόδους, εἶτα μειοῦνται, μέχρι διχοτόμου· πάλιν δ' αὔξονται, μέχρι πανσελήνου. καὶ μειοῦνται πάλιν ἕως διχοτόμου φθινάδος, εἶθ' ἕως τῶν συνόδων αἱ αὐξήσεις. πλεονάζειν καὶ χρόνῳ καὶ τάχει τὰς αὐξήσεις. τὰς δ' ἐνιαυσίας, παρὰ τῶν ἐν Γαδείροις πυθέσθαι φησί, λεγόντων ὡς κατὰ θερινὰς τροπὰς μάλιστα αὔξοιντο καὶ αἱ ἀναχωρήσεις, καὶ ἐπιβάσεις, εἰκάζει δ' αὐτὸς ἀπὸ τῶν τροπῶν μειοῦσθαι μὲν ἕως ἰσημερίας. αὔξεσθαι δὲ ἕως χειμερινῶν τροπῶν· εἶτα μειοῦσθαι μέχρι ἐαρινῆς ἰσημερίας, εἶτα αὔξεσθαι μέχρι θερινῶν τροπῶν. Τῶν δὲ περιόδων τούτων οὐσῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, τὸν συνάμφω χρόνον, δὶς μὲν ἐπιβαινούσης τῆς θαλάττης, δὶς δὲ ἀναχωρούσης, τεταγμένως δὲ καὶ τῶν ἡμερησίων χρόνων, καὶ τῶν νυκτερινῶν, πῶς οἴονται τὸ πολλάκις μὲν συμβαίνειν κατὰ τὰς ἀμπώτεις τὴν πλήρωσιν τοῦ φρέατος, μὴ πολλάκις δὲ τὴν λειψυδρίαν; ἢ πολλάκις μὲν, μὴ ἰσάκις δὲ, ἢ καὶ ἰσάκις δέ; τοὺς Γαδειρίτας ταῦτα μὲν ἱκανοὺς γενέσθαι τηρῆσαι καθ' ἡμέραν γινόμενα. τὰς δ' ἐνιαυσίους περιόδους, ἐκ τῶν ἅπαξ συμβαινόντων κατ' ἔτος τηρῆσαι τὰ κατ' ἡμέραν γινόμενα. Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε πιστεύει αὐτοῖς, δῆλον ἐξ ὧν καὶ προσεικάζει γενέσθαι τὰς μειώσεις καὶ πάλιν αὐξήσεις, ἀπὸ τροπῶν ἐπὶ τροπὰς τε ἑτέρας, κἀκεῖθεν πάλιν ἐπανόδους. Καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο εἰκός, ὅτι τηρητικοὶ ὄντες τὰ μὲν συμβαίνοντα οὐκ εἶδον, τοῖς δὲ μὴ συμβαίνουσιν ἐπίστευσαν. Φησὶ δ' οὖν Σέλευκον τὸν ἀπὸ τῆς ἐρυθρᾶς

nam certo modo affecti. 35 Cum enim Luna unius signi spacio supra horizontem eleuatur, tum intumescere mare, & in terram effluere: quod etiam sensus posit percipere: idque dum ad medium cœli Luna perueniat. Inde declinante astro, paulatim mare abscedere, dum uno tantum signo ab occasu absit Luna. tum consistere ipsum, donec luna occiderit, atq; item dum infra terram sub horizontem unius signi quantitate descenderit exinde rursum increscere, donec ad medium cœli infra terram Luna appulerit. postea iterum recedere, usque dum uersus ortum progressa Luna signo uno horizontem se habeat altiorem. tum eodem statu manere, donec ea signo horizontem superet altitudine. exinde rursum in terram exire. Hunc ergo ait ille maris esse diurnum circuitum. Menstruum porrò, quod maximi refluxus contingunt circa nouilunium, deinde dum æqua portione diuisa uideatur, minui. hinc rursum usque ad plenilunium augeri, & minui exinde, usque dũ diminuta lumine dimidiũ lucidũ ostendat, postea rursum ad coitum usq; crescere. 36 ea autem incrementa tempore & celeritate sese superare. Annuas deniq; * maris uices se à Gaditanis auditu cognouisse ait. Ita.n. illos tradere, circa ęstiuũ solstitiũ recessus accessusq; maris maximè augeri: se uerò coniecturam facere, eosdeinde ad æquinoctium usq; diminui, rursumq; ad brumam usque accrescere. ab hac usque ad uernum ęquinoctium decrescere, porroque augescere usque ad æstiuum solstitium. Hę maris uices cùm quouis die naturali eueniant bis quotidie mari se efferente, & bis subsidente, idque suo ordine & interdiu & noctu: quomodo fit ut putent impletionem putei sæpe euenire sub refluxum maris, non sæpe autem exinanitionem? aut sæpe quidem, sed non toties, aut etiam toties? Esto etiam Gaditanos sufficisse accuratè obseruandis ijs quæ fieret quotidie: at qui potuerunt annuas uicissitudines ex eo depræhendere, quod semel fit toto anno? Nam quod fidem eis ipse adhibuerit, ex eo constat, quod ipse coniecturam de reliquis porrò incrementis & decrementis solstitiorum & æquinoctiorum causa addit. Ne hoc quidem consentaneum est, homines istos obseruandi studiosos ea quæ eueniunt non animaduertisse, credidisse ijs quæ non fierēt. Refert ergo Seleucum quendam à rubro

Posidonius refellitur.

bro mari oriundum, in his æqualitatem inæqualitatemque statuere aliquam pro signorum cœlestium ratione. nam Luna in æquinoctialibus signis hærente, æquabiliter illos æstus fieri, in solstitialibus autem & quantitate & celeritate inæquali: eamq; inæqualitatem in reliquis signis locum habere, pro eo atque unum quoduis eorum ad dicta propius accedit. Ipse autem se memorat Gadibus in Herculis templo fuisse sub ipsum æstiuum solstitium, in plenilunio per aliquot multos dies, neque tamen anniuersarias istas mutationes potuisse depræhendere. sed circa eius mensis nouilunium magnam se in Betis fluuij apud Ilipam repercussione notasse, diuersitatem: qui cum antè uix usque ad dimidium ripam madefaceret, tunc ita fuerit effusus, ut ibi aquarentur milites: (abest autem Ilipa à mari circiter IↃCC stadia.) & campestria mari propinqua etiam usque ad XXX stadia in altum fuisse aquis tecta, ita ut insularum modo mari quædam ambirentur altitudo fundamenti cui fanum Herculis insistit, & aggeris, qui portui Gaditano præpositus est, usque ad X cubitos occultata, ut mensum se ait. quod si quis etiam duplum huius addat, secundum incrementa tunc facta, ita posit indiciũ præberi eius magnitudinis, quam in campis exundatio fecit. Atque hoc quidem traditur euenire communiter toti oræ Oceano adiacentis circulo. Nouum autem & peculiare quippiam ille de Ibero fluuio refert: eum aliquando exundare nullis imbribus aut niuibus causam præbentibus, cùm Boreæ frequentes flant. in causa esse paludem, per quam fluit: nam á uentis aquam palustrem unà extorqueri. Narrat etiam arborem esse Gadibus, cuius rami ad solum sint deflexi, folia frequenter cubitalia longitudine, quatuor lata digitos, forma gladij. & apud nouam Carthaginem arborem esse, quæ è spina corticem emittat, unde telæ pulcerrimæ conficiantur. Nos sanè quod ad ramorum deorsum inflexionem attinet, Gaditanę arboris similem in Aegypto uidimus, folijs tamen dissimilem & fructu (.facit enim ille suam frugiferam.) carentem. E`spinis autem texturæ fiunt etiam in Cappadocia. sed nulla arbor spinam fert: stirps est humilis. de Gaditana autem arbore id præterea narrat, eam ramo defracto lac, radice incisa humorem

θρᾶς θαλάττης, καὶ ἀνωμαλίαν τινὰ ἐκ τούτοις καὶ ὁμαλότητα λέγειν κατὰ τὰς τῶν ζῳδίων διαφοράς. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἰσημερινοῖς ζῳδίοις τῆς σελήνης οὔσης ὁμαλίζειν τὰ πάθη, ἐν δὲ τοῖς τροπικοῖς ἀνωμαλίαν εἶναι, καὶ πλήθει καὶ τάχει, τῶν δ᾽ ἄλλων ἕκαστον κατὰ τοὺς συνεγγισμοὺς εἶναι τὴν ἀνωμαλίαν. Αὐτὸς δὲ κατὰ τὰς θερινὰς τροπὰς περὶ τὴν πανσέληνον φησὶν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ γενόμενος τῷ ἐν Γαδείροις πλείους ἡμέρας, μὴ δύνασθαι συνεῖναι τὰς ἐνιαυσίους διαφοράς. περὶ μέντοι τὴν σύνοδον ἐκείνου τοῦ μηνὸς, τηρῆσαι μεγάλην παραλλαγὴν ἐν Ἰλίπᾳ τῆς τοῦ Βαίτιος ἀνακοπῆς παρὰ τὰς ἔμπροσθεν, ἐν αἷς οὐδὲ ἕως ἡμίσους τὰς ὄχθας ἔβρεχε· τότε δ᾽ ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ, ὥσθ᾽ ὑδρεύεσθαι τοὺς στρατιώτας αὐτόθι (. Διέχει δ᾽ ἡ Ἰλίπα τῆς θαλάττης περὶ ἑπτακοσίους σταδίους.) τῶν δ᾽ ἐπὶ θαλάττῃ πεδίων, καὶ ἐπὶ λ σταδίους εἰς βάθος καλυπτομένων ὑπὸ τῆς πλημμυρίδος, ὥστε καὶ νήσους ἀπολαμβάνεσθαι, τὸ τῆς κρηπῖδος ὕψος, τῆς τε τοῦ νεὼ τοῦ ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, καὶ τῆς τοῦ χώματος, ὃ τοῦ λιμένος πρόκειται, τοῦ ἐν Γαδείροις, οὐδ᾽ ἐπὶ δέκα πήχεις καλυπτόμενον, ἀναμετρῆσαι φησί. κἂν προσθῇ δέ τις καὶ τὸ διπλάσιον τούτου, κατὰ τὰς γενομένας ποτὲ παραυξήσεις, οὕτω παρασχεῖν ἂν τὴν ἔμφασιν, ἣν ἐν τοῖς πεδίοις παρέχεται τὸ μέγεθος τῆς πλημμυρίδος. τοῦτο μὲν δὴ τὸ πάθος, κοινὸν ἱστορεῖται κατὰ πᾶσαν τὴν κύκλῳ παρωκεανῖτιν. Τὸ δὲ τοῦ Ἴβηρος ποταμοῦ, καινὸν καὶ ἴδιον φησὶν οὗτος. πλημμυρεῖ γὰρ ἔσθ᾽ ὅπου καὶ χωρὶς ὄμβρων καὶ χιόνων, ἐπειδὰν τὰ Βόρεια πνεύματα πλεονάσῃ. αἰτίαν δ᾽ εἶναι τὴν λίμνην, δι᾽ ἧς ῥεῖ. συνεκβάλλεσθαι γὰρ τὸ λιμναῖον ὑπὸ τῶν ἀνέμων. Ἱστορεῖ δὲ καὶ δένδρον ἐν Γαδείροις, ὄζους ἔχον καμπτομένους εἰς ἔδαφος, πολλάκις δὲ φύλλα, ξιφοειδῆ πηχυαῖα τὸ μῆκος, πλάτος δὲ τετραδάκτυλα. περὶ δὲ νέαν Καρχηδόνα, δένδρον ἐξ ἀκάνθης φλοιὸν ἀφιέναι, ἐξ οὗ ὑφάσματα γίνεται κάλλιστα. Τῷ μὲν οὖν ἐν Γαδείροις, καὶ ἡμεῖς εἴδομεν ὅμοιον ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν τῶν κλάδων κατάκαμψιν, τοῖς δὲ φύλλοις ἀνόμοιον, οὐδὲ καρπὸν ἔχον· τοῦτο δ᾽ ἔχειν φησί. τὰ δ᾽ ἀκάνθινα ὑφαίνεται καὶ ἐν Καππαδοκίᾳ. φέρει δ᾽ οὐδ᾽ ἐν δένδρον τὴν ἄκανθαν ἐξ ἧς ὁ φλοιὸς, ἀλλὰ χαμαίζηλος ἡ βοτάνη. Τῷ δὲ δένδρῳ τῷ ἐν Γαδείροις καὶ τοῦτο προσιστόρηται, ὅτι κλάδου μὲν ἀποκλωμένου, γάλα ῥεῖ. ῥίζης δὲ τεμνομένης, μιλτώ-

μιλτώδη ὑγρὸν ἀναφέρεται. τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν Γαδείρων. Αἱ δὲ Καττιτερίδες, δέκα μέν εἰσι, κεῖνται δ' ἐγγὺς ἀλλήλων, πρὸς ἄρκτον ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρτάβρων λιμένος πελάγιαι. μία δ' αὐτῶν ἔρημός ἐστι, τὰς δ' ἄλλας οἰκοῦσιν ἄνθρωποι μελάγχλαινοι, ποδήρεις ἐνδεδυκότες τοὺς χιτῶνας, ἐζωσμένοι περὶ τὰ στέρνα, μετὰ ῥάβδων περιπατοῦντες, ὅμοιοι τοῖς τράγοις ταῖς ὑπήναις. ζῶσι δ' ἀπὸ βοσκημάτων νομαδικῶς τὸ πλέον, μέταλλα δὲ ἔχοντες καττιτέρου καὶ μολύβδου, κέραμον ἀντὶ τούτων καὶ τῶν δερμάτων διαλλάττονται, καὶ ἅλας καὶ χαλκώματα πρὸς τοὺς ἐμπόρους. πρότερον μὲν οὖν, Φοίνικες μόνοι τὴν ἐμπορείαν ἔστελλον ταύτην ἐκ τῶν Γαδείρων, κρύπτοντες ἅπασι τὸν πλοῦν. τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐπακολουθούντων ναυκλήρῳ τινί, ὅπως καὶ αὐτοὶ γνοῖεν τὰ ἐμπορεῖα, φθόνῳ ὁ ναύκληρος ἑκὼν εἰς τέναγος ἐξέβαλε τὴν ναῦν, ἐπαγαγὼν δ' εἰς τὸν αὐτὸν ὄλεθρον καὶ τοὺς ἑπομένους, αὐτὸς ἐσώθη διὰ ναυαγίου, καὶ ἀπέλαβε δημοσίαν τὴν τιμὴν ὧν ἀπέβαλε φορτίων. οἱ Ῥωμαῖοι δὲ ὅμως πειρώμενοι πολλάκις, ἐξέμαθον τὸν πλοῦν. ἐπειδὴ δὲ καὶ Πόπλιος Κράσσος διαβὰς ἐπ' αὐτοὺς ἔγνω τὰ μέταλλα ἐκ μικροῦ βάθους ὀρυττόμενα, καὶ τοὺς ἄνδρας εἰρηναίους ἐκ περιουσίας ἤδη τὴν θάλατταν ἐργάζεσθαι, ταύτην τοῖς ἐθέλουσιν ἐπέδειξε· καίπερ οὖσαν πλείω τῆς διειργούσης εἰς τὴν Βρετανικήν. καὶ περὶ μὲν τῆς Ἰβηρίας καὶ τῶν προκειμένων νήσων ταῦτα. ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτική.

minij similem emittere. Atque hæc de Gadibus sufficiant. Cassiterides insulę decem sunt numero, uicinę inuicem, ab Artabrorum portu uersus septentrionem in alto sitæ mari. una earum deserta est, reliquæ ab hominibus incoluntur atras uestes gerentibus, tunicas indutis ad talos usque demissas, cinctis circum pectus, cum baculis ambulantib. barbas hircorum in morem alentibus. Viuunt ij ex pecore, uagantes ferè incertis sedibus. metalla habent stanni & plumbi, quorum, & pellium loco fictilia, sales, & ærea opera à mercatoribus recipiunt. Primis temporibus soli Phœnices à Gadibus eò negociatum iuerunt, celantes alios istam nauigationem. Cùm autem Romani quendam nauis magistrum sequerentur, ut & ipsi emporia ista addiscerent, is inuidia ductus dedita opera nauem suam in uadum compulit, in eandemq; perniciem ijs qui insequebantur coniectis, ipse è naufragio seruatus ex ærario publico precium amissarum mercium recepit. Tamen Romani re sæpius tentata, nauigationem addidicerunt. Deinde P. Crassus cum eò nauigasset, uideretque metalla non altè effodi, hominesq; eos pacis studiosos ocio abundante mari quoque nauigando studere, id uolentib. commonstrauit: quanquam amplius mare nauigandum esset eo quod inde ad Britanniam pertinet. Ac de Hispania quidem, & insulis ante eam sitis hæc sufficiant. nunc ad Galliam trans Alpes sitam nos conuertemus.

*Cassiterides.*

# IN LIBRVM TERTIVM STRABONIS ANNOTATA, INTERPRETIS.



NErium.] Νέριον. peßimè legebatur Ἱέρνην. patet ex ijs quæ ipse Strabo infrà de hoc promontorio docebit. Cæterùm qui Χρηστομαθείας Strabonis scripsit, hunc librum cum secundo eundem facit cum alij partem secūdi huic præposuerint ultimam. Sed & apud Stephanum obseruaui libros aliter citari hos. quàm hodie distinctos nos habemus.

2 Conuertantur.] Στρέφεσθαι. Locus hic non est integer. non enim uideo quid sibi ψευδοποιεῖσθαι uelit. & fortè scriptum fuit στέφεσθαι, ut coronarint saxa illa noti causa. Sed & illud ψεύσασθαι Ἔφορον non est puto genuinum, neq; Ephorum credo hoc scripsisse.

3 Milliaria.] Μίλια. nimirum quorum quoduis 8 stadia continet. Sic fient milliaria 230. quæ stadia conficiūt 1840. ut hæc supputatio plane à priore nō discrepare uideatur. Mox Carpetani, & Oretani.] Sic ex re ipsa & superioribus emendaui. Βαστητανοὶ autem hìc dicuntur, qui supra Βαστιτανοί. loquitur de Bastulis. uide annotata in Stephanum.

4 Obulco.] Ὀβούλκων. non ὁ Βούλη. Patet & ex epitoma scripta, & impressa, & Plin. 3. 1. & Ptolemæo est Ὀβούλκον, infrà fol. 152. τὴν Ὀβούλκωνα leges. Ego hìc persequi omnia non possum, cum pleraq; in Stephano annotarim apud quem est Ὀβόλκων. Scriptus codex χρηστομαθειῶν pro Αἴτινα habet Ἀτέγουα, pro τόνις, τόκκης. pro Ἀσίνας, Ἄσινα, fortaßis Plinio Astigi. Quod autem pro ἐξ χιλίους scripsi χιλίους, ἐξ expuncto, duæ sunt causæ. una quod ἑξακισχίλιον fuerat legendum. non enim ita, ut nos habuimus, Græci loquuntur. Altera, quod cùm totius Hispaniæ longitudo non excedat sex millia stadiorum, quî potuit tantundem esse inter Mundā et Carteiam, eiusdem regionis urbes, distantiæ? Neq; hìc opus est longa ratiocinatione. Autor libri de bello Cæsaris Hispaniensi tradit Cordubam (cui uicinam Mūdam facit Strabo.) à Carteia abesse millibus passuum CLXX. ea faciunt stadia 1360. quæ summa ad nostram optimè quadrat. & pro ἐξ fortaſſe legendum sit ὡς, aut εἰς, aut aliquid tale, quod non præcisam summam, sed circiter poni moneat.

5 Asta.] Ἄστα reposui, pro μάσα. Sic enim & supra, & paulò post. & Ptolemæus Astam in Turditanis agnoscit. & Plinio Asta regia nominatur in urbibus inter Bætis æstuaria sitis.

6 Ad Clasta.] Ἐπὶ κλαστῶν, nō γ' Aldus. Suspectum. Nam infrà 152 est κλαστῶν mentio. Paulo pòst. Habet etiam ripas.] Locus mutilus ex epitoma uidetur, loqui eum de æstuarijs effusarum aquarum nauigatione. Aut potiùs permulta interciderunt ad descriptionem regionis inter Bætim & Anam pertinentia, quæ est Bæturia. quod Tagi mentio & sequentia docent.

7 Et sanè.] Conatus sum sententiam reddere. nam hiulca sunt uerba.

8 Palas.] πάλας, apud Plinium libro XXXIII cap. IV. legitur Palacras, & palacranas. quid pala sit Latinis, ignotum non est.

9 Liquefacta.] Τὰ κοινά, lego τὰ κεῖσθαι. quod ab hisce ineptè positis litteris propè admodum abest, & ad rem facit, & statim διὰ τὸ πᾶρ, mutarem τὸ in τῶν, & lego σεσωρευμένον. Ades autem Deus inferorum est, qui uisui subtrahat quæ ad ipsum ueniunt. idem ab opibus & diuitijs Pluto dicitur. eò allusum est, & reliqua huc pertinentia non libet persequi.

10 Aenigmatis illius.] Videtur hoc uelle dicere, Athenienses quidquid ex metallis fructus tulissent impendisse: & tantùm id argenti habuisse, quòd adhuc in terra lateret. itaq; usu uenisse eis id, quod piscatores lectæ Homero per ænigma proposuerunt, notum id est ex uita Homeri. Sed illa uerba Αἰγυπτίας ἀναντλήτου δόλου, maiorem in modum sunt corrupta, uidenturq; nonnulla etiam desiderari. Cogitaui aliquando eum aliquid dixisse de ratione aquæ è metallicis meatibus exhauriendæ aut auertendæ. Verùm quid si ad fabulam Belidum seu Aegypti filiarum allusit, quæ aquam apud inferos important in inane (ut cū Flacco loquar) lymphæ dolium, fundo pereuntis imo? Quid enim aliud faciunt, qui aurum aut argentum ita è terra effodiunt, ut impendant idipsum in operas? Sed sine codice bono huiusmodi menda non corriguntur. Sed & quæ sequuntur ἰδιωτῶν, non carent uitio. καττίτερον ὑπὸ τῶν ἐπιπολῆς.] legebatur οὐκ ἐπὶ πολλῆς. Sed cùm foßioni opponatur, quod liquidò constat: non dubitaui corrigere. Mox Stanno aureo.] Vox χρύσιον mihi non probatur & quid sit ἀπὸ τῶν πισσῶν, non uideo, neq; quid ἰδιώτειον: quod cortem tamen potius puto innuere quam pannum. itaq; coactus sum diuinare. quid si fuit ἀπὸ τῶν πίσων, biß es die prob helt. Sicut nardus πισική quibusdam creditur dicta.

11 Facilius cognosci.] Εὐπερίσκεπτα mendosa diuinaui.

12 Præsepib.] φάτναις, in epitoma, etiam in scripto codice, est φιάλαις phialis, pateris. Sed id non erat nouum & inusitatum aliquid.

13 Et cognationem.] Καὶ inserui. Intelligo autem de Celticis non Galliæ, sed Bæticæ quorum suprà facta

facta est mentio, & quos etiam Ptolemæus nouit. id infrà plenius intelliges in Artabrorum descriptione. Apud Appianum Ἰβηρικῇ constanter pro Carteia Καρπησσὸς Carpessus.

14 Ειρον Laceia.] Ὑδρεύονται εἴπορ λάκκαι. Locus est fœdè corruptus. Si liceat diuinare, legerem ἵδρυνται ἱππὼν καὶ Σαλάκια. ut sit. Vbi sitæ sunt Hippon & Salacia. certè Ptolemæus has duas urbes Barbario promontorio propinquas facit, planéque ita collocat, ut probabile sit idem hîc fecisse Strabonem. de Pyrgo seu turri nihil habeo. Myriagogus nauis à pondere mercium uidetur dicta: sed qua ratione, nondum didici, neque explicat Pollux, qui meminit. 4. 22. Insulam, quam mox describit, puto esse Londobridem Ptolemæi: quæ ipsa descriptio est deprauatissima. & qui totam paginam perleget attentè, facilè sentiet multa deesse. Hodie Barlingas uocant. Sed & quæ de Iunij Bruti Callaici rebus gestis habentur, mendosa sunt. quid enim significent πλίθροις & ὄλοιν? itaque posui quod sucurrebat mutaturus libenter, ubi uel apta inciderit coniectura. ῥεῖθρον alueum fluuij significat. idque uocabuli facilè substituerem πλίθροις. sed ὄλοιν quid fiet?

15 Extra Columnas.] Interpres legit ἐν/τὸς. Vettones autem scripsi, ut inueni suprà, apud Ptolemæum, alios. Idem pro Acontia legit Contiam. Inde Cætulum.] Καίτουλον, fortè castulo, κασλώρ, nobilis urbs, & Oretanis etiam à Ptolemæo tributa. fieri potest etiam ut Oria sit Oretum Ὠρητῶν.

16 XIII millia.] Nemo ex superioribus non intelligit non falsum modò hoc esse, sed & impossibile. quia tamen non habebam quod substituerem certò, reliqui. Nam Ptolemæi rationes non libet huc accommodare, sæpè admodum à nostri autoris sententia diuersas. fortè numeri errorem generunt, & CIↃ CCC stadia legendum, χιλίων διακοσίων?

17 Obliuionis.] Βελιῶνα uox est corrupta, cum Strabo ὀβλιωνα (.puto.) scripsisset. de hoc monui in annotationibus, ad XXXIV[am] Plutarchi rerum Romanorum quæstionem. Λιμαῖος paulo pòst Λήμιος legitur, utrum rectiùs, non pronuncio, certè Limæus est etiam apud Plinium 4. 22.

Vasis utuntur.] Plura hîc sunt corrupta. καταπετροῦν saxis obruere, an de saxio præcipitem deturbare sit, dubito. hoc tamen puto.

18 Maior duobus stadiorum.] Πλείονι καὶ μ. quasi uerò tantùm XL stadijs uoluerit dicere longiorem mediterraneo tractu oram. Si summam conceipias ex his quæ sequuntur, habebis sex millia. Ergo pro μ scribendum, β aut more antiquo, U quæ nota haud dubiè est m μ ab imperito librario uersa. mox. Aeletanorum.] apud Ptolemæum in Tarraconensis Hispaniæ descriptione est Λαιητανῶν, traiectis litteris, Lætanorum, quorum urbes Subur & Barcino. & dubium non est quin hi sint de quibus Strabo loquitur. Indigetum Plinius meminit, 3. Oppidum, inquit, Subur, oppidum Rubricatum, à quo Laletani & indigetes. Hæc planè ad Ptolemaica quadrant: ut appareat in Strabone & Plinio esse mendum corrigendum è Ptolemæo. cùm & scriptus codex consentiat. Lætani ergo erunt atque sic infra apud descriptionem Tarraconis ferè legit Λαιητανῶν. In indigetibus κ pro γ positum est, res non insolens. Plinij locus.

19 Opposito litore.] Τοῖς ἐν τῷ περαίᾳ σαίμασι fortè Sæmadibus emporium in opposita degentibus Mauritania. sed ij mihi ignoti sunt.

20 A quo aliquanto.] Μικρὸν δὲ διέχει. deest autem μᾶλλον aut ἧττον uel tale aliquid si μικρὸν in μικρῷ uersum rectè legatur. Ego legerem μικρῷ δὲ ἧττον διέχει. id tabulæ & ratio uidentur confirmare.

21 Versus meridiem.] Ἀπὸ pro ὑπὸ legebatur, nemo non uidere potest non à meridie, sed à septentrione fluere. paulo ante Dertossam pro Dertissa posui, quod facilè iudicatur ex paulo pòst sequentibus.

22 In duas diuisa.] Δίπολις, erat Diopolis, quod & interpretem miror tenuisse tam euidente in re. Fluuius qui suo ostio Emporiensib. faciat portum Ptolemæo est Sambroca.

23 Vsque ad Astures.] Μέχρι Σατύρων. nihil est. legi ex coniectura μέχρις Ἀστύρων. nota est causa ex præcedenti Lusitaniæ descriptione. Pòst Orospeda.] Ptolemæo ἡ Ὀρτόσπεδα, littera τ post R inserta.

24 Decessit autem.] Quisnam? asteriscum posui, nam Sertorium à suis fuisse obtruncatum inter pocula, nemo ferè nescit. neque credo eum hîc de eius obitu uoluisse mentionem facere. Sed esse hæc historia uidetur alterius cuiusdam abolita.

25 Osca.] Οἴσκας, ex coniectura. Oscenses non longè post Ilerdenses ponit Plinius, ut & Ptolemæus Ὄσκαν. mox Idanusam.] Ἰδάνυσσαν suspectam Ptolemæo Vasconum urbs Οἰασσὼ est ad Oceanum sita. & fortè hîc scribendum ἰξάνυσσαν & nomen urbis supplendum. infrà Cantabricis lego καντάβρικαῖς. quid enim sit καυθαρικαῖς? apud Athenæum citatur hic locus, libro decimoquarto & legitur κῶρικαῖς. Notæ numeri errori obnoxiæ.

26 Gallico uestitu.] Κελτικῇ στολῇ, ambiguum. potest enim etiam intelligi, eos de Gallica

classe extitisse, fortasse pro κελτικῶ legendum ἑλληνικῶ, ut à Græcis orti intelligantur uti suprà dictum est. Areuaci.] Secutus sum Plin. 33. & 4. 20. ac Ptolemæum in hac emendatione.

27 Subuariegati.] ὑποψάροι, ψάρος auis est, uarij coloris. Inde ψαρὸς ἵππος, in morem eius auis discolor. βαλιός. Eustath. in fine Iliad. ρ. malè ergo interpres subalbum uertit, ut & paulo pòst διαγωγὴν educationem. qua uoce lib. 1. etiam usus est pro delectatione. Multum etiam nascitur.] Legi, συχνὴ δὲ κηκὶς γίνεται. Ἡ δὲ πᾶν &c. infra de Vettonibus ex epitoma Græcum codicem integraui.

28 Ἐν ἔθει.] Suspicabar legendum ἐν ἔτει, ut scilicet quotannis si uitæ exactæ pœniteret, liceret eam cum morte commutare, meminique tale quid alicubi legere. De deuotis simile est quod Cæsar lib. IV. habet de Soldurijs Adcantuanni. Infrà adferunt studij.] φιλόδημον, suspectum.

29 Palmam &c.] Sic Ptolem. & Plin. 3. 5. ijdem Pollentiam, quæ hîc constanter Potentia.

30 Melancrena.] Apud Plinium legitur melancranim. 21. 18. In Philetæ uersibus & titulus ἑρμηνεία suspectus est, & lego ἀμφὶ δ᾽ ἀραιὰς, qui finis sit hexametri, & pentameter exeat in μελαγκράνιον. Sed & reliqua manca sunt.

31 Sero caret.] ὀρὸν οὐ ποιεῖ. Sic & res ipsa poscit & interpres legit. itemq; πιότητα. minus enim generale sit ποιότητα.

32 Abila.] In Græco Abylycem, ἀβύλυκα. uide Stephanum nostrum in Abila. Citat hunc locum Eustathius in Dionysij periegesin, non procul initio. Artemidori sententia est obscurè edita.

33 Alij Columnas.] οἱ δὲ τὰς ἐν Sicile. gendum uidit etiam interpres, nam οὐδὲ totum locum corrumpit. sed & sequentia correctionem uidentur desiderare, in quibus id sum secutus, quod putaui cõsentaneum. de columna in isthmo Corinthiaco, secutus sum Plutarchi Theseum.

34 Ea ipsa hora.] Αὐθορὸν, legit interpres αὐθωρεί. nam altera quidem uox nihili est. Plinium huc adducito 2. 97. Τὰς ὑδρείας.] Pro τὸν ὑδρείαν ἔχον, legerem τὴν ὑδρείαν ἀνέχον, aut potius ἀνεχόμενον. & pro ἀντίπλοιαν, ἀντιπάθειαν. mox Λακκαίου ὕδατος. Lacustris uerti, quanquam pluuialis existimem esse.

35 Cum enim Luna.] Hunc locum ex epitoma restitui.

36 Ea autem.] Verba in Græco nihil habent cum quo cohæreant, uidenturque ex posterioribus nescio quo modo contra sententiam loci huc inculcata: ex ijs quæ de Seleuci sententia referuntur.

Sed & in reliquis aliquoties non textum, sed sensum secutus sum.

GALLIA

FINIS.

# GALLIAE
## TABVLA,

Continet Gallias in quatuor prouincijs cum insulis sibi adiacentibus. Parallelus ipsarum medius, proportionem habet ad meridianum, quam duo ad tria. Circumscribitur tabula ipsa ab ortu Italia & Rhætia ac Germania, à meridie mari Gallico. Ab occasu montibus Pyrenæis & Oceano Aquitanico. A' septentrione, Oceano Britannico.

| | | | Habet diem maximum. H. | m. | Distans ab Alexandria ad occasum H. | m. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Ciuitates insignes | *Aquitaniæ* | *Mediolanium* | 15 | 40 | 2 | 50 |
| | | *Burdigala* | 15 | 30 | 2 | 50 |
| | *Lugdunensis* | *Augustodunum* | 15 | 45 | 2 | 26 |
| | | *Lugdunum* | 15 | 30 | 2 | 30 |
| | | *Rigiacum* | 16 | 30 | 2 | 30 |
| | *Belgicæ* | *Durocotturum* | 16 | 8 | 2 | 26 |
| | | *Maßilia* | 15 | 15 | 2 | 30 |
| | *Narbonensis* | *Narbon* | 15 | 15 | 2 | 26 |
| | | *Vienna* | 15 | 30 | 2 | 30 |
| | | *Nemausus* | 15 | 25 | 2 | 30 |



Albionis insulæ Britannicæ pars
Mare Germanicū
Mare Britanicum
Aquitaniæ populi.
Pictones, Limones, Santones, Bituriges, Itiobriges, Vassarij, Velauni etc. Ciuitates.
Augustoritum, Mediolanium, Niomagus, Burdigalia, Aquæ Augustæ, Ducona, Vessuna, Varicum, Aginnum, Cossium, Anderædum, Tasta, Augustonemetum, Ruessiū, Segodunum. Lugdunensis.
Veneli, Lexubij, Caletæ, Osismij, Veneti, Arubij, Andicani, Aliorci, Rhedones, Sennones, Carnutæ, Parisij, Meldæ, Aedui.
Ciuitates. Nœomagus, Iuliobona, Vorganium, Nœodunum, Rothomagus, Iuliomagus, Vindinum, Ingena, Condate, Agedicum, Autrieum, Augustobona, Cæsarodunum, Cabullinum. BELGICAE.
Morini, Bataui, Atrebatij, Belleuaci, Ambiani, Tōgri, Neruij, Remi, Triueri, Mediomatrices, Nemeti, Vangiones, Triboci, Raurici, Eluetij, Sequani. Ciuitates.
Cæsaromagus, Atuacutū, Rothomagus, Augusta Triuerorum, Diuodurum, Tullū, Nasium, Dittatium, Auanticum, &c.
NARBONEN. Anatili, Comonni, Deciatij, Volcæ, Allobryges, Tricasteni, Cauari, Memini, Vocontij. Ciuitates.
Agathapolis, Massilia, Antipolis, Tolosa, Betire, Narbon, Vindomagus, Nemausum, Vienna, Taruscum, Arelatū, Aquæ Sextiæ, Dinia, Forum Neronis.
GALLIA
BELGICA
LVGDVNENSIS
AQVITANIA
NARBONENSIS
GERMANIAE MAGNAE PARS
Germania inferior
Germania superior
Morini
Ambiani
Tongri
Menapij
Bataui
Neruij
Bellouaci
Atrebatij
Iuliobona
Rothomagus
Abrincatui
Namnitæ
Vessones
Remi
Parisij
Lucotecia Parisium
Triueri
Vāgiones
Triboci
Mediomatrices
Leuci
Raurici
Heluetij
Lōgones
Sequani
Agrippinensis
Bonna
Mocon ciacum
Nœomagus
Augusta Triuerorum
Rufiana
Borbetomagus
Argētoratum
Breucomagus
Elcebus
Augusta Rauricum
Gānodurum
Forum Tiberij
Visontiū
Tullum
Auguttomana
Aulircij Eburaici
Rhedones
Senones
Turupij
Meldę
Aedui
Vadicassij
Augustodunum
Lugdunū
Cemmeni montes
Segusiani
Allobryges
Vienna
Nemausus
Valentia
Memini
Rhodanus
Lacus Lemanus
Auanticū
Arar fl.
Dubis fl.
Adulas
Tisara fl.
Druentia fl.
Vocōtij
Alpes
Arelatū
Aquæ Sextię
Massilia
Volcæ
Mare Gallicum
Stœchades insulæ
Lerone
Agatha
Blascon
Citharistes promōt.
Tolosa
Narbon
Pyrenęi mōtes
Ossismij
Veneti
Andicani
Samnitæ
Limuici
Cadurci
Santones
Bituriges Cubi
Petrocorij
Nitiobriges
Vassarij
Stabali
Bituriges Vibisci
Ausciij
Dacij
Auerni
Velauni
Rutani
Cumueni
Tarbeli
Mare Aquitanicum
Sicor portus
Pictonium promōt.
Sātonum promōt.
Sātonum portus
Curianū promōt.
Gobæum promōt.
PARS HISPANIAE Tarraconea
Parall. 16
Diaripheos
Diaborysthenes
CLIMA 7
Paral. 14
Diapontus
Clima 6

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

*Ἐν τῷ τετάρτῳ τὰ περὶ Γαλλίαν καὶ Ἰβηρίαν, καὶ ὅσα διείργουσιν αἱ Ἄλπεις τῆς Ἰβηρίας ἔνδον, ἐν οἷς καὶ Βρετανία, καὶ τῶν Ὠκεανιτίδων νήσων τινές. ὅσαι καὶ δοκοῦσιν οἰκεῖσθαι κατὰ βαρβάρων χώραν. καὶ ἔθνη παροικοῦντα τοῦ Ἴστρου πέραν.*

# TABVLA BRITANNIAE.



Parallelus uicesimus primus

Parallelus uicesimus

Par. decimusnonus

Parallelus 18

Paral. 17

OCEANUS Hyperboricus

OCEANUS OCCIDENTALIS

Thyle seu Thule

Ebuda
Ricina
Maleos
Epidion
Nouantu pmõt.
Rhobogdiũ pmõt.
Boriõ pmõt.
Monaida
Orcades insulæ 30.
OCEANUS Duecaledonius
Dumna
Ocetis
Epidiũ pmõt.
Orcas promõt.
Venicnion promont.
Vidua fl.
Logia
Argita
Rauius fl.
Inderius
Buuinda
Isamniũ pmõt.
Libœus
Ausoba
Senus fl.
HIBERNIA
Oboca fl.
Modonus
Dur fl.
Iernus fl.
Notion promõt.
Dabrona fl.
Birgus
Edros
Limnos
Longus
Caledonia sylua
Itys fl.
Nanæus
Mertæ
Loxa
Vierue drũ pmõt.
Berubiũ promont.
Deua
Nouantæ
Nouius
Selgouæ
Brigantes
Damnij
Alaunus
Gadeni
Otadeni
Tinna fl.
Celnius
Diua fl.
Taizalum
Orduices
Parisi
Hieron promont.
Mona
ALBI ON
INSVLA BRITANNICA
Abos fl.
Ocellos pmõt.
Oceanus Germanicus
Kancanon promont.
Coritani
Stucia fl.
Touerobius fl.
Cornabij
Octopitaron promont.
Silires
Dimetæ
Simeni
Trinoãtes
Atrebatij
Regni
Cantij
Dobuni
Belgæ
Durotriges
Counos
Toliapis
Cantiũ pmõt.
Mosa fl.
Rhenus fl.
BELGICAE PARS
GERMANIAE MAGNAE PARS
Heracleõ pmõt.
Boleriũ pmõt.
Dumonij
Tamarus
Isca fl.
Ocrinõ pmõt.
Cenion
Oceanus Vergiuius
OCEANUS Britãnicus

Hiberniæ populi.

Venicnij, Rhobogdij, Erdini, Nagnatæ, Autiri, Gangani, Vellaberi, Vterni, Vodiæ, Brigantes, Darnij, Voluntij, Blanij, Cauci, Manapij, Coriondi.

Ciuitates.

Dunum, Eblana, Iuernis, Laberus, Manapia, Macolicum, Nagnata, Rheba, Rhigia.

Britanniæ populi.

Nouantæ, Selgouæ, Damnij, Gadeni, Otadeni, Epidij, Cerones, Carnonacæ, Careni, Cornabij, Caledonij, Decantæ, Mertæ, Vacomagi, Venicontes, Texali, Orduices, Coritani, Catyeuchlani, Trinoantes, Demetæ, Sylires, Dobuni, Rutupiæ, Belgæ, Durotriges, Dumnonij. Reliqui sunt in tabula.

Ciuitates. Alauna, Alata castra, Aquæ calidæ, Bremeniũ, Banatia, Brannogenium, Bullæum, Carbantorigum, Corda, Colania, Coria, Curia, Caturractoniũ, Culetũ, Camudolanũ, Camunlodunũ, Corinium, Caleua, Deuana, Deunana, Daruernũ, Dunium, Epiacum, Eboracũ, Isurium, Ischalis, Isca, Lucopibia, Lindum, Luentium, Londiniũ, Mediolaniũ, Maridunũ, Nœomagus, Orrea, Olicana, Petuaria, Ripa alta, Rhetigoniũ, Rigodunũ, Rhage, Salinæ, Tamia, Tamare, Tuesis, Trimontium, Viroconium, Victoria, Vrolanium, Venta, Voliba, Vinnouium, Vxela.



Ἡ δὲ Βρετανικὴ, τρίγωνος μέν ἐστι τῷ σχήματι. παραβέβληται δὲ τὸ μέγιστον αὐτῆς πλευρὸν τῇ Κελτικῇ, τοῦ μήκους οὔθ' ὑπερβάλλον, οὔτ' ἐλλεῖπον. ἔστι γὰρ ὅσον τετρακισχιλίων καὶ τ ἢ υ σταδίων ἑκάτερον· τό, τε Κελτικὸν τὸ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου μέχρι πρὸς τὰ βόρεια τῆς Πυρήνης ἄκρα τὰ κατὰ Ἀκουϊτανίαν, καὶ τὸ ἀπὸ Καντίου τοῦ κατ' ἀντικρὺ τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ῥήνου, ἑωθινωτάτου σημείου τῆς Βρετανικῆς, μέχρι πρὸς τὸ ἑσπέριον ἄκρον τῆς νήσου, τὸ κατὰ τὴν Ἀκουϊτανίαν καὶ τὴν Πυρήνην ἀντικείμενον. Τοῦτο μὲν δὴ τοὐλάχιστον διάστημα ἀπὸ τῆς Πυρήνης ἐπὶ τὸν Ῥῆνόν ἐστιν. ἐπεὶ τὸ μέγιστον εἴρηται, ὅτι καὶ πεντακισχιλίων σταδίων ἐστίν. ἀλλ' εἰκὸς εἶναί τινα σύννευσιν ἐκ τῆς παραλλήλου θέσεως τοῖς ποταμοῖς πρὸς τὸ ὄρος ἀμφοτέρωθεν, ἐπιστροφῆς τινὸς γινομένης, κατὰ τὰς πρὸς τὸν ὠκεανὸν ἐσχατιάς. Τέτταρα δ' ἐστὶ διάρματα, οἷς χρῶνται συνήθως ἐπὶ τὴν νῆσον ἐκ τῆς ἠπείρου, τὰ ἀπὸ τῶν ἐκβολῶν τῶν ποταμῶν τοῦ τε Ῥήνου, καὶ τοῦ Σηκοάνα, καὶ τοῦ Λίγηρος, καὶ τοῦ Γαρουνᾶ. τοῖς δ' ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Ῥῆνον τόπων ἀναγομένοις, οὐκ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἐκβολῶν ὁ πλοῦς ἐστιν, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ὁμορούντων τοῖς Μεναπίοις Μορινῶν, παρ' οἷς ἐστι καὶ τὸ Ἴτιον ᾧ ἐχρήσατο ναυστάθμῳ Καῖσαρ ὁ θεός, διαίρων εἰς τὴν νῆσον. νύκτωρ δ' ἀνήχθη, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ κατῆρε περὶ τετάρτην ὥραν, τ καὶ εἴκοσι σταδίους τοῦ διάπλου τελέσας. κατέλαβε δ' ἐν ἀρούραις τὸν σῖτον. Ἔστι δ' ἡ πλείστη τῆς νήσου πεδιὰς, καὶ κατάδρυμος. πολλὰ δὲ γεώλοφα τῶν χωρίων ἐστί. φέρει δὲ σῖτον καὶ βοσκήματα, καὶ χρυσόν, καὶ ἄργυρον, καὶ σίδηρον. ταῦτα δὴ κομίζεται ἐξ αὐτῆς, καὶ δέρματα, καὶ ἀνδράποδα, καὶ κύνες εὐφυεῖς πρὸς τὰς κυνηγεσίας. Κελτοὶ δὲ καὶ πρὸς τοὺς πολέμους χρῶνται καὶ τούτοις, καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις. Οἱ δὲ ἄνδρες εὐμηκέστεροι τῶν Κελτῶν εἰσί, καὶ ἧσσον ξανθότριχες, χαυνότεροι δὲ τοῖς σώμασι. σημεῖον δὲ τοῦ μεγέθους ἀντίπαιδας γὰρ ἡμεῖς εἴδομεν ἐν Ῥώμῃ, τῶν ὑψηλοτάτων αὐτόθι ὑπερέχοντας καὶ ἡμιποδίῳ. βλαισοὺς δὲ, καὶ τ' ἄλλα οὐκ εὐγράμμους τῇ συστάσει. Τὰ δ' ἤθη τὰ μὲν ὅμοια τοῖς Κελτοῖς, τὰ δ' ἁπλούστερα καὶ βαρβαρώτερα· ὥστ' ἐνίους γάλακτος εὐποροῦντας, μὴ τυροποιεῖν, διὰ τὴν ἀπειρίαν, ἀπείρους δ' εἶναι καὶ κηπείας, καὶ ἄλλων γεωργικῶν.

Δυνα-



Britannia autem formam habet triquetram. longiſsimum eius latus iuxta Galliam protenditur longitudine neque maiore, neque minori. utrumque enim latus longum eſt ſtadia IV CIↃ & uel CCC uel CCCC: Gallicum ab oſtijs Rheni uſque ad ſeptentrionales Pyrenes proceſſus apud Aquitaniam: Britannicum autem à Cantio quod punctum Britanniæ maximè ortiuum oſtijs Rheni eregionè eſt, uſque ad occiduum inſulæ procurſum, Aquitaniæ & Pyrenæ oppoſitum. Atque hoc eſt breuiſsimum à Pyrena ad Rhenum interuallum: maximum enim etiam IↃↃ ſtadiorum complecti traditum eſt, ſed probabile eſt, flumine ad montem parallelo, utrinque extrema quę ſunt uerſus Oceanum ad ſe mutuò inclinare. Quatuor ſunt uſitati è continente in inſulam traiectus, nimirum ab oſtijs fluminum Rheni, Sequanæ, Ligeris, & Garumnæ. Qui à Rheni partibus traijciunt, ij non ex ipſo ſoluunt oſtio, ſed à Morinis Menapiorum conterminis, apud quos eſt etiam Itium, quo nauali uſus eſt D. Cæſar in eam tranſmittens inſulam. noctu autem ſoluit, & poſtridie circa quartam horam appulit ad inſulam, nauigatione CCCXX ſtadiorum confecta. frumentum adhuc in agris depræhendit. Maxima inſulæ pars campeſtris eſt & ſyluis obſita, multos etiam terreſtres habet colles. profert frumentum, pecus, aurum, argentum, ferrum. efferuntur præter hæc ex ea inſula pelles, mancipia, & canes ad uenationem naturali præſtantes facultate. Galli cùm his, tum ſuis canibus in bello utuntur. Viri Gallos proceritate ſuperant, minuſque flauos habent crines: laxioribus autem ſunt corporibus, magnitudinis argumētum eſto, quod nos ipſi adoleſcentes Romæ uidimus, qui etiam ſemiſſe pedis ſuperarent altiſsimos homines. erant autem pedibus malè ſuffulti, & reliqua corporis lineamenta conſtitutionem non elegantem referebant. Ingenio Gallorum partim ſimiles ſunt, partim ſimpliciores & magis barbari. adeò ut quidam eorum ob imperitiam caſeos nullos conficiant, cum tamen lacte abundent. alij hortos colendi, & aliarum partium agriculturæ ignari ſunt.

Britannia.

Com-

Complures sunt apud eos dominationes. Ad
23 bella 2; essedorum utuntur multitudine, ut & quidã Gallorum. Vrbiũ loco ipsis sunt nemora. Arborib. enim deiectis ubi amplum circulum sepierunt, ipsi casas ibidem sibi ponunt, & pecori stabula condunt, ad usum quidem non longi temporis. Aër apud eos imbribus magis est quàm niuibus obnoxius. ac sereno etiam cœlo caligo quædam multum temporis obtinet, ita ut toto die non ultra tres aut quatuor quæ sunt circa meridiem horas conspici Sol possit. quod ipsum Morinis quoq;, & Menapijs, & eorum uicinis contingit. Diuus Cesar bis in eam insulam traiecit, ac mox reuersus est nulla magna re confecta, neque longè in insulam progressus. idque cùm propter barbarorum & suorum militum ob ortos in Gallia motus, tum quod sub plenilunium multas nauium aucto maris æstu amisisset. duobus tamen aut tribus prælijs uicit Britannos, quanquam duas tantùm eò traiecisset legiones: abduxitq; & obsides, & mancipia, & prædæ præterea multum. At nostra ætate regulorum quidam Britannicorum legationibus & officijs amicitiam Augusti Cæsaris consecuti, donaria in Capitolio dedicarunt, familiaremq́ue Romanis totam pœne
24 insulam redegerunt. & uectigalia 24 tolerant iam non difficilia à rebus quæ à Gallia & Britannia ultro citroq; uehuntur. sunt autem eburnea frena, & torques, & electrina atque uitrea uasa, aliæq́ue id genus uiles ac promiscuæ merces. Itaque nullo ad eam insulam opus est præsidio. Requireretur enim ad minimum una legio, & aliquid equitatus, si tributa inde essent auferenda. atqui tributum æquarent sumtus in præsidium faciendi. necessariò enim uectigalia imposito tributo minuerentur, & ui facta aliquid impenderet periculorum. Circa Britanniam sunt cùm aliæ paruæ insulæ, tum magna, Hibernia uersus septentrionem iuxta Britanniam porrecta, latior quàm longior. De hac nihil certi habeo quod dicam, nisi quod incolæ eius Britannis sunt magis agrestes, qui & humanis uescuntur carnibus, & plurimum cibi uorant, & pro honesto ducunt parentum mortuorum

Hibernia.

Δυναστεῖαι δ' εἰσὶ παρ' αὐτοῖς. Πρὸς δὲ τοὺς πολέμους, ἀπήναις χρῶνται τὸ πλέον, καθάπερ καὶ τῶν Κελτῶν ἔνιοι. πόλεις δ' αὐτῶν εἰσὶν οἱ δρυμοί. περιφράξαντες γὰρ δένδρεσι καταβεβλημένοις εὐρυχωρῆ κύκλον, καὶ αὐτοὶ ἐνταῦθα καλυβοποιοῦνται, καὶ τὰ βοσκήματα κατασταθμεύουσιν, οὐ πρὸς πολὺν χρόνον. ἔπομβροι δ' εἰσὶν οἱ ἀέρες μᾶλλον ἢ νιφετώδεις. ἐν δὲ ταῖς αἰθρίαις ὁμίχλη κατέχει πολὺν χρόνον, ὥστε δι' ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τρεῖς μόνον ἢ τέτταρας ὥρας τὰς περὶ τὴν μεσημβρίαν ὁρᾶσθαι τὸν ἥλιον. Τοῦτο δὲ κἀν τοῖς Μορινοῖς συμβαίνει, καὶ τοῖς Μεναπίοις, καὶ ὅσοι τούτων πλησιόχωροι. Δὶς δὲ διέβη Καῖσαρ εἰς τὴν νῆσον ὁ θεός, ἐπανῆλθε δὲ διὰ ταχέων οὐδὲν μέγα διαπραξάμενος, οὐδὲ προελθὼν ἐπὶ πολὺ τῆς νήσου, διά τε τὰς ἐν τοῖς Κελτοῖς γενομένας στάσεις, τῶν τε βαρβάρων καὶ τῶν οἰκείων στρατιωτῶν, καὶ διὰ τὸ πολλὰ τῶν πλοίων ἀπολέσθαι κατὰ τὴν πανσέληνον, αὔξησιν λαβουσῶν τῶν ἀμπώτεων καὶ τῶν πλημμυρίδων. δύο μέν τοι ἢ τρεῖς νίκας ἐνίκησε τοὺς Βρεττανούς, καίπερ δύο τάγματα μόνον περαιώσας τῆς στρατιᾶς, καὶ ἀπήγαγεν ὅμηρά τε καὶ ἀνδράποδα, καὶ τῆς ἄλλης λείας πλῆθος. Νυνὶ μέντοι τῶν δυναστῶν τινες τῶν αὐτόθι πρεσβεύσεσι καὶ θεραπείαις κατασκευασάμενοι τὴν πρὸς Καίσαρα τὸν Σεβαστὸν φιλίαν, ἀναθήματά τε ἀνέθηκαν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ, καὶ οἰκείαν σχεδὸν παρεσκεύασαν τοῖς Ῥωμαίοις ὅλην τὴν νῆσον, τέλη τε οὕτως ὑπομένουσι βαρέα, τῶν τε εἰσαγομένων εἰς τὴν Κελτικὴν ἐκεῖθεν, καὶ τῶν εἰσαγομένων ἐνθένδε. ταῦτα δ' ἐστὶν ἐλεφάντινα ψάλια, καὶ περιαυχένια καὶ λιγγούρια, καὶ ὑαλᾶ σκεύη, καὶ ἄλλος ῥῶπος τοιοῦτος· ὥστε μηδὲν δεῖν φρουρᾶς τῆς νήσου. τοὐλάχιστον μὲν γάρ, ἑνὸς τάγματος χρῄζοι ἄν, καὶ ἱππικοῦ τινος, ὥστε καὶ φόρους ἀπάγεσθαι παρ' αὐτῶν. εἰς ἴσον δὴ καθίσταιτο ἂν τὸ ἀνάλωμα τῇ στρατιᾷ τοῖς προσφερομένοις χρήμασιν. ἀνάγκη γὰρ μειοῦσθαι τὰ τέλη φόρων ἐπιβαλλομένων· ἅμα δὲ καὶ κινδύνους ἀπαντᾶν τινας, βίας ἐπαγομένης. Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι περὶ τὴν Βρεττανικὴν νῆσοι μικραί· μεγάλη δ' ἡ Ἰέρνη πρὸς ἄρκτον αὐτῇ παραβεβλημένη, προμήκης μᾶλλον δὲ πλάτος ἔχουσα. περὶ ἧς οὐδὲν ἔχομεν λέγειν σαφές, πλὴν ὅτι ἀγριώτεροι τῶν Βρεττανῶν ὑπάρχουσιν οἱ κατοικοῦντες αὐτήν, ἀνθρωποφάγοι τε ὄντες καὶ πολυφάγοι, τούς τε πατέρας τελευτήσαντας

τήσαντας κατεσθίειν ἐν καλῷ τιθέμενοι. καὶ φανερῶς μίσγεσθαι ταῖς τε ἄλλαις γυναιξὶ, καὶ μητράσι, καὶ ἀδελφαῖς. Καὶ ταῦτα δ' οὕτω λέγομεν, ὡς οὐκ ἔχοντες ἀξιοπίστους μάρτυρας. Καίτοι τό γε τῆς ἀνθρωποφαγίας, καὶ Σκυθικὸν εἶναι λέγεται, καὶ ἐν ἀνάγκαις πολιορκητικαῖς, καὶ Κελτοὶ, καὶ Ἴβηρες, καὶ ἄλλοι πλείους, ποιῆσαι τοῦτο λέγονται. Περὶ δὲ τῆς Θούλης ἔτι μᾶλλον ἀσαφὴς ἡ ἱστορία, διὰ τὸν ἐκτοπισμόν· ταύτην γὰρ τῶν ὀνομαζομένων, ἀρκτικωτάτην τιθέασιν. Ἃ δ' εἴρηκε Πυθέας περὶ ταύτης, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ταύτῃ τόπων, ὅτι μὲν πέπλασται, φανερὸν ἐκ τῶν γνωριζομένων χωρίων. κατέψευσται γὰρ αὐτῶν τὰ πλεῖστα, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται· ὥστε δῆλός ἐστιν ἐψευσμένος μᾶλλον περὶ τῶν ἐκτετοπισμένων. Πρὸς μέν τοι τὰ οὐράνια καὶ τὴν μαθηματικὴν θεωρίαν ἱκανῶς δόξειε κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι, τοῖς τῇ κατεψυγμένῃ ζώνῃ πλησιάζουσι, τὸ τῶν καρπῶν εἶναι τῶν ἡμέρων, καὶ ζώων τῶν μὲν ἀφορίαν παντελῆ, τῶν δὲ σπάνιν. κέγχρῳ δὲ καὶ ἄλλοις λαχάνοις, καὶ καρποῖς καὶ ῥίζαις τρέφεσθαι. παρ' οἷς δὲ σῖτος καὶ μέλι γίγνεται, καὶ τὸ πόμα ἐντεῦθεν ἔχειν. τὸν δὲ σῖτον ἐπειδὴ τοὺς ἡλίους οὐκ ἔχουσι καθαροὺς, ἐν οἴκοις μεγάλοις κόπτουσι, συγκομισθέντων δεῦρο τῶν σταχύων. αἱ γὰρ ἅλως ἄχρηστοι γίνονται διὰ τὸ ἀνήλιον, καὶ τοὺς ὄμβρους.

Μετὰ δὲ τὴν ὑπὲρ τῶν Ἄλπεων Κελτικὴν, καὶ τὰ ἔθνη τὰ ἔχοντα τὴν χώραν ταύτην, περὶ αὐτῶν τῶν Ἄλπεων λεκτέον, καὶ τῶν κατοικούντων αὐτὰς, ἔπειτα περὶ τῆς συμπάσης Ἰταλίας· φυλάττουσιν ἐν τῇ γραφῇ τὴν αὐτὴν τάξιν, ἥνπερ δίδωσιν ἡ τῆς χώρας φύσις. Ἄρχονται μὲν οὖν αἱ Ἄλπεις οὐκ ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, ὡς εἰρήκασί τινες, ἀλλ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν χωρίων ἀφ' ὧνπερ καὶ τὰ Ἀπέννινα ὄρη κατὰ Γένουαν ἐμπορεῖον Λιγύων, καὶ τὰ καλούμενα Σαββάτων οὐάδα, ἅπερ ἐστὶ τενάγη. Τὸ μὲν γὰρ Ἀπέννινον ἀπὸ Γενούας, αἱ δὲ Ἄλπεις ἀπὸ τῶν Σαββάτων ἔχουσι τὴν ἀρχήν, στάδιοι δ' εἰσὶ μεταξὺ Γενούας καὶ Σαββάτων, σ' πρὸς τοῖς ξ'. μετὰ δὲ τ' πρὸς τοῖς ο', Ἀλβιγγαυνόν ἐστι πόλισμα, οἱ δ' ἐνοικοῦντες Λίγυες Ἰγγαυνοι καλοῦνται. ἐντεῦθεν δ' εἰς Μονοίκου λιμένα υ' καὶ π'. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ πόλις εὐμεγέθης, Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰντεμέλιοι. Καὶ δὴ καὶ σημεῖον τίθενται, τοῦ τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν

tuorum corpora comedere, ac palam concumbere non cum aliis modò mulieribus, sed etiam cum matribus ac sororibus. Quæ quidem ita referimus, ut fide dignis harum rerum testibus destituti. Sanè carnibus humanis uesci Scythicum esse fertur: idq; usurpasse etiam obsidionum necessitatibus urgentibus Galli, Hispani, aliique plures feruntur. Magis etiam obscura est Thules historia, ob tam longinquum situm. omniũ enim, quarum ferãtur nomina, maximè uersus septentrionem esse hanc dißitam aiunt. Vana esse quæ Pytheas de hac, & aliis ibi sitis locis perhibuit, liquet ex locis nobis cognitis, de quibus ille mẽtitus est plurima, quod etiam suprà docuimus. ut de lõginquis plura eum finxisse non sit obscurum. Tamen quod ad cœli rationem & mathematicam attinet contemplationem, uidetur non ineptè eorum locorũ descripsisse proprietatem, quæ frigidæ appropinquant plagæ. nimirum fructuum mitiorum nihil, animaliumque mansuetorum parum ibi nasci, milio & aliis oleribus, fructibus & radicibus homines uesci. ubi frumentum & mel prouenit, ibi inde etiam potum fieri. frumentum, quia soles non habeant puros, comportatis magnas in domos spicis contundi: aliâs ob solis radiorũ defectum & imbres reddi inutiles. *Thule.*

Enimuerò postquam dictum est de transalpinis Gallis, & eam regionem habentibus populis: iam nunc de ipsis differendum est Alpibus & earum incolis, ac deinceps de uniuersa Italia. qua in descriptione eum sequemur ordinem, quem ipsa locorum dictabit natura. Ordiuntur Alpes non à Monœci portu, ut quidam tradiderunt, sed ab iisdem locis, à quibus etiam Apenninus mons iuxta Genuam Ligurum emporium, & quæ uocantur Sabbatorum uada. nam Apenninus à Genua incipit, Alpes à Sabbatis, inter Sabbata & Genuam stadia sunt CCLX. Hinc post CCCLXX stadia oppidum Albingaurum, oppidani Ligures Ingauni. hinc ad portum Monœci CCCCXXC. In medio urbs magna Albium Intemelium, incolæ Intemelii. Pro signo autem hæc nomina sumunt, quo probent *De Alpibus.*

bent Alpes à Sabbatis oriri. Alpia enim prius dicta fuisse Albia, sicut & Alpionia. nam etiamnum montem in Iapodibus sublimen, extremitate quodammodo Alpes attingẽtem, Albium uocari, quasi eò usque porrectis Alpibus. Cum ergo Ligurum alij sunt Ingauni, alij Intemelij, consentaneum fuit eorum colonias maritimas, alteram Albium Intemelium uocari, quasi Alpinum, alteram concisiùs aliquanto Albingaunum. Duabus his Ligurum gentibus addit Polybius Oxybios & Deceates. Omnino autem uniuersum litus à Monœco portu ad Etruriam usque continuum est & portubus caret, nisi quatenus paucis locis appelli naues sinit, & defigi anchoras. desuper imminent grandes ac præruptæ montium rupes, angustum relinquentes iuxta mare transitum. Ibi accolunt Ligures, uitam re pecuaria ferè sustentantes, ac lacte, & hordeaco potu, pascuntur maritima, & maiori è parte montes sunt ibi syluæ frequentes ligna ad naues compingendas suppeditantes, magnarum feraces arborum, quarum nonnullæ crassiciei diametrum octo pedes habeant. sunt & aliæ arbores ob uarietatem ad mensas conficiendas thya nihilo deteriores. Hæc ergo ligna ij ad emporium Genuam deportant, itemque pecora, pelles, mella. eorumque loco oleum exportant, & uinum Italicum. apud ipsos enim parum uini nascitur, idque picem resipit. Ibi

*Ligurum gẽtes.*

25 sunt equi & muli qui appellantur 25 Gegenij, & tunicæ ac saga Ligustica. copiosum est etiam apud eos Lyncurium quod nonnulli cognominant electrum. In bellum equites rari proficiscuntur, grauis autem & leuis armaturæ pedites sunt boni. nonnulli ex eo, quia æreis utuntur scutis, Græcos eos esse ratiocinantur. Portus Monœci neque magnas neque multas capit naues. in eo templum est Herculis Monœci. nomen coniecturam præbet eo usque Massiliensem nauigationem pertingere. distat ab Antipoli paulo amplius CC stadijs. Inde iam ad Massiliam usque atque nonnihil ulterius Salyes habitant oræ maritimæ imminentes Alpes, partemque litoris, permixti Græcis. hos antiqui

ἀπὸ τῶν Σαββάτων εἶναι τοῖς Ἄλπεσιν ἐκ τῶν ὀνομάτων τούτων. τὰ γὰρ Ἄλπια καλεῖσθαι πρότερον Ἄλβια, καθάπερ καὶ Ἀλπιόνια. καὶ γὰρ νῦν ἔτι τὸ ἐν τοῖς Ἰάποσιν ὄρος ὑψηλὸν συνάπτον πως τῇ ἄκρᾳ καὶ ταῖς Ἄλπεσιν, Ἄλβιον λέγεσθαι, ὡς ἂν μέχρι δεῦρο τῶν Ἄλπεων ἐκτεταμένων. Τῶν οὖν Λιγύων τῶν μὲν ὄντων Ἰγγαύνων, τῶν δὲ Ἰντεμελίων, εἰκότως τὰς ἀποικίας αὐτῶν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ, τὴν μὲν ὀνομάζεσθαι Ἄλβιον Ἰντεμέλιον, οἷον Ἄλπιον· τὴν δὲ ἐπιτετμημένως μᾶλλον, Ἀλβιγγαύνον. Πολύβιος δὲ προστίθησι τοῖς δυσὶ φύλοις τῶν Λιγύων τοῖς λεχθεῖσι τό, τε τῶν Ὀξυβίων καὶ τὸ τῶν Δεκιήτων. Ὅλως δὲ ἡ παραλία αὕτη πᾶσα μέχρι τῆς Τυρρηνίας ἀπὸ Μονοίκου λιμένος, προσεχής τέ ἐστι καὶ ἀλίμενος, πλὴν βραχέων ὅρμων καὶ ἀγκυροβολίων. ὑπέρκεινται δὲ οἱ τῶν ὀρῶν ἐξαίσιοι κρημνοί, στενὴν ἀπολιπόντες πρὸς θαλάττῃ πάροδον. κατοικοῦσι δὲ Λίγυες, ζῶντες ἀπὸ θρεμμάτων τὸ πλέον, καὶ γάλακτος, καὶ κριθίνου πόματος, νεμόμενοι τά τε πρὸς θαλάττῃ χωρία, καὶ τὸ πλέον τὰ ὄρη. ἔχουσι δ᾽ ὕλην ἐνταῦθα παμπόλλην ναυπηγήσιμον, καὶ μεγαλόδενδρον, ὥστ᾽ ἐνίων τὸ πάχος τὴν διάμετρον ὀκτὼ ποδῶν εὑρίσκεσθαι. πολλὰ δὲ καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῶν θυΐνων οὐκ ἔστι χείρω πρὸς τὰς τραπεζοποιΐας. Ταῦτά τε δὴ κατάγουσιν εἰς τὸ ἐμπορεῖον τὴν Γένουαν, καὶ θρέμματα, καὶ δέρματα, καὶ μέλι. ἀντιφορτίζονται δὲ ἔλαιον καὶ οἶνον τὸν ἐκ τῆς Ἰταλίας. ὁ δὲ παρ᾽ αὐτοῖς ὀλίγος ἐστί, πιττίτης, αὐστηρός. Ἐντεῦθεν δέ εἰσιν οἱ Γεγήνιοι λεγόμενοι ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι, καὶ οἱ λιγυστινοί τε χιτῶνες καὶ σάγοι. πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγούριον παρ᾽ αὐτοῖς, ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσι. στρατεύονται δ᾽ ἱππεῖς μὲν οὐ πάνυ, ὁπλῖται δὲ ἀγαθοὶ καὶ ἀκροβολισταί. ἀπὸ δὲ τοῦ χαλκάσπιδας εἶναι, τεκμαίρονταί τινες Ἕλληνας αὐτοὺς εἶναι. Ὁ δὲ τοῦ Μονοίκου λιμένος ὅρμος ἐστίν, οὐ μεγάλαις, οὐδὲ πολλαῖς ναυσίν, ἔχων ἱερὸν Ἡρακλέους Μομοίκου καλουμένου. ἔοικε δὲ ἀπὸ τοῦ ὀνόματος καὶ μέχρι δεῦρο διατείνειν ὁ Μασσαλιωτικὸς παράπλους. διέχει δ᾽ Ἀντιπόλεως μικρῷ πλείους, ἢ διακοσίους σταδίους. τοὐντεῦθεν δ᾽ ἤδη μέχρι Μασσαλίας καὶ μικρὸν προσωτέρω τὸ τῶν Σαλύων ἔθνος, οἰκεῖ τὰς Ἄλπεις τὰς ὑπερκειμένας καί τινας τῆς αὐτῆς παραλίας ἀναμὶξ τοῖς Ἕλλησι. Καλοῦσι δὲ τοὺς Σάλυας οἱ μὲν παλαιοὶ

καλοῦσι τῶν Ἑλλήνων Λίγυας, καὶ τὴν χώραν ἣν ἔχουσιν οἱ Μασσαλιῶται Λιγυστικήν. οἱ δ' ὕστερον Κελτολίγυας ὀνομάζουσι, καὶ τὴν μέχρι Λουερίωνος καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ πεδιάδα τούτοις προσνέμουσιν, ἀφ' ἧς οὐ πεζὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἱππικὴν ἔστελλον στρατιάν, εἰς δέκα μέρη διῃρημένοι. Πρώτους δ' ἐχειρώσαντο Ῥωμαῖοι τούτους τῶν ὑπεραλπείων Κελτῶν, πολὺν χρόνον πολεμήσαντες καὶ τούτοις καὶ τοῖς Λίγυσιν. ἀποκεκλείκασι τὰς εἰς τὴν Ἰβηρίαν παρόδους, τὰς διὰ τῆς παραλίας. καὶ γὰρ καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἐλῄζοντο· καὶ τοσοῦτον ἴσχυον, ὥστε μόλις στρατοπέδοις μεγάλοις πορευτὴν εἶναι τὴν ὁδόν. ὀγδοηκοστὸν δ' ἔτος πολεμοῦντες, διεπράξαντο μόλις ὥστ' ἐπὶ ιβ σταδίους τὸ πλάτος ἀνακεῖσθαι τὴν ὁδὸν τοῖς ὁδεύουσι δημοσίᾳ. Μετὰ ταῦτα μέντοι κατέλυσαν ἅπαντας, καὶ διέταξαν αὐτοὶ τὰς πολιτείας, ἐπιστήσαντες φόρον. Μετὰ δὲ τοὺς Σάλυας Ἀλβιεῖς καὶ Ἀλβίοικοι καὶ Οὐοκούντιοι νέμονται τὰ προσάρκτια μέρη τῶν ὀρῶν. παρατείνουσι δὲ οἱ Οὐοκούντιοι μέχρι Ἀλλοβρόγων, ἔχοντες αὐλῶνας ἐν βάθει τῆς ὀρεινῆς ἀξιολόγους καὶ ὀχυροὺς ὧν ἔχουσιν ἐκεῖνοι. Ἀλλόβρογες μὲν οὖν καὶ Λίγυες ὑπὸ τοῖς στρατηγοῖς τάττονται τοῖς ἀφικνουμένοις εἰς τὴν Ναρβωνῖτιν. Οὐοκούντιοι δὲ καθάπερ καὶ Οὐόλκας ἔφαμεν, τοὺς περὶ Νέμαυσον τάττονται καθ' αὑτούς. Τῶν δὲ μεταξὺ τοῦ Οὐάρου καὶ τῆς Γενούας Λιγύων, οἱ μὲν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τοῖς Ἰταλιώταις εἰσὶν οἱ αὐτοί. ἐπὶ δὲ τοὺς ὀρεινοὺς πέμπεταί τις ἵππαρχος τῶν ἱππικῶν ἀνδρῶν, καθάπερ καὶ ἐπ' ἄλλους τῶν τελέως βαρβάρων. Μετὰ δὲ Οὐοκουντίους Σικόνιοι, καὶ Τρικόριοι, καὶ μετ' αὐτοὺς Μεδοῦλοι ὑπὲρ τὰς ὑψηλοτάτας ἔχουσι κορυφάς. τὸ γοῦν ὀρθιώτατον αὐτῶν ὕψος, σταδίων ἑκατὸν ἔχειν φασὶ τὴν ἀνάβασιν. κἀντεῦθεν πάλιν τὴν ἐπὶ τοὺς ὅρους τοὺς τῆς Ἰταλίας κατάβασιν. ἄνω δ' ἔν τισι κοίλοις χωρίοις λίμνη τε συνίσταται μεγάλη, καὶ πηγαὶ δύο οὐ πολὺ ἄποθεν ἀλλήλων, ὧν ἐκ μὲν τῆς ἑτέρας ἐστὶν ὁ Δρουέντιος ποταμὸς χαραδρώδης, ὡς ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καταράττει. καὶ ὁ Δουρίας εἰς τἀναντία, τῷ γὰρ Πάδῳ συμμίσγει, κατενεχθεὶς διὰ Σαλασσῶν εἰς τὴν ἐντὸς τῶν Ἄλπεων Κελτικήν. ἐκ δὲ τῆς ἑτέρας πολὺ ταπεινότερος τῶν χωρίων τούτων ἀναδίδωσιν αὐτὸς ὁ Πάδος, πολύς τε, καὶ ὀξύς. προϊὼν δὲ γίνεται μείζων καὶ πρᾳότερος.

tiqui Græcorum Ligyas, id est Ligures uocarunt, & regionem quam tenent Massilienses, Ligusticam. posteriores Galloligures eos dixerunt, campestremque ijs regionem *
omnem usque ad Luerionem & Rhodanum adsignarunt: unde ij non pedestri modò, sed equestri etiam exercitu expeditionem fecerunt, in decem diuisi partes. Primos omnium transalpinorum Gallorum hos domuerunt Romani, gesto contra eos & Ligures diuturno bello, quòd hi illis aditum per maris oram in Hispaniam interclusissent. Etenim Ligures isti terra marique latrocinia exercebant, tanta potentia præditi, ut iter uix magnis exercitibus facere liceret. Et Romani bello per XXC annos tracto uix obtinuerunt, ut XII stadiorum amplitudine publica uia pateret. Posterioribus autem temporibus uniuersos Ligures subegerunt Romani, & formam reip. ijs præscripserunt imposito stipendio. Post Salyas Albienses, & Albiœci, & Vocontij habitant uersus septentrionem sitas montium partes: Vocontij usque ad Allobroges pertingunt, degentes in conuallibus montium profundis ac munitis. Cæ- 26
terum Allobroges & Ligures rectoribus prouinciæ Narbonensis Roma missis obtemperant: Vocontij, sicut & de Volcis circa Nemausum diximus, sui sunt iuris. qui inter Varum & Genuam degunt Ligures ad mare, ij pro Italis censentur. ad montanos præfectus equestris ordinis aliquis mittitur, ut ad reliquos planè barbaros. Post Vocontios sunt Siconij, Tricorij, & ab his Medulli cacuminib. insidentes altissimis. altitudo eorum rectissima C stadiorum dicitur esse, tantusque rursus ad fines Italiæ descensus. Supernè in quibusdam cauitatibus lacus magnus continetur, duoque fontes non multum à se inuicem dissiti ex quorum altero Druentia fluuius per confragosa loca Rhodanum uersus defluit, & in diuersam partem Duria per Salassos in cisalpinam delapsus Galliam Pado miscetur. Ex altero longè istis locis humilior ipse Padus oritur copiosus & rapidus. in progressu autem maior fit ac placidior, multis auctus aquis affluentibus:

Druentiæ, Duriæ, & Padi fontes.

bus: & ubi in planiciem deuenit, dilatatus iam uehementiam fluxus minuit. Incidit in Adriaticum mare, maximus, Istro excepto, factus omnium Europæ fluminum. Medulli siti sunt potissimùm super Isaræ influxum in Rhodanum. In altera autem parte montanorum, quæ ad Italiam uergit, Taurini habitant Ligustica gens, aliįque Ligures. horum est & quæ Ide onni dicitur, & quæ Cottij terra. Post hos & Padum, Salassi. super hos in uerticibus montium Centrones, & Catoriges, & Veragri, Nantuates, & Lemannus lacus per quem Rhodanus fertur, & fons Rhodani. Non procul hinc Rheni sunt fontes, & Adula mons, ex quo Rhenus fluit uersus septentrionem, inque contrariam partem Addua in Lacum Larium, qui ad Comum est, delabitur. Supra Comum, quod est ad radices Alpium situm, habitant uersus orientem Rhæti & Vennones: ad alteram partem Lepontij, Tridentini, Stoni, & aliæ complures exiguæ gentes, quæ superioribus temporibus Italiam tenuerunt, latrocinijs deditæ & pauperes. Eæ nunc partim excisæ sunt, partim domitæ: ut iter supra montes per illos, quod olim erat angustum & superatu difficile, multis nunc locis pateat, tutumque sit ab iniuria hominum, & expeditum. quod ipsum opere est confectum. Nam Augustus Cæsar latronum excidio uiarum structuram adiecit, quantam omnino licuit perfici. neque enim potuit ubique ui perrumpere naturam saxorum & ingentium præruptarum rupium, aliâs uiæ impendentium, aliâs subiacentium, ita ut uel leuiter è uia egressi in periculum uenirent ineuitabile, cum in fundo carentes ualles esset decidendum. ibi quidem alicubi ita arcta est uia, ut & peditibus & iumentis non adsuetis uertigo oboriatur: incolarum autem iumenta facilè illum laborem obeunt. Neque huic incommodo mederi potuit, neque delapsui ingentium glaciei tabularum, quæ integrum etiam comitatum obruere & in subiectas deturbare ualles possunt. Multæ enim una supra aliam iacent glaciei tabulæ, subinde uno post alterum gelu concrescente in glaciei formam niue:

τὸς, ἐκ πολλῶν δὲ λαμβάνει τὴν αὔξησιν. ἐν δὲ τοῖς πεδίοις ἤδη γενόμενος καὶ πλατύνεται. τῇ οὖν διαχύσει περισπᾷ καὶ ἀμβλύνει τὸν ῥοῦν. εἰς δὲ τὴν Ἀδριατικὴν θάλατταν ἐμπίπτει μέγιστος γενόμενος τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ποταμῶν πλὴν τοῦ Ἴστρου. Ὑπέρκεινται δ' οἱ μὲν Μέδουλοι μάλιστα τῆς συμβολῆς τοῦ Ἰσάρος πρὸς τὸν Ῥοδανόν. ἐπὶ δὲ θάτερα μέρη τὰ πρὸς τὴν Ἰταλίαν κεκλιμένα τῆς λεχθείσης ὀρεινῆς, Ταυρινοί τε οἰκοῦσι Λιγυστικὸν ἔθνος, καὶ ἄλλοι Λίγυες. Τούτων δ' ἐστὶ καὶ ἡ τοῦ Ἰδεόννου λεγομένη γῆ, καὶ τοῦ Κοττίου. μετὰ δὲ τούτους καὶ τὸν Πάδον Σαλασσοί. ὑπὲρ δὲ τούτων ἐν ταῖς κορυφαῖς Κεύτρωνες, καὶ Κατόριγες, καὶ Οὐάραγροι, καὶ Ναντουᾶται, καὶ ἡ πελαμένα λίμνη, δι' ἧς ὁ Ῥοδανὸς φέρεται, καὶ ἡ πηγὴ τοῦ ποταμοῦ. Οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων οὐδὲ τοῦ Ῥήνου αἱ πηγαί, οὐδ' ὁ Ἀδούλας τὸ ὄρος, ἐξ οὗ ῥεῖ καὶ ὁ Ῥῆνος ἐπὶ τὰς ἄρκτους, καὶ ὁ Ἀδούας εἰς τἀναντία ἐμβάλλων εἰς τὴν Λάριον λίμνην τὴν πρὸς τῷ Κώμῳ. Ὑπέρκειται δὲ τοῦ Κώμου πρὸς τῇ ῥίζῃ τῶν Ἄλπεων ἱδρυμένου, τῇ μὲν Ῥαιτοὶ καὶ Οὐέννονες ἐπὶ τὴν ἕω κεκλιμένοι· τῇ δὲ Ληπόντιοι καὶ Τριδεντῖνοι, καὶ Στόνοι, καὶ ἄλλα πλείω μικρὰ ἔθνη κατέχοντα τὴν Ἰταλίαν ἐν τοῖς πρόσθεν χρόνοις λῃστρικὰ καὶ ἄπορα. Νυνὶ δὲ τὰ μὲν ἐξέφθαρται, τὰ δ' ἡμέρωται τελέως, ὥστε τὰς δι' αὐτῶν ὑπερβολὰς τοῦ ὄρους πρότερον οὔσας ὀλίγας καὶ δυσπεράτους, νυνὶ πολλαχόθεν εἶναι καὶ ἀσφαλεῖς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ εὐβάτους. ὧν ἐνεστι διὰ τὴν κατασκευήν. προσέθηκε γὰρ ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ τῇ καταλύσει τῶν λῃστῶν τὴν κατασκευὴν τῶν ὁδῶν, ὅσην οἷόν τ' ἦν. οὐ γὰρ δυνατὸν πανταχοῦ βιάσασθαι τὴν φύσιν διὰ πετρῶν, καὶ κρημνῶν ἐξαισίων, τῶν μὲν ὑπερκειμένων τῆς ὁδοῦ, τῶν δ' ὑποπιπτόντων, ὥστε καὶ μικρὸν ἐκβᾶσιν, ἄφυκτον εἶναι τὸν κίνδυνον, εἰς φάραγγας ἀβύσσους τοῦ πτώματος ὄντος. οὕτω δ' ἐστὶ στενὴ κατά τι αὐτοῦ ἡ ὁδός, ὥστ' ἴλιγγον φέρειν τοῖς πεζῇ βαδίζουσι καὶ αὐτοῖς καὶ ὑποζυγίοις τοῖς ἀήθεσι, τὰ δ' ἐπιχώρια κομίζειν τοὺς κόπους ἀσφαλῶς. οὔτ' οὖν ταῦτα ἰάσιμα, οὔθ' αἱ κατολισθάνουσαι πλάκες τῶν κρυστάλλων ἄνωθεν ἐξαίσιοι, συνοδίαν ὅλην ἀπολαμβάνειν δυνάμεναι, καὶ συνεξωθεῖν εἰς τὰς ὑποπιπτούσας φάραγγας. πολλαὶ γὰρ ἀλλήλαις ἐπίκεινται πλάκες πάγων ἐπὶ πάγοις γινομένων τῆς χιόνος

ρυσταλλοειδῶν, καὶ τῶν ἐπ' ἐπιπολῆς ῥᾳδίως ἀπολυομένων ἀπὸ τῶν ἐντὸς πρὶν διαλυθῆναι τελέως ἐν τοῖς ἡλίοις. Ἡ δὲ τῶν Σαλασσῶν πολλὴ μέν ἐστιν, ἐν αὐλῶνι βαθεῖ, τῶν ὀρῶν ἀμφοτέρων κλειόντων τὸ χωρίον· μέρος δέ τι αὐτῶν ἀνατείνει καὶ πρὸς τὰς ὑπερκειμένας κορυφάς. Τοῖς οὖν ἐκ τῆς Ἰταλίας ὑπερτιθεῖσι τὰ ὄρη, διὰ τοῦ λεχθέντος αὐλῶνός ἐστιν ἡ ὁδός. εἶτα σχίζεται δίχα, καὶ ἡ μὲν διὰ τοῦ Ποινίνου λεγομένου φέρεται ζεύγεσιν οὐ βατὴ κατὰ τὰ ἄκρα τῶν Ἄλπεων. ἡ δὲ διὰ Κεντρώνων δυσμικωτέρα. Ἔχει δὲ Χρύσεια ἡ τῶν Σαλασσῶν, ἃ κατεῖχον ἰσχύοντες οἱ Σαλασσοὶ πρότερον, καθάπερ καὶ τῶν παρόδων ἦσαν κύριοι. προσελάμβανε δὲ πλεῖστον εἰς τὴν μεταλλείαν αὐτοῖς ὁ Δουρίας ποταμός, εἰς τὰ χρυσοπλύσια. διόπερ ἐπὶ πολλοὺς τόπους σχίζοντες ταῖς ἐξοχετείαις τὸ ὕδωρ, τὸ κοινὸν ῥεῖθρον ἐξεκένουν. τοῦτο δ' ἐκείνοις μὲν συνέφερε πρὸς τὴν τοῦ χρυσοῦ θήραν, τοὺς δὲ γεωργοῦντας τὰ ὑπ' αὐτοῖς πεδία, τῆς ἀρδείας στερουμένους, ἐλύπει, τοῦ ποταμοῦ δυναμένου ποτίζειν τὴν χώραν, διὰ τὸ ὑπερδέξιον ἔχειν τὸ ῥεῖθρον. ἐκ δὲ ταύτης τῆς αἰτίας πόλεμοι συνεχεῖς ἦσαν ἀμφοτέροις τοῖς ἔθνεσι πρὸς ἀλλήλους. κρατησάντων δὲ Ῥωμαίων, τῶν μὲν χρυσουργιῶν ἐξέπεσον, καὶ τῆς χώρας οἱ Σαλασσοί. τὰ δ' ὄρη κατέχοντες ἀκμὴν, τὸ ὕδωρ ἐπώλουν τοῖς δημοσιώναις τοῖς ἐργολαβήσασι τὰ χρύσεια. καὶ πρὸς τούτους δ' ἦσαν ἀεὶ διαφοραὶ διὰ τὴν πλεονεξίαν τῶν δημοσιωνῶν. οὕτω δὲ συνέβαινε τοὺς στρατηγιῶντας ἀεὶ τῶν Ῥωμαίων, καὶ πεμπομένους ἐπὶ τοὺς τόπους, εὐπορεῖν προφάσεων, ἀφ' ὧν πολεμήσουσι. Μέχρι μὲν δὴ τῶν νεωστὶ χρόνων, τοτὲ μὲν πολεμούμενοι, τοτὲ δὲ καταλυόμενοι τὸν πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πόλεμον, ἴσχυον ὅμως, καὶ πολλὰ κατέβλαπτον τοὺς δι' αὐτῶν ὑπερβάλλοντας τὰ ὄρη, κατὰ τὸν λῃστρικὸν ἔθος. οἵ γε καὶ Δέκιμον Βροῦτον φυγόντα ἐκ Μουτίνης, ἐπράξαντο δραχμὴν κατ' ἄνδρα. Μεσσάλας δὲ πλησίον αὐτῶν χειμαδεύων, τιμὴν ξύλων κατέβαλε, τῶν τε καυσίμων, καὶ τῶν πτελεΐνων ἀκοντισμάτων, καὶ τῶν γυμναστικῶν. ἐσύλησαν δέ ποτε καὶ χρήματα Καίσαρος οἱ ἄνδρες οὗτοι, καὶ ἐπέβαλον κρημνοὺς στρατοπέδοις, πρόφασιν ὡς ὁδοποιοῦντες ἢ γεφυροῦντες ποταμούς. ὕστερον μέντοι κατεστρέψατο αὐτοὺς ἄρδην ὁ Σεβαστὸς, καὶ πάντας ἐλαφυροπώλησε, κομισθέντας εἰς Ἐπο-

ue: quarum tabularum quæ in superficie sunt, facilè quouis tempore ab interioribus soluuntur antequam à sole planè liquentur. Salassorum regio ampla est in profunda conualle montib. utrinque includentibus: quanquam alicubi etiam ad superincumbentes attollitur uertices. Qui ex Italia profecti montes illos superare uolunt, ĳs iter per eam est conuallem. deinde in duas uias scinditur, quarum quæ per Pœninas fauces tendit ad summitates Alpium, iumentis est inaccessa. altera per Centrones magis est occidua. In Salassorum regione sunt auri metalla, quæ olim obtinuerunt Salassi, sicut & itinera. maximum illis adiumentum ad negocium metallicum attulit Duria fluuius, ad eluendum aurum. itaque multis locis eum in riuulos scindentes, alueum exinaniuerunt. quod ut illis ad auri inuestigationem profuit, ita molestum fuit ĳs qui subiectos illis agros colebant, rigandi facultate spoliatis, quam fluuius iste supernè labens poterat præbere. atque ea res causam continentium inuicem bellorum ĳs gentibus dedit. Romanis autem rerum potitis, & metallis & ditione sua Salassi exciderunt. montes tamen adhuc obtinentes, aquam publicanis uenditabant, qui conduxerant auri metalla. cum quibus perpetuæ ĳs erant lites, ob auariciam publicanorum. Atque ita factum est, ut qui à Romanis ad ea loca mittebantur, cùm bellum gerere cuperent, facilè eius inuenirent occasiones. Et ad paulo superiora quidem tempora usque modò bello impetiti, modò pacè cum Romanis composita, tamen potentia fuerunt præditi, ita ut more prædonum magna iniungerēt damna ĳs qui per ipsas transirent. Quippe & D. Brutum Mutina cum suis fugientem uiritim denarium soluere coēgerunt. & Messala in uicinia hyemans, pecunia ab ĳs redemit ligna ad focum, & ulmea hastilia ad exercitationes. Quin & Cæsaris aliquando pecuniam diripuerunt Salassi, exercitibusq'ue præcipitia insederunt, simulantes uiam se reficere, aut fluminibus pontes imponere. Ad extremum Cæsar eos deuicit, & sub hasta uniuersos uendidit Eporediam

Salassi.

rediam deductos. (. quæ colonia Romanorum in hoc fuerat condita, ut præsidio esset contra Salassos: sed parum resisti ab incolis potuit, donec ea gens deleta est.) numerata sunt hominum millia XXXVI, uirorum ad pugnam idoneorum VIII millia. uniuersos sub hasta uendidit Terentius Varro, qui dux belli eos deuicerat. Augustus autem Cæsar missis Romanorum tribus millibus urbem condidit, quo loco Varro castra habuerat. Atque nunc tota uicinia pacata est, usque ad summos montis transitus. Deinceps montium partes quę ortum spectant, & ad meridiem uertuntur, Rhæti & Vindelici tenent, Heluetiorum & Biorum contermini, quorum campis imminent. Rhæti usq; ad Italiam pertinent, supra Veronam & Comum. in radicibus montium quos illi colũt, uinum Rhæticum nascitur, quod laudatis Italiæ uinis non uidetur cedere. pertingunt autem etiam usque ad loca per quæ Rhenus fertur. Huius gentis sunt etiam Lepontij, Camuniqúe. Vindelici autem & Norici montana exteriora tenent magna ex parte

27 cum 27 Breunis & Genaunis, qui iam ad Illyrios pertinent. Hi omnes cùm Italiæ uicinas partes adsiduis incursionibus uexauerunt, tum Heluetiorum, Sequanorum, Boiorum, Germanorum. Petulantissimi Vindelicorum habiti sunt Licatij, Clautinatij, & Vennones: Rhætorum Rucantij & Cotuantij. Hestiones quoque Vindelicorum sunt, & Brigantij. urbes ipsorum Brigantium & Campodunum, & Licatiorum ueluti arx Damasia. De horum latronum in Italos sæuicia hoc memoratur, eos pago aut urbe potitos, non modò puberes omnes mares necare, sed ne infantibus quidem masculis parcere. imò ne hîc quidem subsistere, sed grauidas etiam mulieres occidere, quas eorum uates dicũt uirilem fœtum utero ferre. Post hos uicini iam Adriatici sinus intimo, & locis ad Aquileiam habitant Noricorum quidam, & Carni: Noricorum sunt etiam Taurisci. Horum omnium crebris incursionibus finem imposuit Tiberius & eius frater Drusus unica æstate: & iam annus agitur tertius supra trigesimum, ex quo quiescentes

Rhæti.

ρεδίαν, Ῥωμαίων ἀποικίαν· ἣν συνῴκισαν μὲν, φρουρὰν εἶναι βουλόμενοι τοῖς Σαλασσοῖς. ὀλίγον δ' ἀντέχειν ἐδύναντο οἱ αὐτόθι, ἕως ἠφανίσθη τὸ ἔθνος. Τῶν μὲν οὖν ἄλλων σωμάτων τρεῖς μυριάδες ἐξητάσθησαν ἐπὶ τοῖς ἑξακισχιλίοις, τῶν δὲ μαχίμων ἀνδρῶν ὀκτακισχίλιοι. πάντας δ' ἐπώλησε Τερέντιος Οὐάῤῥων ὑπὸ δόρυ καταστρεψάμενος αὐτοὺς στρατηγός. τρισχιλίους δὲ Ῥωμαίων πέμψας, ᾤκισε τὴν πόλιν Αὐγούσταν ὁ Καῖσαρ, ἐν ᾧ ἐστρατοπέδευσε χωρίῳ Οὐάῤῥων. καὶ νῦν εἰρήνην ἄγει πᾶσα ἡ πλησιόχωρος, μέχρι τῶν ἄκρων ὑπερβολῶν τοῦ ὄρους. Ἑξῆς δὲ τὰ πρὸς ἕω μέρη τῶν ὀρῶν, καὶ τὰ ἐπιστρέφοντα πρὸς νότον, Ῥαιτοὶ καὶ Οὐινδελικοὶ κατέχουσι, συνάπτοντες Ἐλουηττίοις καὶ Βοΐοις· ἐπίκεινται γὰρ τοῖς ἐκείνων πεδίοις. οἱ μὲν οὖν Ῥαιτοὶ μέχρι τῆς Ἰταλίας καθήκουσι, τῆς ὑπὲρ Οὐήρωνος καὶ Κώμου. καὶ ὅ γε Ῥαιτικὸς οἶνος τῶν ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς ἐπαινουμένων οὐκ ἀπολείπεσθαι δοκῶν, ἐν ταῖς τούτων ὑπωρείαις γίνεται. διατείνουσι δὲ καὶ μέχρι τῶν χωρίων δι' ὧν ὁ Ῥῆνος φέρεται. τούτου δ' εἰσὶ τοῦ φύλου καὶ Λεπόντιοι, καὶ Καμοῦνοι. οἱ δὲ Οὐινδελικοὶ καὶ Νωρικοὶ τὴν ἐκτὸς παρώρειαν κατέχουσι τὸ πλέον μετὰ Βρευνῶν καὶ Γεναύνων, ἤδη τούτων Ἰλλυριῶν. ἅπαντες δ' οὗτοι, καὶ τῆς Ἰταλίας τὰ γειτονεύοντα μέρη κατέτρεχον ἀεὶ, καὶ τῆς Ἐλουηττίων, καὶ Σηκουανῶν, καὶ Βοΐων, καὶ Γερμανῶν. ἰταμώτατοι δὲ τῶν μὲν Οὐινδελικῶν ἐξητάζοντο, Λικάττιοι καὶ Κλαυτινάτιοι, καὶ Οὐέννωνες. τῶν δὲ Ῥαιτῶν, Ῥουκάντιοι, καὶ Κωτουάντιοι. καὶ οἱ Ἐστίωνες δὲ τῶν Οὐινδελικῶν εἰσι, καὶ Βριγάντιοι· καὶ πόλεις αὐτῶν, Βριγάντιον καὶ Καμπόδουνον, καὶ ἡ τῶν Λικαττίων, ὥσπερ ἀκρόπολις Δαμασία. Τῆς δὲ πρὸς τοὺς Ἰταλιώτας τῶν λῃστῶν τούτων χαλεπότητος, λέγεταί τι τοιοῦτον, ὡς ἐπειδὰν ἕλωσι κώμην ἢ πόλιν, οὐ μόνον ἡβηδὸν ἀνδροφονοῦντας, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν νηπίων προϊόντας τῶν ἀῤῥένων, καὶ μηδ' ἐνταῦθα παυομένους, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐγκύους γυναῖκας κτείνοντας, ὅσας φαῖεν οἱ μάντεις ἀῤῥενοκυεῖν. Μετὰ δὲ τούτους, οἱ ἐγγὺς ἤδη τοῦ Ἀδριατικοῦ μυχοῦ, καὶ τῶν κατὰ Ἀκυληΐαν τόπων οἰκοῦσι, Νωρικῶν τέ τινες καὶ Κάρνοι. τῶν δὲ Νωρικῶν εἰσι, καὶ οἱ Ταυρίσκοι. πάντας δ' ἔπαυσε τῶν ἀνέδην καταδρομῶν Τιβέριος καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δροῦσος θερείᾳ μιᾷ, ὥστ' ἤδη τρίτον, καὶ τριακοστόν ἔτος ἐστὶν, ἐξ οὗ καθ' ἡσυχίαν

γίαν ὄντων, ἀπευτακτοῦσι τοὺς φόρους. κατὰ πᾶσαν δὲ τὴν τῶν Ἄλπεων ὀρεινὴν, ἔστι μὲν καὶ γεώλοφα χωρία, καλῶς γεωργεῖσθαι δυνάμενα, καὶ αὐλῶνες εὖ συνεκτισμένοι. τὸ μέν τοι πλέον καὶ μάλιστα περὶ τὰς κορυφὰς, περὶ ὃ δὴ καὶ συνίσταντο οἱ λῃσταὶ, λυπρὸν καὶ ἄκαρπον διά τε τὰς τέχνας, καὶ τὴν τραχύτητα τῆς γῆς. κατὰ σπάνιν οὖν τροφῆς τε καὶ ἄλλων, ἐφείδοντο ἔσθ' ὅτε τῶν ἐν τοῖς πεδίοις, ἵνα ἔχοιεν χορηγούς. ἀντεδίδοσαν δὲ ῥητίνην, πίτταν, δᾷδα, κηρὸν, μέλι, τυρόν· τούτων γὰρ εὐπόρουν. Ὑπόκειται δὲ τῶν Καρνῶν, τὸ Ἀπέννινον ὄρος, λίμνην ἔχον ἐξιεῖσαν εἰς τὸν Ἴσαρον ποταμόν· ὃς παραλαβὼν Ἄταγιν ἄλλον ποταμὸν, εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐκβάλλει. Ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς λίμνης καὶ ἄλλος ποταμὸς εἰς τὸν Ἴστρον ῥεῖ, καλούμενος Ἀτησινός. Καὶ γὰρ ὁ Ἴστρος τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τούτων λαμβάνει τῶν ὀρῶν, πολυσχιδῶν ὄντων, καὶ πολυκεφάλων. μέχρι μὲν γὰρ δεῦρο, ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς, συνεχῆ τὰ ὑψηλὰ τῶν Ἄλπεων διέτεινε, καὶ ἑνὸς ὄρους φαντασίαν παρεῖχεν. εἶτ' ἀνεθέντα καὶ ταπεινωθέντα ἐξαίρεται πάλιν εἰς πλείω μέρη καὶ πλείους κορυφάς. πρώτη δ' ἐστὶ τούτων ἡ τοῦ Ῥήνου πέραν, καὶ τῆς λίμνης κεκλιμένη πρὸς ἕω ῥάχις μετρίως ὑψηλὴ, ὅπου αἱ τοῦ Ἴστρου πηγαὶ πλησίον Σουήβων, καὶ τοῦ Ἑρκυνίου δρυμοῦ. ἄλλαι δ' εἰσὶν ἐπιστρέφουσαι πρὸς τὴν Ἰλλυρίδα καὶ τὸν Ἀδρίαν, ὧν ἐστι τό, τε Ἀπέννινον ὄρος τὸ λεχθὲν, καὶ τὸ Τοῦλλον, καὶ Φλυγαδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα τῶν Οὐινδελικῶν, ἐξ ὧν ὁ Δούρας, καὶ ὁ Κλάνης, καὶ ἄλλοι πλείους χαραδρώδεις ποταμοὶ συμβάλλουσιν εἰς τὸ τοῦ Ἴστρου ῥεῖθρον. καὶ οἱ Ἰάποδες δὲ τοῦτο ἤδη ἐπίμικτον Ἰλλυριοῖς καὶ Κελτοῖς ἔθνος, περὶ τούτους οἰκοῦσι τοὺς τόπους, καὶ ἡ ἄκρα πλησίον τούτων ἐστίν. οἱ μὲν οὖν Ἰάποδες πρότερον καὶ εὐανδροῦντες, καὶ τοὺς ὅρους ἐφ' ἑκάτερον τὴν οἴκησιν ἔχοντες, καὶ τοῖς λῃστηρίοις ἐπικρατοῦντες, ἐκπεπόνηνται τελέως ὑπὸ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καταπολεμηθέντες. πόλεις δ' αὐτῶν, Μέτουλον, Ἀρούπεινον, Μονήτιον, Οὔενδον. μεθ' οὓς ἡ Σεγεστικὴ πόλις ἐν πεδίῳ. παρ' ἣν ὁ Ῥῆνος αὐτὸς παραρρεῖ ποταμὸς, ἐκδιδοὺς εἰς τὸν Ἴστρον. κεῖται δ' ἡ πόλις εὐφυῶς, πρὸς τὸν κατὰ τῶν Δακῶν πόλεμον. ἡ δ' Ὄκρα ταπεινότατόν μέρος τῶν Ἄλπεων ἐστὶ, καθ' ὃ συνάπτουσι τοῖς Κάρνοις, καὶ δι' οὗ τὰ ἐκ τῆς Ἀκυληΐας φορτία κομίζουσιν ἁρμαμάξαις, εἰς τὸν καλούμενον Πάμπορτον, σταδίων ὁδὸν οὐ πλειόνων ἢ υ΄.

tributum legitimè persoluunt. Per tota porrò Alpium montana, tumuli sunt terrestres, bonæ capaces culturæ, & conualles bene conditæ. maior tamen pars maximè circa uertices, ubi degebant latrones, sterilis est & infrugifera, ob artis colendi imperitiam, & asperitatem terræ. Ob inopiam itaque alimentorum & aliarum rerum, pepercerunt nonnunquam ijs qui campestria tenebant, ut haberent qui ijs suppeditarent necessaria. quibus ipsi uicissim dabant picem, resinam, tædam, ceram, mel, caseum, quorum apud ipsos est copia. Supra Carnos Apenninus mons situs est: is lacum habet exeuntem 28 in Isaram. qui alium fluuium Atagin recipiens, in Adriam effluit. Ex eodem lacu alius fluuius Atesinus in Istrum exit. Nam Ister ab his montibus initium sumit, in multas partes, multaque capita scissis. Hactenus enim à Liguria summitates Alpium continentes porriguntur, uniusque montis speciem præbent. deinde remissæ & humiliores factæ, rursum porrò attolluntur in multas partes, multosque uertices. Primus est trans Rhenum & paludem dorsum quoddam uersus orietem solem flexum, mediocriter sublime, ubi fontes Istri sunt prope Sueuos & Hercyniam syluam. alia sunt Illyrico obuersa, & Adriæ, ut Apenninus, Tullum, Phlygadia, & montes supra Vindeliciam, ex quibus Duras, Claues, alijque plures torrentes in Istrum influunt. Iapides quoque, permixta nunc Illyrijs & Gallis gens, circa hæc loca habitant, & extremitas his uicina est. Hi cum aliquando florerent, & suam habitationem ad utrumque terminum extendissent, latrocinijsque inualescerent, tandem ab Augusto Cæsare debellati confectique sunt. Vrbes eos Metulum, Arupenum, Monettium, Vendum. Post hos Segestica urbs in planicie, 29 quam Saus præterfluit fluuius, qui in Istrum exit. Vrbs ea ad Dacicũ bellum opportunè est sita. Ocra autem pars est Alpiũ humilima, quâ ad Carnos accedunt, & per quam ab Aquileia curribus portãtur merces ad locum cui nomen Pamportum, iter stadiorum non ultra CCCC. hinc

Marginalia: 28 · Ister. · Iapides. · 29

hinc fluuijs ad Istrum & adsitas ei regiones deuehuntur. Pamportum enim fluuio alluitur nauigabili ex Illyrico decurrẽte, & in Saũ exeunte. itaque facilè Segesticam, in Panno niam, & Tauriscos deuehuntur. Apud Segesticam Colapis quoque fluuius in Saum incidit. uterque est nauigabilis, & ab Alpibus defertur. Proferunt Alpes etiam equos syluestres, & boues. Polybius tradit peculiaris formæ animal ibi nasci, cerui specie, demtis collo & pilis quibus aprum imitatur: id habere infra mentum quippiam metæ instar enatum dodrãtis lõgitudine, crassicie caudæ pulli equini, in imo crinitum. Porrò autem montanorum ex Italia in Galliam ulteriorem & septentrionalem traiectuum, qui per Salassos est Lugdunum ducit. est autem duplex, alter curribus etiam peruius, itinere longiore per Centrones. alter per Pœninas fauces breuior, sed idem accliuis & angustus. Lugdunum in medio Galliæ situm est, instar arcis, cum ob fluminum confluentes, tum quod omnib. partibus est propinquum. Itaque etiam Agrippa hinc uias aperuit, unam per Cemmones montes in Aquitaniam
30 & ad 30 Santones usque: alteram ad Rhenum: tertiam ad Oceanum per Bellouacos & Ambianos: quartam in Narbonẽsem Galliam, & ad litus Massiliense. Potest etiam ad sinistram relinquens aliquis Lugdunum & superiacentem regionem in ipso Pœnino iugo diuertere Rhodano traiecto, aut lacu Lemanno, & per Heluetiorum plana, superato dehinc monte Iura, ad Sequanos, indeque ad Lingonas peruenire. hinc biuium est ad Rhenum & ad Oceanum. Præterea Polybius autor est sua ætate apud Aquileiam, & in Tauriscis præcipuè in Noricis auri solum ita ferax fuisse repertum, ut exhausta duûm pedum altitudine terra, statim occurreret aurum fossile. fossam autem XV pedes non excessisse. aurum partim statim purũ extitisse, fabæ aut lupini quantitate, octaua tantum parte decocta. aliud maiori quidem diffusione indiguisse, sed ea admodum utili. Cum autem Itali barbaros per duos menses adiuuissent,

ἐκεῖθεν δὲ τοῖς ποταμοῖς κατάγεται μέχρι τοῦ Ἴστρου καὶ τῶν ταύτῃ χωρίων. παραῤῥεῖ γὰρ τὸ Πάμπορτον ποταμὸς, ἐκ τῆς Ἰλλυρίδος φερόμενος, πλωτός. ἐκβάλλει δ' εἰς τὸν Σάον· ὥστε εὐμαρῶς εἰς τὴν Σεγεστικὴν κατάγεται, καὶ τοὺς Παννονίους, καὶ Ταυρίσκους. συμβάλλει δ' εἰς τὸν Σάον κατὰ τὴν πόλιν, καὶ ὁ Κόλαπις. ἀμφότεροι δ' εἰσὶ πλωτοί, ῥέουσι δ' ἀπὸ τῶν Ἄλπεων. ἔχουσι δ' ἄλπεις, καὶ ἵππους ἀγρίους, καὶ βόας. φησὶ δὲ Πολύβιος ἰδιόμορφόν τι ζῶον γεννᾶσθαι ἐν αὐταῖς, ἐλαφοειδὲς τὸ σχῆμα, πλὴν αὐχένος καὶ τριχώματος, ταῦτα δ' ἐοικέναι κάπρῳ, ὑπὸ δὲ τῷ γενείῳ πυρῆνα ἴσχειν ὅσον σπιθαμιαῖον ἀκρόκομον, πωλικῆς κέρκου τὸ πάχος. τῶν δ' ὑπερθέσεων τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν ἔξω Κελτικὴν, καὶ τὴν προσάρκτιον, ἡ διὰ Σαλασσῶν ἐστιν ἄγουσα ἐπὶ Λούγδουνον. διττὴ δ' ἐστίν· ἡ μὲν ἁμαξεύεσθαι δυναμένη, διὰ μήκους πλείονος ἡ διὰ Κεντρώνων· ἡ δὲ ὀρθία καὶ στενή, σύντομος δὲ ἡ διὰ τοῦ Ποινίνου. τὸ δὲ Λούγδουνον ἐν μέσῳ τῆς χώρας ἐστὶν, ὥσπερ ἀκρόπολις, διά τε τὰς συμβολὰς τῶν ποταμῶν, διὰ καὶ τὸ ἐγγὺς εἶναι πᾶσι τοῖς μέρεσι. διόπερ καὶ Ἀγρίππας ἐντεῦθεν τὰς ὁδοὺς ἔτεμε· τὴν διὰ τῶν Κεμμένων ὀρῶν μέχρι Σαντόνων καὶ τῆς Ἀκουϊτανίας· καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον· καὶ τρίτην τὴν ἐπὶ τὸν ὠκεανόν, τὴν πρὸς Βελλοάκοις, καὶ Ἀμβιανοῖς· τετάρτη δ' ἐστὶν ἐπὶ τὴν Ναρβωνῖτιν, καὶ τὴν Μασσαλιωτικὴν παραλίαν. ἔστι δὲ καὶ ἐν ἀριστερᾷ ἀφεῖσι τὸ Λούγδουνον, καὶ τὴν ὑπερκειμένην χώραν ἐν αὐτῷ τῷ Ποινίνῳ πάλιν ἐκτροπὴ διαβάντι τὸν Ῥοδανόν, ἢ τὴν λίμνην τὴν Λημένναν εἰς τὰ Ἑλουηττίων πεδία, κἀντεῦθεν εἰς Σηκοανοὺς ὑπέρθεσις διὰ τοῦ Ἰόρα ὄρους, καὶ εἰς Λίγγονας· διά τε τούτων ἐπ' ἄμφω καὶ ἐπὶ τὸν Ῥῆνον καὶ ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν δίοδοι σχίζονται. ἔτι φησὶ Πολύβιος ἐφ' ἑαυτοῦ κατ' Ἀκυληΐαν μάλιστα, ἐν τοῖς Ταυρίσκοις τοῖς Νωρικοῖς, εὑρεθῆναι χρυσεῖον οὕτως εὐφυὲς, ὥστ' ἐπὶ δύο πόδας ἀποσύραντι τὴν ἐπιπολῆς γῆν, εὐθὺς ὀρυκτὸν εὑρίσκεσθαι χρυσόν. τὸ διώρυγμα δὲ μὴ πλειόνων ὑπάρχειν ἢ πεντεκαίδεκα ποδῶν. εἶναι δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸν μὲν αὐτόθεν καθαρὸν, κυάμου μέγεθος ἢ θέρμου, τοῦ ὀγδόου μόνου ἀφεψηθέντος, τὸν δὲ δεῖσθαι μὲν χωνείας πλείονος, σφόδρα δὲ λυσιτελοῦς. συνεργασαμένων δὲ τοῖς βαρβάροις τῶν Ἰταλιωτῶν ἐν διμήνῳ, παραχρῆμα τὸ χρυσίον εὐωνότερον γενέσθαι

γενέσθαι παρὰ τρίτῳ μέρει καθ' ὅλην τὴν Ἰταλίαν. αἰσθανομένους δὲ τοὺς Ταυρίσκους, μονοπωλεῖν ἐκβάλλοντας τοὺς συνεργαζομένους. Ἀλλὰ νῦν ἅπαντα τὰ χρύσεια, ὑπὸ Ῥωμαίοις ἐστί. Κἀνταῦθα δ' ὥσπερ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, φέρουσιν οἱ ποταμοὶ χρυσοῦ ψῆγμα πρὸς τῷ ὀρυκτῷ, οὐ μέντοι τοσοῦτον. Ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ περὶ τοῦ μεγέθους τῶν Ἄλπεων καὶ τοῦ ὕψους λέγων, παραβάλλει τὰ ἐν τοῖς Ἕλλησιν ὄρη τὰ μέγιστα, τὸ Ταΰγετον, τὸ Λύκαιον, Παρνασσόν, Ὄλυμπον, Πήλιον, Ὄσσαν, ἐν δὲ Θρᾴκῃ Αἷμον, Ῥοδόπην, Δούνακα. Καὶ φησίν, ὅτι τούτων μὲν ἕκαστον μικροῦ δεῖν αὐθημερὸν εὐζώνοις ἀναβῆναι δυνατόν, αὐθημερὸν δὲ, καὶ περιελθεῖν· τὰς δ' Ἄλπεις, οὐδ' ἂν πεμπταῖος ἀναβαίη τις. τὸ δὲ μῆκος ἐστὶ δισχιλίων καὶ διακοσίων σταδίων, τὸ παρῆκον παρὰ τὰ πεδία. Τέτταρας δ' ὑπερβάσεις ὀνομάζει μόνον. διὰ Λιγύων μὲν τὴν ἔγγιστα τῷ Τυρρηνικῷ πελάγει· εἶτα τὴν διὰ Ταυρίνων, ἣν Ἀννίβας διῆλθεν. εἶτα τὴν διὰ Σαλασσῶν. τετάρτην δὲ, τὴν διὰ Ῥαιτῶν, ἁπάσας κρημνώδεις. Λίμνας δὲ εἶναι φησὶν ἐν τοῖς ὄρεσι πλείους μὲν, τρεῖς δὲ μεγάλας. ὧν ἡ μὲν Βήνακος ἔχει μῆκος πεντακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ ἑκατὸν πεντήκοντα, ἐκρεῖ δὲ ποταμὸς Μίγκιος. ἡ δ' ἑξῆς Οὐερβανὸς, τετρακοσίων, πλάτος δὲ στενοτέρα τῆς προτέρας. ἐξίησι δὲ ποταμὸν τὸν Τίκινον. τρίτη δὲ Λάριος μῆκος ἐγγὺς τριακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ τριάκοντα, ποταμὸν δὲ ἐξίησι μέγαν Ἀδούαν. πάντες δ' εἰς τὸν Πάδον συρρέουσι. Τοσαῦτα καὶ περὶ τῶν ὀρῶν ἔχομεν λέγειν τῶν Ἀλπινῶν.

uiſſent, ſtatim auri precium fuiſſe per totam Italiam triente deminutum. quod cum ſentirent Taurisci, eiectis eos operarum ſocijs ſolos aurum coëmiſſe. Nunc omnia iſta auri metalla Romani poſsident. Iis autem in locis, ut in Hiſpania quoque præter foſsile aurum, in fluuijs etiam ramenta auri, tametſi non tanta quantitate, inueniuntur. Idem Polybius de Alpium magnitudine & altitudine uerba faciens, cum ijs maximos Græciæ montes contendit, ut Taygetum, Lycæum, Parnaſſum, Olympum, Pelium, Oſſam, & de Thraciæ montibus Aemum, Rhodopen, Dunacem. aitque horum quemque unius diei ſpacio expeditum uiatorem ferè cōſcendere, tantodemque ſpacio ambire poſſe. at Alpes ne intra quintum quidem diem conſcendi à quoquam poſſe. & longitudinem iuxta campeſtria porrectam eſſe CIↃ CC ſtadiorum. Quatuor etiam tantummodó earum tranſitus nominat. per Ligures, proximè Etruſcum mare: per Taurinos, quo Annibal uſus per Salaſſos: & quartum per Rhetos. eosque omnes ait eſſe præcipites. Lacus in Alpibus ait eſſe complures, tres tamen magnos. quorum Benacus in longum IↃ ſtadia occupet, in latum CL. ex hoc Mincius effluit. Poſt hunc Verbanus, CCCC ſtadiorum longitudine, anguſtior aliquanto prius dicto. is amnem emittit Ticinum. Tertius eſt Larius, longus ferè CCC, latus XXX. is Adduam magnum flumē emittit. Hi autem fluuij omnes in Padum confluunt. Atq; hæc habuimus, quæ de Alpinis diceremus montibus.

*Alpium magnitudo.*

*Lacus in Alpib.*

# IN LIBRVM QVARTVM STRABONIS ANNOTATA, INTERPRETIS.



Rgumentum, quia Strabonis non est, omittendū potiùs quam corrigendum duxi. Ex fine præcedentis libri satis apparet quid sit descripturus hoc libro: nempe Galliam, χρυσομαθθῶν scriptor hunc librū tertiū facit.

1 Rhenum accolentes.] In Græco est καὶ τὰς Ἄλπεις. & Alpes, quod omisi, & expunctum uelim. nemo enim nescit quàm procul ab Alpibus absint Belgæ septentrionem uersus Gallorum ultimi: cùm illis Gallia nihil habeat meridionalius. Cæsaris descriptio in manibus est. mox. auctis decem.] Ἑπτάρας suspectum mihi est. fortè ἑπτά, septem. Consule historicos.

2 Vt dictum est.] Vbi? malim ὥσπερ εἰρήσεται. ut dicetur, sed & postea de Varo fluuio ait ὡς εἴπομεν πρότερον, cùm tamen nulla eius in præcedentibus, hodie quidem, aut nostro saltem in libro extet mentio.

3 Rhoen Agatham.] Ῥόην ἀγαθὴν. fortè ῥοήν. ut sit Boni fluxus. hæc Plinio & Stephano est Agatha, itemq; Ptolemæo Ἀγαθὴ πόλις. Timosthenes apud Stephanum Ἀγαθὴν τύχην uocat, bonam fortunam. ut fortaßis hic quoque τύχην pro ῥοήν sit scribendum. Ridiculè hunc locum interpres corruperat, Agathæ ignoratione. Sextius porrò, fuit C. Sextius Caluinus. circa annum V. C. IↃCXXV. Epit. Liuij 61. Velleius, alij.

4 Mons Sigius.] Σίγιον. Ptolemæus habet Σήτιον, Setium. Ilybyrris Plinio est Illiberis. 3. 4. apud Ptolemæum legitur Ἴλλιβερις, corruptè puto. Apud Plinium porrò Araris malè scribitur in fluuiorum Narbonensium censu, cum is fluuius procul inde per Sequanos & Heduos in Rhodanum influat. Cæsar. 1. bell. Gall. Legendum est Arauris. Ptolemæus enim Ἀραύρι© habet, ubi Strabo ῥαύραρις, incuria librarij, pro Ἀραύραρις, & quem nos Obrin habemus est Ptolemæo Ὄροβι©. pro κεστρεῖς noster habebat manum ζεῖς: 

Plinius correctus.

5 Biltera.] Nolui mutare. sed est legendum uel Blitera cum Plinio, uel Bætira (. aut pluraliter Bliteræ, Bætiræ.) cum Ptolemæo. uide Stephanum in BAETARRA. post μεσῶν pro μέσον & ὕδατα pro ὕδατι ex epitoma, sensu suffragante. quid autem est μελεμβόριον; βόρειον legi item κατακλᾶσθαι.

† Cæsar & Plinius.

6 Sed fragmenta.] Ἀλλ' inserui ob sensum. locus habet aliquid uitij: Versus autem qui sequuntur Aeschylei, desumti sunt ex Prometheo soluto seu uinculis liberato, quod doctißimus uir & pulcerrimè de litteris meritus Henricus Stephanus in annotationibus suis Aeschyleis ingeniosißima coniectura docuit. Quanquam coniectura ne opus quidem est, cùm Dionysius Halicarnassensis, tres primos horum uersuum nominatim citet ex Aeschylo ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ: libro primo antiquitatum Romanarum. quos & inde emendaui. μέμψει secunda persona Atticè dici norunt eruditi. reliquos in Aldino luxatos, iam antè quidam metri leges secutus restituerat. Rarum est diuisio uocis compositæ ξυμβαλὼν in duos uersus. sed tamen etiam Horatius Sic 1. Sat. 2.—quid inter Est in matrona—&c. Illud tamen quod de mollicie loci dicit, non satis assequor. & fortè legendum est ἔσ' οὐ μαλθακός.

7 Marius.] In Græco erat Timæus inculcatus. uerùm ex historijs notum est Ambrones Cimbrorum socios à Mario deuictos esse. & huius ipsius à Mario facti operis Plutarchus in eius uita meminit disertißimè: qui autem sint Τωΰγενοί, nescio. Teutonum aut Tigurinorum nomen historiæ quadraret. nam Orosius horum quoque meminit in hac explicanda. Sed longè utrumque à scriptura abest. cogitaui aliquando legendum Τυγενῶν, Tugensium, ζῦγερ, qui sunt Tigurinorum uicini. Infrà ἀπὸ Πυρηνῆς ἀπὸ Μασσ.] Posterius ἀπὸ in τῶν muta, & Maßiliam quarto casu scribe. mox Taurentium scripsi, ut suprà. hic erat Ταυροέντιον, Tauroëntium. ut & Ptolem. habet.

8 Cauarum.] Sic emendaui ex alijs geographis. sunt autem pleraque nomina ualdè corrupta, & suspecta. ut Iconij, Pedyli: qui infrà non procul fine libri Siconij & Medoali leguntur. Infrà Cn. Domitius.] Hunc locum correxi ex historia, quæ extat in Liuiana epitoma LXa, & apud Orosium lib. 5. cap. 13. & alios. illi autem habent non Vndalum, sed Vindalium.

9 Conualles.] Αὐλῶνας, noster ἀλῶνας; Aldus ἀλῶνας.

Mox ab Alpibus.] Interpres pro ἄνω τῶν πόλεων legit aliquid de Alpibus. ipse puto scribendum ἀπὸ τῶν Ἄλπεων, ab Alpibus, Segusianos scripsi pro Σεγγυσιανὴν. † Cæsar lib. 1. de bello Gallico. Ab Allobrogibus in Segusianos (. malè legunt qui Sebusianos ibi legunt.) exercitum ducit. Hi sunt extra prouinciam trans Rhodanum primi &c. Σεγουσιανοὶ sunt etiam apud Ptolemæum hoc ipso loco. Eosdem pro nescio quo Engosiaborum monstro reposui, secutus Plinium 4. 18. Vbi tamen Secusiani legitur quod non moror.

Lineæ

Lincasios autem suspicor esse qui Latinis sunt Lingones. Si nomen mendo caret.

10 Et Cauaros.] Καβύαρες habetur. Sed eos nullibi inuenio, cùm Cauari seu Cauares sint celebres, & suprà commemorati. ita lego Καυάρες.

11 Quem isthmum.] Ὡς φησιν. lego ὅν φησιν, ut ad isthmum referatur, aliàs aliquid deesse dixeris.

12 Caletos.] Υαδέτες est in Græco, Hyadetos. quos si inueneris alibi, meos Caletos expunxeris. horum Cæsar meminit, & iuxta Lexobios Plinius 4.18. nisi quod ferè Galleti legũtur, inscitia typographica. quis nescit Kales adhuc nomen retinere.

13 Ioscos.] Hos οὐιβίσκες Ptolemæus uocat, Vibiscos. apud Plinium legitur Vbisci, sed Xantonum cognomentum. itaq; hîc & apud eum uelim sequi lectionem Ptolemæi. Nannetes scripsi ex Cæsare & Plinio, ubi est Ναμνιτῶν. Ptol. Ναμνῆται κορβῆλων an βι sit scribendum nescio.

14 Locus hic est deprauatus, ut & pleraq; nomina in Stephano nostro. de quibusdam eorum meas exposui coniecturas.] Lugdunum quidem aliud hoc est à noto illo & celebri ad Rhodanum emporio. nimirum id quod etiam Ptolemæus in Aquitania descriptionis fine posuit, & Cucuenis Pyrenæ uicinis tribuit, Κυκυένοις. uocem enim Latinam non potuit exprimere librarius. Strabo autem eam Græcè reddidit, σύγκλυδας (.quæ uox sanè placet, estq; apud Suid explicata. ne quis in συγκλύδων mutet sciolus. per υ omnino scribẽda est) uocans, conuenas, colluuiẽ. Cõuenas etiã Plin. uocat. et uidẽdum Monosi ne sint eius, quos hîc Ὀνησιῶν legunt. Pro Psauscijs reddidi Auscios. Ἔλυοι fortè sunt, qui Plinio Elusates. Vellaios Ptolemæus Velaunos uocat, οὐελαῦνοι. & Cæsar Vellaunios Cadurcis ac Gabalis adscribit lib. 7. bell. Gall. Aruernis addictos.

15 Genabu.] Erat monstrum hæc παρ᾽ ἀκμήναβον. Locum ex lib. 8. de bello Gallico restitui. Sed & Ptolemæus Genabum Carnutum nouit. Κήναβον enim malè scribitur. Locum quoq; de Alex. ex Cæsare correxi. VII. de bello Gallico. & Dionis XL. Bituitum ex Liuij epit. LXI, Floro, alijs.

16 A fontibus.] Ἀπὸ τῆς πηγῆς. fortè λίμνης. lacu, scilicet Lemanno. Post. Sitæ inter Rhodanum & Dubin.] Καιμῶν in κειμένου mutaui. notum est enim Lugduno hunc situm non congruere. quanquam ne Segusiani quidẽ uidentur ad Dubin ullo modo pertinere, siti (.ut ex Ptolemæo & alijs apparet.) inter Cemmenum montem & Rhodanũ quá is à Lugduno delabitur.

17 Cabullinum.] Cæsar extremo septimo de bell. Gall. Cabillonum. Idem lib. primo. In primis quòd Heduos fratres consanguineosq; sæpenumero ab Senatu appellatos &c. Lucanus lib. 1. Aruernios hoc sibi sumsisse scripsit. Pòst in Adula.] pro ἀδούλα scribendum Ἀδούλα, quod infrà utcunq; rectius est scriptum Ἀδούλας. Sed & Aetuatios non concoquo. & planè puto legendum Ναντουάτοι, Nantuates. hos enim Cæsar lib. IV. bell. Gallici primo loco numerat de populis loquens, per quos Rhenus defluit. meminit infrà Strabo, etsi Ναυ pro Ναρ legitur falsò, ut innumera alia. Ceretos quoq; non noui. itaque legi καὶ Ραιτοὶ, καὶ Οὐινδέλικοι.

18 Osismij.] Ex Cæsare & Plinio correxi. Cæterùm apud Homerum Paphlagones Heneti uocant. Iliad. β. 852. & digamma Aeolicum aliâs in H, aliâs in V consonantem mutari, alibi annotauimus. uide infrà libro quinto.

19 Soliq̃ue adeò.] Ὥστε μόνους, pro οὔτε scripsi. quod & interpres habet, & sensus exigit.

20 Locus haud dubiè uitiosus, præcipuè in uerbis.] Ῥωμαῖοι, quod Belgici alicuius populi loco substitutum apparet, & τρέφουσι ποίμνας fortè φέρουσι λαίνας. Videtur autem rhenones describere, leibbeltz, infra superiorem uestem proximè cutim supra indusium gestatos. Lanam autem ἀκρόμαλλον intelligo lõgis pilis, ut quæ ad ipsam cutem pecudis detõsa sit, zottet beltzwerck, pro μόρις porrò epitome, etiã scripta habet μάαρις. utraq; uox mihi ignota.

21 Cumq̃ue horum.] Iudiciorum ne an Druidarum? ambiguitatem Græcorum uerborum imitatus sum. Samniticas autem mulieres, quarum infrà mentio, apparet prauè scribi.

22 In Belgico.] Non Κελτικῆς legendum sed Βελγικῆς, φιλόνεικοι pro φιλόνικοι, ex epitomis.

23 Essedorum.] Ἀπήνεια non crudelitas, hîc quidem est, ut putauit interpres. sed παρὰ τὴν ἀπήνην effectum collectiuum, ut alia quædam. Cæsar de hac ipsa re lib. 4. bell. Gall. Essedarijs (quo plerunq; genere in prœlijs uti consueuerunt, &c.

24 Tolerantiam non.] Τελντεούπως, legebatur οὕτως. Ego existimo me sententiam, præsertim ex ijs etiam quæ suprà de eadem sunt disputata insula, tenuisse. uox ἀλλυγούρια quid sit, non assequor adhuc. interpres electrum posuit: legit enim λιγγούριον ex loco, qui mox sequetur. idq; probo. Mox de Hibernia: latior quàm longior μᾶλλον δὲ λέγω. quod quadrabit si ab austro ad Boream supputetur latitudo. sin maius latus longitudinem uocare uelis, μᾶλλον ἢ lege longior quàm latior. Vide posteriores, Plinium præsertim 4.16.

25 Gegenij.] Γεγήνιοι. in præsentia nihil habeo quod statuam de hac uoce, uereor autem ut sit genuina. Lyncurium quod scripsi, Lingurium est in Græco. uide Plinium 8.38. & 37.2.3. Alpes & Liguriam si contemplari libet, Ptolemæi tabulam Italiæ inspice,

*sextam Europæ, & à nobis libro sequenti præfixam.* Mox.

Galloligures.] *Lego enim* κελτολίγυες, *non* κελτοὶ λίγυας, *quod credo facilè probatum iri sententiam loci perpendentibus. Sed uox* Δυρίων⊗ *haud dubiè praua est. neque satis uideo quid scribi debeat.*

26 Ac munitos.] *Sequitur* ὧν ἔχουσιν ἐκεῖνοι, *quod quid sit non uideo, si non est* πλεονασμῷ *idem quod antè dictum. mox pro* Ἴππαρχ⊗ *lege* ἔπαρχ⊗, *uel* ὕπαρχος. *Siconij mihi suspecti sunt, suprà Iconij legebatur, minus etiam, puto, rectè: & pro Medoalis Pedyli, mox* μέδουλλι. *sunt Medulli, quorum inter Alpinas gentes Plin. meminit. 3.20. & Ptolem. in Narbonensi iuxta Allobroges. ut ex eodem pro Siconijs, Segalauni intelligendi uideantur. Sed hic amplius. quod autem Medulli dicuntur supra confluentes Isaræ & Rhodani siti, intelligendum est eregione, & ut sic dicam, eadem eleuatione poli in Alpibus, in qua Narbonensi Gallia procul inde isti confluentes. Sic etiam intelligendum est quod de Lemanno lacu dicitur, qui* πελαμῶνα *monstrosè dicitur. & paulo post* λιμνὴ λιμῶνα. *De Ideonni & Cottij terra nihil inuenio.*

27 Breunis & Genannis.] *Erat* βρέγκων καὶ γενανύων. *Cur* βρεύνων *legam, ostendi in Stephano. Lego autem Genaunos,* γενάυνων, *cùm quia ita apud Horatium legitur 4. Od: 14. ubi coniunctim iidem horum mentio fit: tum quia apud Plinium libro tertio, cap. 20. legitur in Alpinarum recensione gentium, Breuni. Naunes, pro Genaunes puto. tum quia facilè fuit* γ *in* τ *mutari à librario, &* υ *pro* υυ *scribi. qui errores passim occurrunt. Apud Ptolemæum quoque uel* Λεῦνοι *uel* Βελαῦνοι *sunt mendosi. scribendumque crediderim pro priore* Βελαῦνοι (*Velaunas habet Plin. ibidem.*) *pro posteriore, quod ex priore sit corruptum,* γεναῦνοι.

Horatij Pliniiq; locus,

28 In Isaram.] *Hic locus mirificè corruptus est, quod ad nomina fluuiorum attinet, quæ ex Apennino Sic in Adriam, fluētia, nullibi extāt. nam Atesis quidē in Istrum minimè exit. Cogitaui* Ἀτεσινὸς *fortassis esse Ticinum. & pro Istro Padum legendum. Sed hoc nihil sufficit ad totum sanandum morbum.*

29 Quam Saus.] ὁ Ῥῆνος αὐτὸς, *falsissimum. de Sao quidem uerum. uide Plin. 4.25. Interpres Oenum. Sanè Oeneus,* Οἰνεὺς, *in Illyrico fluuius à Ptolemæo nominatur. Colapin autem ex Plinio restitui, is Dionis. lib. IL. est* Κόλαψ.

30 Santones usque.] *Legebant* μέχρις αὐτῶνων. *Sunt & sequentia magis quàm uellem mendosa, & ut puto mutila. quò enim refertur illud* ἐπειφοσι πολυε. *nisi* ἔτι *legas. & de itinere altero sententiam puto me expressisse, cùm uerba corrigere non auderem. Vbi autem est mons Dunax? In extremo libro nomina Ticini & Adduæ erāt transposita, & cùm non semel Strabo hoc ipso & sequenti libro Adduæ Larium tribuat, non trepidè mendum sustuli. Vide Plinium 3.19. alibi, & alios.*

STRABO

FINIS.

# ΣΤΡΑ´ΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩ͂Ν ΒΙΒΛΙ´ΟΝ ΠΕ´ΜΠΤΟΝ.

## ὙΠΟ´ΘΕΣΙΣ.

ἐν τῷ πέμπτῳ τὰ περὶ Ἰταλίαν ἀπὸ τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων, μέχρι τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ καὶ Ταραντίνου κόλπου, καὶ τοῦ Ποσειδωνιάτου. ἐν οἷς Βενετία, Λιγουρία, Πίκηνον, Τουσκία, Ῥώμη, Καμπανία, Λευκανία, Ἀπουλία, καὶ ὅσαι νῆσοι τῇ ταύτης θαλάσσῃ παράκεινται ἀπὸ Γενούτων μέχρι Σικελίας.



ΜΕΤΑ` δὲ τὴν ὑπώρειαν τῶν Ἄλπεων, ἀρχὴ τῆς νῦν Ἰταλίας. οἱ γὰρ παλαιοὶ τὴν Οἰνωτρίαν, ἐκάλουν Ἰταλίαν, ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ, μέχρι τοῦ Ταραντίνου κόλπου, καὶ τοῦ Ποσειδωνιάτου διήκουσαν. ἐπικρατῆσαν δὲ τοὔνομα, καὶ μέχρι τῆς ὑπωρείας τῶν Ἄλπεων προὔβη. προσέλαβε δὲ καὶ τῆς Λιγυστικῆς, μέχρι Οὐάρου ποταμοῦ καὶ τῆς ταύτῃ θαλάσσης, ἀπὸ τῶν ὁρίων τῶν Τυρρηνικῶν καὶ τῆς Ἰστρίας μέχρι Πόλας. εἰκάσειε δ᾽ ἄν τις εὐτυχήσαντας τοὺς πρώτους ὀνομασθέντας Ἰταλοὺς, μεταδοῦναι καὶ τοῖς πλησιοχώροις, εἶθ᾽ οὕτως ἐπίδοσιν λαβεῖν, μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας. ὀψὲ δέ ποτε ἀφ᾽ οὗ μετέδοσαν Ῥωμαῖοι τοῖς Ἰταλιώταις τὴν ἰσοπολιτείαν, ἔδοξε καὶ τοῖς ἐντὸς Ἄλπεων Γαλάταις, καὶ Ἐνετοῖς, τὴν αὐτὴν ἀπονεῖμαι τιμὴν, προσαγορεῦσαι δὲ καὶ Ἰταλιώτας πάντας καὶ Ῥωμαίους. ἀποικίας τε πολλὰς στεῖλαι, τὰς μὲν πρότερον, τὰς δ᾽ ὕστερον, ὧν οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν ἀμείνους ἑτέρας. ἑνὶ μὲν οὖν σχήματι συμπᾶσαν τὴν νῦν Ἰταλίαν, οὐ ῥᾴδιον περιλαβεῖν γεωμετρικῶς. καίτοι φασὶν ἄκραν εἶναι τρίγωνον ἐκκειμένην πρὸς νότον καὶ χειμερινὰς ἀνατολὰς, κορυφουμένην δὲ πρὸς τῷ Σικελικῷ πορθμῷ, βάσιν δ᾽ ἔχουσαν τὰς Ἄλπεις, συγχωρῆσαι δὲ καὶ τῶν πλευρῶν μίαν, τὴν ἐπὶ τὸν πορθμὸν τελευτῶσαν, κλυζομένην δ᾽ ὑπὸ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους. τρίγωνον δὲ ἰδίως τὸ εὐθύγραμμον καλεῖται σχῆμα. ἐνταῦθα δὲ καὶ αἱ βάσεις, καὶ αἱ πλευραὶ περιφερεῖς εἰσίν, ὥστε εἰ φημὶ δεῖν συγχωρεῖν, περιφερογράμμου σχήματος θετέον καὶ τὴν βάσιν καὶ τὴν πλευράν. συγχωρητέον δὲ καὶ τὴν λόξωσιν ταύτης τῆς πλευρᾶς τὴν ἐπὶ τὰς ἀνατολάς. τ᾽ἄλλα δ᾽ οὐχ ἱκανῶς εἰρήκασιν, ὑπο-

# STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER QVINTVS.

## ARGVMENTVM.

*Quinto uolumine describuntur, quæ ab Alpium radicibus sunt usque ad fretum Siculum, sinumq; Tarentinum, at Posidoniatem, atque Pæstanum. In his hæ regiones sunt, Venetia, Liguria, Picenum, Lucania, Thuscia, Roma, Campania, Apulia. Insulæ etiam quotquot in Italico mari à Genua ad Siciliam sitæ sunt, enumerantur.*



POST Alpium radices initium est eius quę nunc appellatur Italiæ. Prisci enim Oenotriam uocarunt Italiam, quidquid terræ à Siculo freto usque ad sinum Tarentinum & Posidoniatem tendit. quod nomen deinde ita obtinuit, ut usque ad Alpium radices proferretur. occupauit etiam Liguriam usque ad Varum flumen & mare quod à finibus Etruriæ eò pertinet, & Istriam usque ad Polam. Probabile est, eos qui primum Itali sunt appellati, ob res secundas nomen cum finitimis communicasse, idq; deinde ita auctum, tantisper dum ad Romanos summa rerum peruenit. Tandem etiam, cum Romani Italos in societatem ciuitatis recepissent, placuit eodem honore dignari Gallos cisalpinos, & Venetos, omnibusq; Italorum & Romanorum nomen tribuere, & diuersis temporib. colonias condere, quibus præstantiores alias haud facilè dixeris. Non in procliui est totam Italiam geometrica una aliqua figura describere. quanquam dicunt eam esse promontorium trianguli forma porrectum uersus meridiem & ortum hybernum, cuius mucro sit ad Siculum fretum, Alpes pro basi. * 1 concedere autem etiam alterum latus quod Tyrrheno mari alluitur, & Siculo mari finitur. Atqui triangulum propriè dicitur figura tribus rectis lineis contenta. hîc & basis, & latera circumferentias habent. itaque si concedendum est Italiam esse forma trianguli, addendum, eius cuius & basis & latera circumductis describantur lineis, concedenda est etiam lateris uersus orientem incuruatio. Reliqua non fa-

*Italiæ nomen.*

*De forma eius Italiæ.*

1

tis apte dixerunt, unum latus ponentes à sinus Adriatici intimo usque ad fretum. Latus enim dicimus lineam absque ullo angulo. quod fit, cum partes inuicem aut omnino non inclinantur, aut leuiter admodum. At linea ab Arimino ad Iapygium promontorium, & linea eodem à freto ducta, ad angulum non leuiter in se inuicem inclinantur. idemque sentio de lineis ab intimo Adriæ & Iapygio ductis, quę circa Ariminum & Rauennam concurrentes, angulum faciunt, aut saltem circumferentiam minimè negligendam. Itaque litus ab Adriæ intimo ad Iapygium si pro uno latere ponendum sit, recta linea non erit. Ab Iapygio autem ad fretum aliud porrò describetur latus, ne ipsum quidem rectilineum. At sic quadrilatera potius quàm triquetra erit figura, nullo modo triangula, nisi impropriè loqui uelis. Præstat autem fateri, figurarum quæ geometricis figuris non respondent, non facilè posse tradi circumscriptionem. singulatim autem ita licet dicere, Alpium radices circumferentiam habere sinuosam, cauitate Italiæ obuersa. sinus medium est apud Salassos. extrema flectuntur partim usque ad fines & intimum Adriatici sinus, partim in oram Liguriæ usque ad Genuam Liguriæ emporium. quo loco Apenninus Alpibus committitur. Subiacet autem statim planicies insignis, CIↃ CIↃ C stadiorum longitudine & latitudine ferè æquali: cuius meridionale latus ora Venetorũ & Apenini parte ad Ariminũ & Anconẽ porrecta includitur. Apenninus enim à Liguria incipiens in Etruriam pergit, angustam oram maritimam excludens. inde paulatim in mediterranea recedens, ubi ad agrum Pisanum peruenit, ad orientem conuertitur, & Adriaticum mare, usque ad loca Arimino & Anconæ uicina, quæ Venetorum oræ maritimæ in eadem recta subiacent linea. His ergo finibus Gallia cisalpina includitur. Longitudo oræ maritimæ est IↃↃ CIↃ CCC stadio-
2 rum 2 cum montibus. latitudo paulo minus CIↃ. Reliqua Italia angusta est & in longum porrecta, inque duos exit uertices, quorum alter ad fretum Siculum, alter ad Iapygium est. stringitur autem ab una parte Adriatico, ab altera Tyrrheno mari. Similis autem forma sunt

σιν, ὑποθέμενοι μίαν πλευρὰν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου μέχρι τοῦ πορθμοῦ. πλευρὰν γὰρ λέγομεν τὴν ἀγώνιον γραμμήν. ἀγώνιος δ' ἐστὶν ὅταν ἢ μὴ συννεύῃ πρὸς τὰ ἄλληλα μέρη, ἢ μὴ ἐπὶ πολύ. Ἡ δὲ ἀπὸ Ἀριμίνου ἐπὶ τὴν ἄκραν τὴν Ἰαπυγίαν, καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἄκραν, πάμπολύ τι συννεύουσιν. ὁμοίως δ' ἔχειν οἴομαι καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Ἀδρίου, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Ἰαπυγίας. συμπίπτουσαι γὰρ ἐπὶ τοὺς περὶ Ἀρίμινον καὶ Ῥαβένναν τόπους, γωνίαν ποιοῦσιν· εἰ δὲ μὴ γωνίαν, περιφέρειάν γε ἀξιόλογον. Ὥστ' εἰ ἄρα τοῦτ' ἂν εἴη μία πλευρὰ ὁ παράπλους, ὁ ἀπὸ τοῦ μυχοῦ ἐπὶ τὴν Ἰαπυγίαν, οὐκ εὐθεῖα. τὸ δὲ λοιπὸν τὸ ἐνθένδε ἐπὶ τὸν πορθμόν, ἄλλην ἂν ὑπογράφοι πλευράν, οὐδὲ ταύτην εὐθεῖαν. οὕτω δὲ τετράπλευρον μᾶλλον, ἢ τρίπλευρον φαίη ἄν τις τὸ σχῆμα. τρίγωνον δ' οὐδ' ὁπωσοῦν, πλὴν εἰ καταχρώμενος. Βέλτιον δ' ὁμολογεῖν, ὅτι τῶν ἀγεωμετρήτων σχημάτων, οὐκ εὐπερίγραφος ἡ ἀπόδοσις. Κατὰ μέρος δ' οὕτως εἰπεῖν δυνατόν, ὅτι τῶν μὲν Ἄλπεων περιφερὴς ἡ ὑπώρειά ἐστι, καὶ κολπώδης, τὰ κοῖλα ἔχουσα ἐστραμμένα πρὸς τὴν Ἰταλίαν. τοῦ δὲ κόλπου τὰ μὲν μέσα πρὸς τοῖς Σαλασσοῖς ἐστι. τὰ δ' ἄκρα ἐπιστροφὴν λαμβάνει, τὰ μὲν μέχρι τῆς ἄκρας καὶ τοῦ μυχοῦ τοῦ κατὰ τὸν Ἀδρίαν, τὰ δ' εἰς τὴν Λιγυστικὴν παραλίαν μέχρι Γενούας, τοῦ τῶν Λιγύων ἐμπορίου, ὅπου τὰ Ἀπέννινα ὄρη συνάπτει ταῖς Ἄλπεσιν. ὑπόκειται δ' εὐθὺς πεδίον ἀξιόλογον πάρισόν πως ἔχον τὸ πλάτος καὶ τὸ μῆκος, σταδίων ἑκατὸν καὶ δισχιλίων. τὸ δὲ μεσημβρινὸν αὐτοῦ πλευρὸν κλείεται τῇ τε τῶν Ἐνετῶν παραλίᾳ, καὶ τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, τοῖς περὶ Ἀρίμινον, καὶ Ἀγκῶνα καθήκουσι. ταῦτα γὰρ ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς Λιγυστικῆς εἰς τὴν Τυρρηνίαν ἐμβάλλει, στενὴν παραλίαν ἀπολιπόντα· εἶτα ἀναχωροῦντα εἰς τὴν μεσόγαιαν κατ' ὀλίγον, ἐπειδὰν γένηται κατὰ τὴν Πισᾶτιν, ἐπιστρέφει πρὸς ἕω, καὶ πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἕως τῶν περὶ Ἀρίμινον καὶ Ἀγκῶνα τόπων, συνάπτοντα ἐπ' εὐθείας τῇ τῶν Ἐνετῶν παραλίᾳ. Ἡ μὲν οὖν ἐντὸς Ἄλπεων Κελτική, τούτοις κλείεται τοῖς ὅροις. καὶ ἔστι τῆς μὲν παραλίας τὸ μῆκος ὅσον τῶν σταδίων αὐτοῖς ἑξακισχιλίοις, μετὰ τῶν ὀρῶν. μικρὸν δ' ἔλαττον τὸ πλάτος τῶν χιλίων. Ἡ λοιπὴ δ' Ἰταλία, στενή, καὶ παραμήκης ἐστὶ κορυφουμένη διχῶς, τῇ μὲν πρὸς τὸν Σικελικὸν πορθμόν, τῇ δὲ πρὸς τὴν Ἰαπυγίαν. σφιγγομένη δ' ἑκατέρωθεν, τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἀδρίου, τῇ δ' ὑπὸ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους. Ἔστι δ' ὅμοιον τὸ σχῆμα τοῦ Α-

τοῦ Ἀδρίου καὶ τὸ μέγεθος τῇ Ἰταλίᾳ τῇ τε ἀφοριζομένῃ τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, καὶ τῇ θαλάττῃ ἑκατέρᾳ, μέχρι τῆς Ἰαπυγίας καὶ τοῦ ἰσθμοῦ τοῦ κατὰ τὸν Ταραντῖνον καὶ τὸν Ποσειδωνιάτην κόλπον. τό, τε γὰρ πλάτος τὸ μέγιστον ἀμφοῖν ἐστὶ περὶ χιλίους καὶ τριακοσίους σταδίους. τὸ δὲ μῆκος ἔλαττον, οὐ πολὺ τῶν ἑξακισχιλίων. ἡ λοιπὴ δ' ἐστὶν ὅσην κατέχουσι Βρέττιοι καὶ Λευκανοί. Φησὶ δὲ Πολύβιος, πεζῇ μὲν εἶναι τὴν παραλίαν τὴν ἀπὸ Ἰαπυγίας μέχρι πορθμοῦ καὶ τρισχιλίων σταδίων. κλύζεσθαι δ' αὐτὴν τῷ Σικελικῷ πελάγει. πλέοντι δὲ καὶ πεντακοσίων δέουσαν. Τὰ δὲ Ἀπέννινα ὄρη συνάψαντα τοῖς περὶ Ἀρίμινον καὶ Ἀγκῶνα τόποις, καὶ ἀφορίσαντα τὸ ταύτῃ πλάτος τῆς Ἰταλίας ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν, ἐπιστροφὴν λαμβάνει πάλιν, καὶ τέμνει τὴν χώραν ὅλην ἐπὶ μῆκος. μέχρι μὲν δὴ Πευκετίων καὶ Λευκανῶν, οὐ πολὺ ἀφίσταται τοῦ Ἀδρίου. συνάψαντα δὲ Λευκανοῖς, ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλατταν ἀποκλίνει μᾶλλον, καὶ λοιπὸν διὰ μέσων τῶν Λευκανῶν καὶ Βρεττίων διεξιόντα τελευτᾷ πρὸς τὴν Λευκόπετραν τῆς Ῥηγίνης καλουμένης. Τυπωδῶς μὲν οὖν εἴρηται περὶ τῆς νῦν Ἰταλίας ἁπάσης ταῦτα. πειρασόμεθα δὲ ἀναλαβόντες εἰπεῖν περὶ τῶν καθ' ἕκαστα. καὶ πρῶτον περὶ τῶν ὑπὸ ταῖς Ἄλπεσιν. ἔστι δὲ πεδίον εὔδαιμον σφόδρα, καὶ γεωλοφίαις εὐκάρποις πεποικιλμένον. διαιρεῖ δ' αὐτὸ μέσον πως ὁ Πάδος. καὶ καλεῖται τὸ μὲν ἐντὸς τοῦ Πάδου, τὸ δὲ πέραν. ἐντὸς μὲν ὅσον ἐστὶ πρὸς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, καὶ τῇ Λιγυστικῇ. πέραν δὲ τὸ λοιπόν. Οἰκεῖται δὲ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν Λιγυστικῶν ἐθνῶν καὶ τῶν Κελτικῶν, τῶν μὲν ὑπὸ τοῖς ὄρεσιν οἰκούντων, τῶν δ' ἐν τοῖς πεδίοις· τὸ δ' ὑπὸ τῶν Κελτῶν καὶ Ἐνετῶν. Οἱ μὲν οὖν Κελτοὶ τοῖς ὑπεραλπείοις ὁμοεθνεῖς εἰσι. Περὶ τῶν Ἐνετῶν, διττὸς λόγος. οἱ μὲν γὰρ καὶ αὐτούς φασι Κελτῶν εἶναι ἀποίκους τῶν ὁμωνύμων παρωκεανιτῶν. Οἱ δ' ἐκ τοῦ Τρωϊκοῦ πολέμου μετ' Ἀντήνορος σωθῆναι δεῦρό φασι τῶν ἐκ τῆς Παφλαγονίας Ἐνετῶν τινάς. μαρτύριον δὲ τούτου προφέρονται, τὴν περὶ τὰς ἱπποτροφίας ἐπιμέλειαν. ἣ νῦν μὲν τελέως ἐκλέλοιπε, πρότερον δὲ ἐτιμᾶτο παρ' αὐτοῖς ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ζήλου τοῦ κατὰ τὰς ἡμιονίτιδας ἵππους. τούτου δὲ καὶ Ὅμηρος μέμνηται·

Ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων.

Καὶ Διονύσιος ὁ τῆς Σικελίας τύραννος, ἐντεῦθεν τὸ ἱπποτροφεῖον συνεστήσατο τῶν ἀθλητῶν ἵππων· ὥστε καὶ ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησι γενέσθαι τῆς Ἐνετικῆς πωλείας, καὶ πολὺν χρόνον εὐδο-

ſunt Adriaticum mare, & Italia quæ monte Apennino, & utroque mari incluſa uſque ad Iapygiam & iſthmum Tarentino & Poſidoniatæ ſinubus interiecto protenditur. utriuſque enim maxima latitudo eſt CIↃ CCC circiter ſtadiorum, longitudo paulo minor IↃↃ CIↃ. Reſtat deinde ea Italię pars, quam Bruttij & Lucani tenent. Polybius ſcriptum reliquit terreſtre iter à Iapygio per oram ad fretum eſſe uel CIↃ CIↃ CIↃ ſtadiorum, ac eam oram mari Siculo allui. nauigationem autem ne IↃ quidem implere ſtadia. Enimuerò Apenninus ubi ad Ariminum & Anconam perrexit, ibique Italiæ latitudinem ab uno mari ad alterum definiuit, rurſum ſe conuertit, & reliquam Italiam per longum ſecat. Donec Peucetios & Lucanos attingat, non procul ab Adria reſcedit. apud Lucanos uerſum alterum mare incipit inclinare, ac deinceps per Lucanos & Bruttios in Leucopetram (. uox album ſaxum notat.) agri Rhegini deſinit. Hæc ergo Italiæ eſto uniuerſæ quædam delineatio. nunc ordine de ſingulis dicere aggrediemur, initio ſumto ab ea regione, quæ ſub Alpibus eſt ſita. *Galliæ Ciſalpinæ deſcriptio.* Eſt ea planicies admodum felix, & collibus terreſtribus frugiferis diſtincta. mediam ferè Padus diuidit, unde regionis pars Ciſpadana, quæ eſt ad Apenninum & Liguriam, reliqua Tranſpadana dicitur. Illam Liguſticæ & Gallicæ gentes colunt, partim in montibus degentes, partim in campeſtribus: hanc Galli & Veneti. Ac Galli quidem Gallorum tranſalpinorum ſunt gentiles. De Venetis duplex fertur ſententia. Quidam enim eos quoque Gallos faciunt, Gallorum Venetorum qui ad Oceanum habitant gentiles. *Veneti.* Alij è bello Troiano cum Antenore eò locorum euaſiſſe tradunt Venetorum Paphlagonum quoſdam. cui rei teſtimonium proferunt ſtudium alendorum equorum. quod nunc quidem planè abolitum eſt, quondam apud eos in precio fuit imitatione priſcorum qui procreandis mulis equas alebant. cuius etiã Homerus meminit.

È Venetis, mulis ubi multus agreſtib. ortus. *Iliad. β. 852.*

Dionyſius quoque tyrannus Siciliæ inde equorum ad certamina educãdorum armenta inſtituit: ut etiam apud Græcos pullorum Venetorum fama innotuerit, eoq; nomine Veneti

Veneti longo tempore claruerint. Vniuersa regio fluminibus abundat, ac paludibus, maximè Venetorum, cui & à mari aliquid accidit. Sola enim ferè ista pars nostri maris eodem quo Oceanus more afficitur, similesque eius æstibus affluxus refluxusque patitur. unde maior planiciei pars palus marina facta est, fossisque & aggeribus actis, quemadmodum in inferiore fit Aegypto, aqua hinc inde deriuatur: aliæque partes siccatę agriculturam experiuntur, aliæ nauigabiles sunt. Vrbium aliæ insularum more cinguntur aquis, aliæ alluuntur mari aliqua à parte. quæ in mediterraneis supra paludes sitæ sunt, in has fluminibus aduersis mirificæ sunt subuectiones. maximè Pado, qui cum sit maximus, sæpenumero imbribus & niuibus impletur, diffususque apud ostia in multas partes, obscurum efficit ostium, intratuque difficilis est. uerùm experientia etiam difficillima quæque superantur. Circa fluuium autem illum quondam, ut dixi, Galli habitabant plurimi: quorum maximæ gentes Boij & Insubres, & qui Romam aliquando subita incursione ceperunt Senones cum Gæsatis. Hos quidem postea temporis deleuerunt Romani: Boios autem suis domicilijs eiecerunt. qui deinde ad Istrum cum commigrassent, apud Tauriscos habitarunt, bellumque contra Dacos gesserunt, donec tota ipsorum gens funditus est excisa, & agrum qui ad Illyricum pertinet, desertum ac pecoribus pascuum uicinis reliquerunt. Insubres etiamnum extant, quorum fuit metropolis Mediolanum, pagus olim (nam per pagos habitabāt ea tempestate uniuersi.) nunc urbs est præclara, trans Padum, & Alpibus ferè contigua. In propinquo est Verona, ipsa quoque urbs magna, & his minores Brixia, Mantua, Regium, Comum. Fuit initio oppidum mediocre Comum. sed Pompeius Strabo Magni pater afflictam à suprà accolentibus Rhætis instaurauit. deinde C. Scipio ad tria colonorum millia adiecit. quibus iterum Diuus Cæsar IↃↃ addidit, de quibus IↃ fuerunt Græcorum nobilissimi. his & ius ciuitatis dedit, & inter colonos eorum nomina retulit. qui tamen Græci ibi sedes non posuerunt, sed coloniæ isti nomen reliquerunt, ut Nouocomenses oppidani omnes appellarentur. Propè est Larius lacus, quem Addua fluuius

*Comum.*
*Larius lacus.*

νον διευδοκιμῆσαι τὸ γένος. Ἅπασα μὲν οὖν ἡ χώρα ποταμοῖς πληθύει, καὶ ἕλεσι, μάλιστα δ' ἡ τῶν Ἐνετῶν. πρόσεστι δὲ ταύτῃ καὶ τὰ τῆς θαλάττης πάθη. Μόνα γὰρ ταῦτα τὰ μέρη, σχεδόν τι τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης, ὁμοιοπαθεῖ τῷ ὠκεανῷ, καὶ παραπλησίως ἐκείνῳ ποιεῖται τάς τε ἀμπώτεις καὶ τὰς πλημμυρίδας. ὑφ' ὧν τὸ πλέον τοῦ πεδίου, λιμνοθαλάττης γίνεται μεστόν, διώρυξι δὲ, καὶ παραχώμασι, καθάπερ ἡ κάτω λεγομένη χώρα τῆς Αἰγύπτου διοχετεύεται. καὶ τὰ μὲν ἀνέψυκται καὶ γεωργεῖται, τὰ δὲ διάπλους ἔχει. Τῶν δὲ πόλεων αἱ μὲν νησίζουσιν, αἱ δ' ἐκ μέρους κλύζονται. ὅσαι δὲ ὑπὲρ τῶν ἑλῶν, ἐν τῇ μεσογαίᾳ κεῖνται, τοὺς ἐκ τῶν ποταμῶν ἀνάπλους θαυμαστοὺς ἔχουσι, μάλιστα δ' ὁ Πάδος· μέγιστός τε γάρ ἐστι. καὶ πληροῦται πολλάκις ἔκ τε ὀμβρείων καὶ χιόνων. διαχεόμενος δ' εἰς πολλὰ μέρη περὶ τὰς ἐκβολὰς, τυφλὸν τὸ στόμα ποιεῖ, καὶ δυσείσβολός ἐστιν· ἡ δ' ἐμπειρία περιγίνεται καὶ τῶν χαλεπωτάτων. Τὸ μὲν οὖν ἀρχαῖον, ὥσπερ ἔφην, ὑπὸ Κελτῶν περιῳκεῖτο τῶν πλείστων ὁ ποταμός. μέγιστα δ' ἦν τῶν Κελτῶν ἔθνη Βοΐοι καὶ Ἴνσουβροι, καὶ οἱ τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐξ ἐφόδου καταλαβόντες Σένωνες μετὰ Γαισατῶν. τούτους μὲν οὖν ἐξέφθειραν ὕστερον τελέως Ῥωμαῖοι. τοὺς δὲ Βοΐους ἐξήλασαν ἐκ τῶν τόπων. μεταστάντες δ' εἰς τοὺς περὶ τὸν Ἴστρον τόπους, μετὰ Ταυρίσκων ᾤκουν πολεμοῦντες πρὸς Δάκας, ἕως ἀπώλοντο πανεθνεί. τὴν δὲ χώραν οὖσαν τῆς Ἰλλυρίδος μηλόβοτον τοῖς περιοικοῦσι κατέλιπον. Ἴνσουβροι δὲ καὶ νῦν εἰσί. Μεδιολάνιον δ' ἔσχον μητρόπολιν, πάλαι μὲν κώμην· ἅπαντες γὰρ ᾤκουν κωμηδόν· νῦν δ' ἀξιόλογον πόλιν, πέραν τοῦ Πάδου συνάπτουσάν πως ταῖς Ἄλπεσι. πλησίον δὲ, καὶ Βηρών· καὶ αὕτη πόλις μεγάλη. ἐλάττους δὲ τούτων Βρηξία, καὶ Μάντουα, καὶ Ῥήγιον, καὶ Κῶμον. αὕτη δ' ἦν μὲν κατοικία μετρία. Πομπήϊος δὲ Στράβων ὁ Μάγνου πατὴρ κακωθεῖσαν ὑπὸ τῶν ὑπερκειμένων Ῥαιτῶν συνῴκισεν. εἶτα Γάϊος Σκηπίων περὶ τρισχιλίους προσέθηκεν. εἶτα ὁ θεὸς Καῖσαρ πεντακισχιλίους ἐπισυνῴκισεν. ὧν οἱ πεντακόσιοι τῶν Ἑλλήνων ὑπῆρξαν οἱ ἐπιφανέστατοι. τούτοις δὲ καὶ πολιτείαν ἔδωκε, καὶ ἐνέγραψεν αὐτοὺς εἰς τοὺς συνοίκους. οὐ μέντοι ᾤκησαν αὐτόθι, ἀλλὰ καὶ τοὔνομά γε τῷ κτίσματι ἐκεῖνοι καταλέλοιπον. Νεοκωμῖται γὰρ ἐκλήθησαν ἅπαντες· τοῦτο δὲ μεθερμηνευθὲν Νοβουμκώμουμ λέγεται. Ἐγγὺς δὲ τοῦ είου τούτου λίμνη Λάριον καλουμένη. πληροῖ δ' αὐτὴν ὁ Ἀδούας πο-

ταμός, εἶτ' ἐξίησιν εἰς τὸν Πάδον, τὰς δὲ πηγὰς ἔχων ἐν τῷ Ἀδούλᾳ ὄρει, ὅπου καὶ ὁ Ῥῆνος. Αὗται μὲν οὖν πολὺ ὑπὲρ τῶν ἑλῶν ᾤκισται. πλησίον δὲ τὸ Πατάβιον, πασῶν ταύτῃ ἀρίστη τῶν πόλεων. ἣν νεωστὶ λέγεται τιμήσασθαι πεντακοσίους ἱππικοὺς ἄνδρας. καὶ τὸ παλαιὸν δὲ ἔστελλε ιβ μυριάδας στρατιᾶς. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῆς πεμπομένης κατασκευῆς εἰς τὴν Ῥώμην κατ' ἐμπορίαν, τῶν τε ἄλλων καὶ ἐσθῆτος παντοδαπῆς, τὴν εὐανδρίαν τῆς πόλεως καὶ τὴν εὐτυχίαν. ἔχει δὲ θαλάττης ἀνάπλουν ποταμῷ διὰ τῶν ἑλῶν φερομένῳ σταδίων ν̄ καὶ σ̄ ἐκ λιμένος μεγάλου. καλεῖται δ' ὁ λιμὴν Μεδόακος ὁμωνύμως τῷ ποταμῷ. Ἐν δὲ τοῖς ἕλεσι μεγίστη μὲν ἡ Ῥαβέννα, ξυλοπαγὴς ὅλη, καὶ διάρρυτος, γεφύραις καὶ πορθμίοις ὁδευομένη. δέχεται δ' οὐ μικρὸν τῆς θαλάττης μέρος ἐν ταῖς πλημμυρίσιν, ὥστε καὶ ὑπὸ τούτων καὶ ὑπὸ ποταμῶν εἰσκλυζόμενον τὸ βορβορῶδες πᾶν, ἰᾶται τὴν δυσαερίαν. οὕτω γοῦν ὑγιεινὸν ἐξήτασται τὸ χωρίον, ὥστε ἐνταῦθα τοὺς μονομάχους τρέφειν καὶ γυμνάζειν ἀπέδειξαν οἱ ἡγεμόνες. ἔστι μὲν οὖν καὶ τοῦτο θαυμαστὸν τῶν ἐνθάδε, τὸ ἐν ἕλει τοὺς ἀέρας ἀβλαβεῖς εἶναι, καθάπερ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ τοῦ θέρους ἡ λίμνη τὴν μοχθηρίαν ἀποβάλλει διὰ τὴν ἀνάβασιν τοῦ ποταμοῦ, καὶ τὸν τῶν τελμάτων ἀφανισμόν. Ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τὴν ἄμπελον πάθος, θαυμάζειν ἄξιον. φύει μὲν γὰρ αὐτὴν τὰ ἕλη, καὶ ποιεῖ ταχὺ, καὶ πολὺν ἀποδιδοῦσαν καρπόν. φθείρεται δὲ ἐν ἔτεσι τέτρασιν ἢ πέντε. Ἔστι δὲ καὶ τὸ Ἄλτινον ἐν ἕλει, παραπλήσιον ἔχον τῇ Ῥαουέννῃ τὴν θέσιν. μεταξὺ δὲ Βούτριον τῆς Ῥαουέννης πόλισμα· καὶ ἡ Σπίνα, νῦν μὲν κωμίον, πάλαι δὲ Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος. θησαυρὸς γοῦν Σπινιτῶν ἐν Δελφοῖς δείκνυται, καὶ τἆλλα ἱστορεῖται περὶ αὐτῶν, ὡς θαλαττοκρατησάντων. φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ θαλάττῃ ὑπάρξαι· νῦν δ' ἐστὶν ἐν μεσογαίᾳ τὸ χωρίον περὶ ἐνενήκοντα τῆς θαλάττης σταδίους ἀπέχον. Καὶ ἡ Ῥαουέννα δὲ Θετταλῶν λέγεται κτίσμα. οὐ φέροντες δὲ τὰς τῶν Τυῤῥηνῶν ὕβρεις ἐδέξαντο ἑκόντες τῶν Ὀμβρικῶν τινὰς, οἳ καὶ νῦν ἔχουσι τὴν πόλιν. αὐτοὶ δ' ἀπεχώρησαν ἐπ' οἴκου. αὗται μὲν οὖν ἐπὶ πλέον περιέχονται τοῖς ἕλεσιν, ὥστε καὶ κλύζεσθαι. Ἐπίτερπον δὲ, καὶ Ὀρδία, καὶ Ἀδρία, καὶ Οὐκέτια, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολισμάτια, ἧττον μὲν ὑπὸ τῶν ἑλῶν ἐνοχλεῖται, μικροῖς δ' ἀνάπλοις πρὸς τὴν θάλατταν συνῆπται. Τὴν δ' Ἀδρίαν ἐπιφανῆ γενέσθαι πόλιν φασὶν, ἀφ' ἧς καὶ τοὔνομα τῷ κόλπῳ γενέσθαι τῷ Ἀδρίᾳ,

fluuius facit, indeq; in Padum defluit, ortus in Adula monte, ubi & Rheuus. Hæ ergo urbes longè supra paludes iacent. Propius paludes situm est Patauium, omnium eius regionis urbium prestātissima. in qua aiunt nuper censos fuisse IↃ uiros equestres. & antiquitus ad bellum mittebat CXX militum millia. multitudo etiam mercium quas Romam ad mercatum mittunt Patauini, cùm aliarum tum uestimentorum, ostendunt quantum & uiris & opib. urbs ea polleat. Ad eam à mari subuectio est aduerso flumine per paludes ad stadia CCL, ex magno portu, cui, ut & flumini, nomen est Medoaco. Vrbium in Paludibus sitarum maxima est Rauenna, tota ligneis constans ædificijs, aquis perflua, quare pontibus & lembis uiæ expediuntur. non exiguam maris portionem affluxu æstus recipit: à quo & à fluminibus cœnosa omnia cum eleuantur, aëris uitio fit medicina. itaq; locus adeò salubris est, ut ibi gladiatores ali atque exerceri iusserint principes Romani. Mirabile igitur hoc locus iste habet, quod in palude aër est innoxius: sicut & Alexandreę quæ ad Aegyptum est, æstate lacus uitium tollitur ob adscensum fluuij, quo paludes abolentur. Sed & mira est Rauennæ uitis natura. quæ à palude celeriter producitur, ita ut multum fructus ferat: sed intra quadriennium, aut ad summum intra quinquennium perit. Est & Altinum in paludibus, eodem quo Reuenna situ. Interiacet Butrium Rauennę oppidum. Et Spina, nunc uicus, quondam Græca urbs nobilis. quandò & Spinitarum ; thesaurus Delphis ostenditur, & alioqui fertur eos maris dominium obtinuisse. aiunt etiam ad mare fuisse sitam: nunc in mediterraneis est, stadijs à mari XC. Fertur etiam Rauennam à Thessalis fuisse conditam, qui cum Tyrrhenorum iniurias non ferrent, ultrò in urbem admissis Vmbrorum quibusdam, qui urbem etiamnum tenent, domum reuerterint. Atque hæ quidem urbes maiori sui parte paludibus continentur, ita ut etiam illuuiem patiātur. Epiterpum, Ordia, Adria, & Vcetia, & alia id genus oppidula, minùs à paludibus infestantur, & paruis subuectionibus mari coniunguntur. Adriam ferunt illustrem fuisse urbem, unde & sinui Adriatico no-

Patauium.

Rauenna.

co nomen exigua mutatione litterarum factum sit. Aquileia, quæ maximè sinus huius intimo in continentē recessui appropinquat, à Romanis condita est munitionis loco contra habitantes suprà barbaros. ad eam aduerso Natisone amne subuehuntur à mari plurimum LX stadia. patet hoc emporium Illyricis gentibus Istrum accolentibus. hi auferunt marinas merces, ac uinū in ligneis dolijs curribus impositum, ac oleum: illi mancipia, pecora, pelles. Sita est Aquileia extra Venetorum fines. pro limite est fluuius ab Alpibus

*Aquileia.*

4 delapsus, qui aduersus nauigari potest, 4 &
* CIↃ CC stadijs ad Noreiam urbem, apud quā
Cn. Carbo inani conatu cum Cimbris conflixit. Habet is locus auri lauacra & secturas ferri præclaras. In ipso autem intimo sinus Adriatici Timauum est, Diomedis templum memorabile. habet enim portum, & elegantem lucum, & fontes septem potabilis aquę, statim in mare alto & lato excidentis amne. Polybius dicit uno demto reliquos fontes esse salsos: & quidem incolas locum hunc fontem & matrem maris appellare. Posidonius tradit flumen Timauum è montibus delatum uoragine terræ absorberi, sub qua ubi per CXXX stadia decurrerit, eum in mare effluere. Diomedem circa illud mare ditionem tenuisse, testantur insulæ Diomedeæ, & quę de Daunijs & Argo Hippio feruntur. De quibus dicemus, quantum ad historiam uidebitur conducere. Nam fabulosa illa multa & conficta alioquin omittenda sunt: ut de Phaëthonte & Heliadibus quę in alnos fuerint mutatæ apud Eridanum, qui nullibi terrarum est, quanquam ab ijs uicinus Pado dicitur. item de insulis Electridibus ante Padum sitis, & Meleagridibus quæ in ijs sint. nihil enim horum ijs est in locis. Memoriæ aūt proditum est, Diomedi apud Venetos esse aliquos honores decretos. nam & albus equus ei immolatur, & duo monstrantur luci, unus Iunonis Argiuæ, alter Dianæ Aetolicæ. additur, ut solet, fabula, ijs in lucis feras ita mansuescere, ut cerui lupis aggregentur, & ab hominibus accedentib. contrectari sustineant. & quæ à canibus agitantur feræ, eas ubi eò confugerint, tutas persecutionis esse. Ferunt quendam eo nomine, quòd libenter sponderet, celebrem atque dicterijs hominum

*Diomedes Venetis cultus.*

μικρὰν μετάθεσιν λαβόν. Ἀκυληία δ᾽ ἥπερ μάλιστα τοῦ μυχοῦ πλησιάζει, κτίσμα μέν ἐστι Ῥωμαίων ἐπιτειχισθὲν τοῖς ὑπερκειμένοις βαρβάροις. ἀναπλεῖται δὲ ὁλκάσι κατὰ τὸν Νατίσωνα ποταμὸν ἐπὶ πλείους ἑξήκοντα σταδίους. ἀνεῖται δ᾽ ἐμπορεῖον τοῖς περὶ τὸν Ἴστρον τῶν Ἰλλυριῶν ἔθνεσι. κομίζουσι δ᾽ οὗτοι μὲν τὰ ἐκ θαλάττης, καὶ οἶνον ἐπὶ ξυλίνων πίθων ἁρμαμάξαις ἀναθέντες, καὶ ἔλαιον. ἐκεῖνοι δ᾽ ἀνδράποδα, καὶ βοσκήματα, καὶ δέρματα. ἔξω δ᾽ ἐστὶ τῶν Ἑνετικῶν ὅρων ἡ Ἀκυληία. διορίζονται δὲ ποταμῷ ῥέοντι ἀπὸ τῶν Ἀλπίων ὀρῶν, ἀνάπλουν ἔχοντι, καὶ σ̄ σταδίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις εἰς Νωρήειαν πόλιν, περὶ ἣν Γναῖος ὁ Κάρβων συμβαλὼν Κιμβροις, οὐδὲν ἔπραξεν. ἔχει δὲ ὁ τόπος οὗτος χρυσιοπλύσια εὐφυῆ καὶ σιδηρουργεῖα. Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου καὶ ἱερὸν τοῦ Διομήδους ἐστὶν ἄξιον μνήμης, τὸ Τίμαυον. λιμένα γὰρ ἔχει, καὶ ἄλσος εὐπρεπές, καὶ πηγὰς ζ̄ ποταμίου ὕδατος εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν ἐκπίπτοντος, πλατεῖ καὶ βαθεῖ ποταμῷ. Πολύβιος δ᾽ εἴρηκε πλὴν μιᾶς, τὰς ἄλλας ἁλμυροῦ ὕδατος. καὶ δὴ καὶ τοὺς ἐπιχωρίους, πηγὴν καὶ μητέρα θαλάττης ὀνομάζειν τὸν τόπον. Ποσειδώνιος δὲ φησι ποταμὸν τὸν Τίμαυον ἐκ τῶν ὀρῶν φερόμενον, καταπίπτειν εἰς βέρεθρον. εἶθ᾽ ὑπὸ γῆς ἐνεχθέντα περὶ ἑκατὸν καὶ λ̄ σταδίους, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ τὴν ἐκβολὴν ποιεῖσθαι. Τῆς δὲ τοῦ Διομήδους δυναστείας περὶ τὴν θάλατταν ταύτην, αἵ τε Διομήδειοι νῆσοι μαρτύρια, καὶ τὰ περὶ Δαυνίους, καὶ τὸ Ἄργος τὸ Ἵππιον ἱστορούμενα. περὶ ὧν ἐροῦμεν, ἐφ᾽ ὅσον πρὸς ἱστορίαν χρήσιμον. Τὰ δὲ πολλὰ τῶν μυθευομένων ἢ κατεψευσμένων ἄλλως ἐᾶν δεῖ. οἷον τὰ περὶ τὸν Φαέθοντα, καὶ τὰς Ἡλιάδας τὰς ἀπαιγειρουμένας περὶ τὸν Ἠριδανόν, τὸν μηδαμοῦ γῆς ὄντα, πλησίον δὲ τοῦ Πάδου λεγόμενον, καὶ τὰς Ἠλεκτρίδας νήσους τὰς πρὸ τοῦ Πάδου, καὶ μελεαγρίδας ἐν αὐταῖς. οὐδὲ γὰρ τούτων οὐδέν ἐστιν ἐν τοῖς τόποις. Τῷ δὲ Διομήδει παρὰ τοῖς Ἑνετοῖς ἀποδεδειγμέναι τινὲς ἱστοροῦνται τιμαί. καὶ γὰρ θύεται λευκὸς ἵππος αὐτῷ. καὶ δύο ἄλση, τὸ μὲν Ἥρας Ἀργείας δείκνυται, τὸ δ᾽ Ἀρτέμιδος Αἰτωλίδος. προσμυθεύουσι δ᾽ ὡς εἰκὸς τὸ ἐν τοῖς ἄλσεσι τούτοις ἡμεροῦσθαι τὰ θηρία, καὶ λύκοις ἐλάφους συναγελάζεσθαι. προσιόντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, καὶ καταψαυόντων, ἀνέχεσθαι. τὰ δὲ διωκόμενα ὑπὸ τῶν κυνῶν, ἐπειδὰν καταφύγοι δεῦρο, μηκέτι διώκεσθαι. Φασὶ δέ τινα τῶν πάνυ γνωριζομένων ὡς εἴη φιλέγγυος, καὶ σκωπτόμενος ἐπὶ τούτῳ

τῷ παρατυχεῖν κυνηγέταις, λύκον ἐν τοῖς δικτύοις ἔχουσιν. εἰπόντων δὲ κατὰ παιδιάν, εἰ ἐγγυᾶται τὸν λύκον, ἐφ᾽ ὧτε τὰς ζημίας ἃς εἴργασται διαλύσειν, ἀφήσειν αὐτὸν ἐκ τῶν λίνων, ὁμολογῆσαι. ἀφεθέντα δὲ τὸν λύκον, ἵππων ἀγέλην ἀπελάσαντα ἀκαυτηριάστων ἱκανὴν προσαγαγεῖν πρὸς τὸν τοῦ εὐλεγγύου σταθμόν. τὸν δ᾽ ἀπολαβόντα τὴν χάριν καυτηριάσαι τε τὰς ἵππους λύκον, καὶ κληθῆναι λυκοφόρους, τάχει μᾶλλον ἢ κάλλει διαφερούσας. τοὺς δ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνου διαδεξαμένους τό, τε καυτήριον φυλάξαι, καὶ τοὔνομα τῷ γένει τῶν ἵππων, ἔθος δὲ ποιῆσαι, θήλειαν μὴ ἐξαλλοτριοῦν, ἵνα μένοι παρὰ μόνοις τὸ γνήσιον γένος, ἐνδόξου γε νομένης ἐνθένδε ἱππείας. Νυνὶ δέ, ὥσπερ ἔφαμεν, πᾶσα ἐκλέλοιπεν ἡ τοιαύτη ἄσκησις. Μετὰ τὸ Τίμαυον, ἡ τῶν Ἰστρίων ἐστὶ παραλία μέχρι Πόλας ἣ πρόσκειται τῇ Ἰταλίᾳ· μεταξὺ δὲ φρούριον Τεργέστε, Ἀκυληΐας διέχον ρ καὶ π σταδίους. ἡ δὲ Πόλα ἵδρυται μὲν ἐν κόλπῳ λιμενοειδεῖ, νησίδια ἔχοντι εὔορμα καὶ εὔκαρπα. κτίσμα δ᾽ ἐστὶν ἀρχαῖον Κόλχων ἐπὶ τὴν Μήδειαν ἐκπεμφθέντων, διαμαρτόντων δὲ τῆς πράξεως, καὶ καταγνόντων ἑαυτῶν φυγήν,

—τὸ μὲν φυγάδων κε ἐνίσποι

Γραικός (.ὡς Καλλίμαχος εἴρηκεν.) ἀτὰρ κείνων γλῶσσ᾽ ὀνόμηνε Πόλας.

Τὰ μὲν δὴ πέραν τοῦ Πάδου χωρία, οἵ τε Ἐνετοὶ νέμονται καὶ οἱ μέχρι Πόλας. Ὑπὲρ δὲ τῶν Ἐνετῶν Κάρνοι, καὶ Κενομάνοι, καὶ Μεδόακοι, καὶ σύμβροι. ὧν οἱ μὲν πολέμιοι τοῖς Ῥωμαίοις ὑπῆρξαν, Κενομάνοι δὲ καὶ Ἐνετοὶ συνεμάχουν, καὶ πρὸ τῆς Ἀννίβα στρατιᾶς, ἡνίκα Βοΐους καὶ Συμβρίους ἐπολέμουν, καὶ μετὰ ταῦτα. Οἱ δ᾽ ἐντὸς τοῦ Πάδου, κατέχουσι μὲν ἅπασαν, ὅσην ἐγκυκλοῦνται τὰ Ἀπέννινα ὄρη πρὸς τὰ Ἄλπια μέχρι Γενούας, καὶ τῶν Σαββάτων. κατεῖχον δὲ Βοΐοι καὶ Λίγυες, καὶ Σένωνες, καὶ Γαισάται τὸ πλέον. τῶν δὲ Βοΐων ἐξελαθέντων, ἀφανισθέντων δὲ καὶ τῶν Γαισατῶν, καὶ Σενώνων, λείπεται τὰ Λιγυστικὰ φῦλα, καὶ τῶν Ῥωμαίων αἱ ἀποικίαι. τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀναμέμικται καὶ τὸ τῶν Ὀμβρικῶν φῦλον, ἔστι δ᾽ ὅπου καὶ Τυρρηνῶν. ταῦτα γὰρ ἄμφω τὰ ἔθνη, πρὸ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ πλέον αὐξήσεως, εἶχέ τινα πρὸς ἄλληλα περὶ πρωτείων ἅμιλλαν, καὶ μέσον ἔχοντα τὸν Τίβεριν ποταμόν, ῥᾳδίως διέβαινον ἀλλήλοις. καὶ εἴ πού τινας στρατείας ἐποιοῦντο ἐπ᾽ ἄλλους οἱ ἕτεροι, καὶ τοῖς ἑτέροις ἔρις ἦν μὴ ἐκλείπεσθαι τῆς εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους

num obnoxium incidisse in uenatores, qui in casibus habebant lupum: qui cum per iocum dicerent, se lupum, si ipse fide iuberet eum illa damna compensaturum, missum facturos, hominem id in se recepisse. lupum ita dimissum, armentum equarum nulla inusta nota signatarum satis magnum abegisse, adque sponsoris istius stabulũ adduxisse. sponsorem recepta beneficij mercede, equas inusto lupi signo notasse, & 5 Lupiferas appellasse, ueločiores quam pulcriores. 5 posteros eius & notam & nomen equarum seruasse, & quò id equarum genus apud solos ipsos perduraret genuinum, consuetudinem hanc introduxisse, ne equam ullam abalienarent, cum nobilitaretur ista equarum progenies. Nostra, ut diximus, ætate ista planè nulla est exercitatio. Post Timauum Istriorum est maritima ora usque ad Polam, quæ Italiæ adiacet. in medio oppidum Tergeste, ab Aquileia distans CXXC stadia. Sita est Pola in sinu portuoso, qui exiguas habet insulas subducendis nauibus aptas atque frugiferas. antiquum est opus Colchorum ad Medeam insequendam missorum, qui re infecta exsulium sibi indixerant. itaque (.ut est apud Callimachum.)

*Istria.*

Nomen ab exulibus Graio sermone notatur:
Ast illam dixit Colchica lingua Polas.

Ergo quæ trans Padum sunt, Veneti incolunt, & Istri ad Polam usq;. Super Venetos autem siti sunt Carni, Cenomani, Medoaci, Symbrij: quorum alij Romanorum hostes fuerunt, Cenomani autem ac Veneti & ante Annibalicum bellum auxilia Romanis tulerunt contra Boios & Symbrios, & deinde. Intra Padum continetur quidquid cingitur Apennino & Alpibus usque ad Genuam & Sabbatos. obtinuerunt quondam Boij, Ligures, Senones & Gæsatæ maximam partem. Postea pulsis Boijs, & Senonibus Gæsatisq; deletis, superfuerunt Ligusticæ gentes, & coloniæ Romanorum. Romanis Vmbrica etiam gens admixta est, & alicubi etiam Tyrrhena. Vmbri enim & Tyrrheni antè quam Romanorum aucta fuit potentia, diu de principatu inter se contenderunt, cumquè Tiberi fluuio diuiderentur, facilè ultro citroquè bellum inferebant. quod si alteri expeditionem in aliam gentem susciperent, curæ erat alteris, ut eodem tempore ipsi quoq; eò ducerent.

*Cispadana Gallia.*

*Vmbri & Tyrrheni.*

cerent. itaque cùm Tyrrheni in barbaros circa Padum habitantes exercitum misissent, ac re bene gesta ob luxuriam mox uice uersa eijcerentur, Vmbri bellum ijs fecerunt qui Tyrrhenos expulerant. Deinde ex successione de locis disceptãtes, multas colonias Tyrrhenas, plures Vmbricas fecerunt, quòd Vmbri propiores locis erant. Romani autem rerum potiti, cùm colonos in maria loca emitterent, nomina tamen eorum qui prius ibi habitauerant conseruarunt. ac nunc Romani cum sint omnes, nihilominus tamen quidam eorum Vmbri, alij Tyrrheni, Veneti, Ligures, Insubres dicuntur. Vrbes intra Padum & ad Padum illustres sunt, Placentia & Cremona proximę, media ferè regione. inter has & Ariminum Parma, Mutina, & Bononia iam Rauennæ propior, tum alia oppida minora. In medio harum iter est Romam, inque eo 6 Acerræ, Regium Lepidi, campi Macri, ubi solennis conuentus agitatur, Claterna, forum Cornelium: tum Fauentia ac Cæsena ad Isapin fluuium & Rubiconem, iam Arimino appropinquant. Ariminum Vmbrorum est colonia, ut & Rauenna. utraque Romanos accepit colonos. portum habet Ariminum, & fluuium cognominem à Placentia ad Ariminum sunt CIↃ stadia. Supra Placentiam ad fines Cottutæ Ticinum urbs abest millibus passuum XXXVI, eiusdem nominis fluuius præterfluens, qui Pado miscetur. tum Clastidium, Derthona, & Aquę Stellorum paulisper præter uiam. recta autem * iuxta Padum, Duriam amnem, maiori ex parte uallibus concisa, & alios habens fluuios, unde ad Druentiam sunt millia passuum circiter LX. Hinc iam Alpes & Gallia. * Cæterùm ad montes supra Lunam sitos est Luca. Nonnulli per uicos habitant. Tamen populosa est regio, indeq; magnæ militum atq; adeò equitum copię coguntur. ex quibus & Senatus legiones constituit. Est autem Derthon urbs insignis, sita medio inter Placentiam & Genuam itinere, CCCC ab utraque distans stadijs. In eodem itinere sunt Diacuista & Iellεa. Quantum sit inter Placentiam & Ariminum interualli, dictum est. A' Placentia autem Rauennam secundo Pado nauigatur duobus diebus naturalibus. Multum etiam eius quæ intra Padum est regionis palu-

ἐξόδου. καὶ δὴ καὶ τῶν Τυῤῥηνῶν στειλάντων στρατειὰν εἰς τοὺς περὶ τὸν Πάδον βαρβάρους, καὶ πραξάντων εὖ, ταχὺ δὲ πάλιν ἐκπεσόντων διὰ τὴν τρυφὴν, ἐπεστράτευσαν οἱ ἕτεροι τοῖς ἐκβαλοῦσιν. εἶτ' ἐκ διαδοχῆς τῶν τόπων ἀμφισβητούντων, πολλὰς τῶν κατοικιῶν τὰς μὲν Τυῤῥηνικὰς ἐποίησαν, τὰς δ' Ὀμβρικὰς, πλείους δὲ τῶν Ὀμβρικῶν. ἐγγυτέρω γὰρ ἦσαν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παραλαβόντες, καὶ πέμψαντες ἐποίκους πολλαχοῦ, συνεφύλαξαν καὶ τὰ τῶν προεποικησάντων γένη. Καὶ νῦν Ῥωμαῖοι μὲν εἰσιν ἅπαντες. οὐδὲν δ' ἧττον Ὀμβρικοί τε τινες λέγονται καὶ Τυῤῥηνοὶ, καθάπερ Ἐνετοὶ, καὶ Λίγυες, καὶ Ἴνσουβροι. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐντὸς τοῦ Πάδου, καὶ περὶ τὸν Πάδον, ἐπιφανεῖς Πλακεντία μὲν καὶ Κρεμώνη πλησιαίταται κατὰ μέσην που τὴν χώραν. μεταξὺ δὲ τούτων τε καὶ Ἀριμίνου Πάρμα, καὶ Μουτίνη, καὶ Βωνωνία πλησίον ἤδη Ῥαουέννης, καὶ μικρὰ πολίσματα. ἀνὰ μέσον τούτων δι' ὧν ἡ εἰς Ῥώμην ὁδὸς, Ἄκαρα, Ῥήγιον Λέπιδον, Μακροὶ Κάμποι, ὅπου πανήγυρις συντελεῖται κατ' ἔτος, Κλάτερνα, Φόρον Κορνήλιον, Φαουεντία δὲ καὶ Καισήνα πρὸς τῷ Ἴσαπι ποταμῷ καὶ τῷ Ῥουβίκωνι ἤδη συνάπτουσι τῷ Ἀριμίνῳ. Τὸ δὲ Ἀρίμινον Ὀμβρικῶν ἐστὶ κατοικία, καθάπερ καὶ ἡ Ῥαουέννα. δέδεκται δ' ἐποίκους Ῥωμαίους ἑκατέρα. ἔχει δὲ τὸ Ἀρίμινον λιμένα, καὶ ὁμώνυμον ποταμόν. ἀπὸ δὲ Πλακεντίας εἰς Ἀρίμινον στάδια ͵α. ὑπὲρ δὲ Πλακεντίας, ἐπὶ μὲν τοὺς ὅρους τῆς Κοττίου, Τίκινον ἐν λϛ μιλίοις πόλις, καὶ ὁμώνυμος ὁ παραῤῥέων ποταμὸς, συμβάλλων τῷ Πάδῳ. καὶ Κλαστίδιον, καὶ Δέρθων, καὶ Ἀκουαιστατιέλλα, μικρὸν ἐκ παρόδου. ἡ δ' εὐθεῖα εἰς Ὤκελον παρὰ τὸν Πάδον τὸν Δουρίαν ποταμὸν βαραθρώδης ἡ πολλὴ πλείους καὶ ἄλλους ἔχουσα ποταμοὺς, ὧν καὶ τὸν Δρουεντίαν μιλίων ἐστὶ περὶ ἑξήκοντα. ἐντεῦθεν δὲ ἤδη τὰ Ἄλπεια ὄρη καὶ ἡ Κελτική. πρὸς δὲ τοῖς ὄρεσιν ἐστὶ πόλις τοῖς ὑπερκειμένοις τῆς Λούνης Λοῦκα. ἔνιοι δὲ κωμηδὸν οἰκοῦσιν. εὐανδρεῖ δ' ὅμως ἡ χώρα, καὶ στρατιωτικὸν ἐντεῦθεν τὸ πλέον ἐστὶ, καὶ τὸ τῶν ἱππικῶν πλῆθος, ἐξ ὧν καὶ ἡ σύγκλητος λαμβάνει τὴν σύνταξιν. ἔστι δὲ ἡ Δέρθων πόλις ἀξιόλογος κειμένη κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν τὴν ἀπὸ Γενούας εἰς Πλακεντίαν, ἑκατέρας διέχουσα σταδίους υ. κατὰ δὲ ταύτην τὴν ὁδὸν, καὶ Διακούιστα καὶ Ἴελλεια. Ἀπὸ δὲ Πλακεντίας εἰς μὲν Ἀρίμινον, εἴρηται. εἰς δὲ Ῥαουένναν, κατάπλους τῷ Πάδῳ δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν. Πολὺ δὲ καὶ τῆς ἐντὸς τοῦ Πάδου κατείχετο

ὑπὸ

ὑπὸ ἑλῶν, δι' ὧν Ἀννίβας χαλεπῶς διῆλθε προϊὼν ἐπὶ Τυρρηνίαν. ἀλλ' ἀνέψυξε τὰ πεδία ὁ Σκαῦρος διώρυγας πλωτὰς ἀπὸ τοῦ Πάδου μέχρι Παρμησῶν. κατὰ γὰρ Πλακεντίαν ὁ Τρεβίας συμβάλλων τῷ Πάδῳ, καὶ ἔτι πρότερον ἄλλοι πλείους πληροῦσι πέραν τοῦ μετρίου. οὗτος δὲ ὁ Σκαῦρος ἐστὶν ὁ καὶ τὴν Αἰμιλίαν ὁδὸν στρώσας, τὴν διὰ Πισῶν καὶ Λούνης μέχρι Σαββάτων, κἀντεῦθεν διὰ Δέρθωνος. ἄλλη δ' ἐστὶν Αἰμιλία διαδεχομένη τὴν Φλαμινίαν. συνυπάτευσαν γὰρ ἀλλήλοις Μάρκος Λέπιδος, καὶ Γάϊος Φλαμίνιος. καθελόντες δὲ Λίγυας, ὁ μὲν τὴν Φλαμινίαν ἔστρωσεν ἐκ Ῥώμης διὰ Τυρρηνῶν, καὶ τῆς Ὀμβρικῆς, μέχρι τῶν περὶ Ἀρίμινον τόπων· ὁ δὲ τὴν ἑξῆς μέχρι Βονωνίας, κἀκεῖθεν εἰς Ἀκυληίαν παρὰ τὰς ῥίζας τὰς τῶν Ἄλπεων ἐγκυκλούμενος τὰ ἕλη. Ὅριον δὲ τῆς χώρας ταύτης, ἣν ἐντὸς Κελτικὴν καλοῦμεν, πρὸς τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν, τό τε Ἀπέννινον ὄρος τὸ ὑπὲρ τῆς Τυρρηνίας ἀποδέδεικτο, καὶ ὁ Αἶσις ποταμός, ὕστερον δὲ ὁ Ῥουβίκων, εἰς τὸν Ἀδρίαν ἐκδιδόντες ἀμφότεροι. τῆς δ' ἀρετῆς τῶν τόπων τεκμήριον, ἥ τ' εὐανδρία καὶ τὰ μεγέθη τῶν πόλεων, καὶ ὁ πλοῦτος, οἷς πᾶσιν ὑπερβέβληντο τὴν ἄλλην Ἰταλίαν οἱ ταύτῃ Ῥωμαῖοι. Καὶ γὰρ ἡ γεωργουμένη γῆ πολλοὺς καὶ παντοίους ἐκφέρει καρπούς· καὶ αἱ ὗλαι τοσαύτην ἔχουσι βάλανον, ὥστ' ἐκ τῶν ἐντεῦθεν ὑοφορβίων ἡ Ῥώμη τρέφεται τὸ πλέον. ἔστι δὲ καὶ κεγχροφόρος διαφερόντως, διὰ τὴν εὐυδρίαν. τοῦτο δὲ μέγιστον λιμοῦ ἐστὶν ἄκος· πρὸς ἅπαντας γὰρ καιροὺς ἀέρων ἀντέχει, καὶ οὐδέποτε ἐπιλείπειν δύναται, κἂν τοῦ ἄλλου σίτου γένηται σπάνις. ἔχει δὲ καὶ πιττουργία θαυμαστά. τοῦ δ' οἴνου τὸ πλῆθος μηνύουσιν οἱ πίθοι. ξύλινοι γὰρ μείζους οἴκων εἰσί. προσλαμβάνει δὲ πολὺ ἡ τῆς πίττης εὐπορία πρὸς τὸ εὐώνητον. ἐρέαν δὲ τὴν μὲν μαλακήν, οἱ περὶ Μουτίνην τόποι καὶ τὸν Σκουτάναν ποταμὸν φέρουσι πασῶν πολλὸν καλλίστην. τὴν δὲ τραχεῖαν ἡ Λιγυστικὴ καὶ ἡ τῶν Σύμβρων, ἐξ ἧς τὸ πλέον τῆς οἰκετείας τῶν Ἰταλιωτῶν ἀμπέχεται. τὴν δὲ μέσην οἱ περὶ Παταούιον ἐξ ἧς οἱ τάπητες οἱ πολυτελεῖς, καὶ γαύσαποι, καὶ τὸ τοιοῦτον εἶδος πᾶν, ἀμφίμαλλόν τε καὶ ἑτερόμαλλον. τὰ δὲ μέταλλα νυνὶ μὲν οὐχ ὁμοίως τὰ ἐνταῦθα σπουδάζεται, διὰ τὸ λυσιτελέστερα ἴσως εἶναι τὰ ἐν τοῖς ὑπεραλπείοις Κελτοῖς καὶ τῇ Ἰβηρίᾳ. πρότερον δὲ ἐσπουδάζετο. ἐπεὶ καὶ ἐν Οὐερκέλλοις χρυσωρύχιον ἦν. κώμη δ' ἐστὶ πλησίον Ἰκτουμούλων καὶ ταύτης τῆς κώμης. ἄμφω δ' εἰσὶ περὶ Πλακεντίαν. Αὕτη μὲν δὴ

dibus olim obtinebatur, per quas Etruriam petens Annibal difficulter transijt. sed exsiccauit eas paludes Scaurus, fossis nauigabilibus ductis à Placentia Parmam usque. nam apud Placentiam Trebia incidens Pado, eũ, sicut & alij plures antè illapsi, ultra modum implet. Is est Scaurus qui uiam Aemiliam strauit, quæ per Pisas & Lunam usq; ad Sabbatos, indeq; Derthonem ducit. alia est Aemilia, Flaminiam excipiens. Nam collegæ in consulatu fuerunt M. Lepidus & C. Flaminius. qui deuictis Liguribus, hic Flaminiam uiam strauit à Roma per Etruriam & Vmbriam usque ad Ariminum: ille deinceps ad Bononiam usque, & inde usque ad Aquileiam iuxta radices Alpium, paludibus in gyrum circumuentis. Limes Galliæ huic, quam citeriorem uocamus, ad reliquam Italiam mons Apenninus quem ostendimus Etruriæ imminere, & fluuius Aesis, ac post eum Rubico, uterque in Adriam effluens. Quanta sit eius regionis præstantia, iudicari potest ex incolarum frequentia, urbium magnitudine ac opibus, quibus rebus Romani isthic habitantes omnibus alijs præstant Italis. Nam & quæ colitur terra, omnis generis copiosos præbet fructus: & syluæ tantum glandis suppeditant, ut ex porcorum gregibus qui ibi pascuntur, Roma ferè alatur. tum ob aquæ copiam, milij feracissima est, quod est præsentissimum famis remedium, cum quasuis aëris constitutiones sufferat, ac nunquam deficiat, etiam cum reliqui frumenti penuria incidit. Picis quoque opificia habet mirabilia. Iam uini copiam dolia arguunt, quę ex ligno ædibus maiora conficiuntur. ac picis copia multum conducit ad uilitatem precij. Lanam mollem, & omnium longè optimã producunt loca circa Mutinam & 7 Scutanam 7 flumen. asperam Ligures & Symbri prębent, ex qua plerique Itali familiæ uestimenta conficiunt. mediocrem Patauium, ex qua fiunt preciosi tapetes, gausapa, aliaque id genus uel utraque uel unica superficie uillosa. Metalla eius regionis hodie non perinde magno studio tractantur, quia (puto) plus utilitatis ex Transalpinis Gallicis & Hispanicis percipitur. olim autem magnæ erant curæ. Nam & Vercellis auri fodina fuit, & Ictomuli, quę uicina sunt Placentiæ oppida. Atque hacte-

Aemiliæ uia.

Galliæ cisalpinæ præstantia.

nus quidem prima nobis descripta esto Italiæ portio.

Secunda pars explicetur Liguria, in ipsis Apenninis montibus inter Galliam nunc dictam sita & Etruriã. quæ nihil relatu dignum habet, nisi quod per pagos dissipati uiuunt Ligures, asperam terram arantes ac fodientes, aut potiùs saxa cædentes, ut ait Posidonius.

*Liguria.*

Tertiam habent his cõtigui Tyrrheni, campestria incolẽtes usque ad Tiberin fluuium, quo uersus ortum maxima ex parte alluuntur usque ad eius ostia. ab altera parte, Tyrrheno & Sardoo mari. Tiberis ex Apennino defluit, multisque augetur fluminibus. parte quadam per ipsam fertur Tyrrheniam, deinde ab ea distinguit Vmbriam primo, deinde Sabinos, ac mox Latinos qui ad Romam usque ad litus maris habitant. Siti sunt fluuij & Tyrrhenorum respectu secundum latitudinem, inuicem autem secundum longitudinem, & sursum tendunt usque ad Apennini partes Adriæ appropinquantes, primi Vmbri, ab his Sabini, & postremo loco Latini, omnes initio à flumine sumto. Latium ergo, (sic enim Latinorum appellatur regio.) inter oram maritimam ab Ostia, urbem Sinuessam, & Sabinos situm est: (. Ostia Romæ nauale est, iuxta quod Tiberis labens in mare exit.) & in longum porrigitur usque ad Campaniam, & Samniticos montes. Sabinorum regio interiecta Latinis & Vmbris, ad eosdem & ipsa usque montes extenditur: magis tamen accedit ad Apennini eas partes, quæ sunt uicinæ Vestinis, Pelignis, ac Marsis. Vmbri inter Sabinos & Tyrrhenos siti sunt, montes supergressi quà Ariminum & Rauennam pergitur. Tyrrheni à suo mari & Tiberi orsi, ad mõtes terminantur qui à Liguria ad Adriam circumducuntur. Ab his ipsis nunc repetito initio, singula persequamur. Tyrrheni ergo à Romanis Etrusci & Tusci nominantur. Græci sic appellarunt á Tyrrheno Atys F. qui eò coloniam ex Lydia duxerit. Fame enim & ste
8 rilitate 8 coactus Atys, unus ex Hercule & Omphale prognatis, de duob. filijs alterum Lydum nomine sortitò detinuit, alterũ Tyrrhenum cum maiore populi parte amandauit. Is cum in Italiam uenisset, regionem à suo nomine

*Tiberis.* *Latium.* *Sabini.* *Vmbri.* *De Tyrrhenis.*

πρώτη μερὶς τῆς Ἰταλίας, μέχρι δεῦρο περιωδεύσθω.

Δευτέρα δὲ λεγέσθω ἡ Λιγυστικὴ ἡ ἐν αὐτοῖς τοῖς Ἀπεννίνοις ὄρεσι, μεταξὺ ἱδρυμένη τῆς νῦν λεχθείσης Κελτικῆς καὶ τῆς Τυρρηνίας, οὐδὲν ἔχουσα περιηγήσεως ἄξιον, πλὴν ὅτι κωμηδὸν ζῶσι, τραχεῖαν γῆν ἀροῦντες, καὶ σκάπτοντες, μᾶλλον δὲ λατομοῦντες, ὥς φησι Ποσειδώνιος.

pugna commissa uictoriam reportarunt, atque hinc aiunt tractum prouerbium contra fidem rei derogantes, Veriora sunt hæc rebus ad Sagram gestis. Adijciunt nonnulli fabulam, ea ipsa die cûm Olympicum ageretur certamen, rem ijs qui ibi tum intererant fuisse annunciatam, ueritatemque rei nuncij celeritatem comprobatam, atque hanc cladem aiunt causam fuisse cur Crotaniatæ paulo post dissiparentur, ob multitudinem eorum qui ceciderant. Sagram subsequitur Caulonia, ab Achiuis condita, quondam Aulonia dicta ob conuallem (id enim aulôn Græcis est) ante sitam. Est autem deserta. qui enim eam tenebant, in Sicilia à barbaris eiecti, ibi Cauloniam condiderunt. Post hanc Scylletium colonia Atheniēsium qui Menestheum sequebantur, hodie Scylacium dicitur, cum Crotoniatæ possiderent, Dionysius partem Locris definiuit, ab urbe etiam sinui Scylletico nomen est, qui cum sinu Hipponiata, eum cuius meminimus isthmum conficit. Hūc isthmum Dionysius bellum contra Lucanos gerens, muro munire aggressus est, ea præscriptione usus, ut eos qui intra isthmum habitabant tutos ab extra eum degentibus barbaris redderet: cum reipsa eorum mutuam cuperet societatem diuellere, ut securè imperare intra isthmum colentibus posset. Sed interuentus extra isthmum tenentium opus id irritum fecit. Scylletio regio Crotoniatarum succedit, & tria Iapygum promontoria. inde Lacinium, Iunonis templum diues quondā, multisque refertum donarijs. Traiectuum interualla non est facilè certò explicare: nisi quod Polybius ferè à freto usque ad Lacinium tradit esse stadia CIↃ CIↃ CCC. huic ad Iapygium promontorium traiectus est IↃCC. Atque hæ dicunt fauces Tarentini sinus. Ipsius sinus litus amplum, ut regionum descriptor ait, millia passuum continet CCXL. Artemidorus ab expedito cōfici ait millibus pas-
10 suum CCCXXC. 10 Tanta etiam est reliqua faucium sinus latitudo. Sinus ortum solis hybernum spectat, incipit à Lacinio. Inde enim cursum flectens statim ad Achaicas deferebatur urbes, quarum hodie extra Tarentum nulla extat: ob celebritatem tamen nominis operę est quarundam copiosius facere mētionem.
Croton. Prima est Croton, CL stadijs à Lacinio ibique fluuius Aesarus & portus, aliusq'ue fluuius Neæthus, cui ab euentu nomen inditum per

συμβαλόντων ἐνίκησαν. ἀφ᾽ οὗ τὴν παροιμίαν πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας ἐκπεσεῖν φασίν, ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. Προσμεμυθεύκασι δ᾽ ἔνιοι, καὶ διότι αὐθημερὸν τοῦ ἀγῶνος ἐνεστῶτος ὀλυμπιάσιν, ἀπαγγελθείη τοῖς ἐκεῖ τὸ συμβάν, καὶ εὑρεθείη τὸ τάχος τῆς ἀγγελίας ἀληθές. ταύτην δὲ τὴν συμφορὰν αἰτίαν γενέσθαι τοῖς Κροτωνιάταις φασί, τοῦ μὴ πολὺν ἔτι συμμεῖναι χρόνον, διὰ τὸ πλῆθος τῶν τότε πεσόντων ἀνδρῶν. Μετὰ δὲ τὴν Σάγραν ἀχαιῶν κτίσμα Καυλωνία, πρότερον δ᾽ Αὐλωνία λεγομένη, διὰ τὸν προκείμενον Αὐλῶνα. ἔστι δ᾽ ἔρημος. οἱ γὰρ ἔχοντες ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐξέπεσον, καὶ τὴν ἐκεῖ Καυλωνίαν ἔκτισαν. Μετὰ δὲ ταύτην Σκυλλήτιον, ἄποικος Ἀθηναίων τῶν μετὰ Μενεσθέως, νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται. Κροτωνιατῶν δ᾽ ἐχόντων, Διονύσιος Λοκροῖς μέρος ὥρισεν. ἀπὸ δὲ τῆς πόλεως καὶ ὁ κόλπος Σκυλλητικὸς ὠνόμασται, ποιῶν τὸν εἰρημένον ἰσθμὸν, πρὸς τὸν Ἱππωνιάτην κόλπον. ἐπεχείρησε δ᾽ ὁ Διονύσιος καὶ διατειχίζειν τὸν ἰσθμὸν, στρατεύσας ἐπὶ Λευκανούς· λόγῳ μὲν, ὡς ἀσφάλειαν παρέξων, ἀπὸ τῶν ἐκτὸς βαρβάρων, τοῖς ἐντὸς ἰσθμοῦ· τὸ δ᾽ ἀληθὲς, λῦσαι τὴν πρὸς ἀλλήλους κοινωνίαν βουλόμενος, ὥστ᾽ ἄρχειν τῶν ἐντὸς ἀδεῶς. ἀλλ᾽ ἐκώλυσαν οἱ ἐκτὸς εἰσελθόντες. Μετὰ δὲ τὸ Σκυλλήτιον ἡ Κροτωνιατῶν χώρα, καὶ τῶν Ἰαπύγων ἄκραι τρεῖς. μετὰ δὲ ταῦτα τὸ Λακίνιον, Ἥρας ἱερὸν, πλούσιον ποτὲ ὑπάρξαν, καὶ πολλῶν ἀναθημάτων μεστόν. Τὰ διάρματα δ᾽ οὐκ εὐκρινῶς λέγεσθαι, πλὴν ὥστε γε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σταδίους ἀπὸ πορθμοῦ μέχρι Λακινίου, Πολύβιος ἀποδίδωσι δισχιλίους καὶ τ. ἐντεῦθεν δὲ καὶ διάρμα εἰς ἄκραν Ἰαπυγίαν ψ. τοῦτο δὲ καὶ στόμα λέγουσι τοῦ Ταραντίνου κόλπου. αὐτὸς δ᾽ ὁ κόλπος ἔχει περίπλουν ἀξιόλογον, μιλίων διακοσίων μ, ὡς ὁ χωρογράφος φησί, τ π εὐζώνῳ Ἀρτεμίδωρος. τοσούτοις δὲ καὶ λείπων τοῦ πλάτους τοῦ στόματος τοῦ κόλπου. Βλέπει δὲ πρὸς ἀνατολὰς χειμερινὰς, ἀρχὴ δ᾽ αὐτοῦ τὸ Λακίνιον. κάμψαντι γὰρ εὐθὺς αἱ τῶν Ἀχαιῶν πόλεις ἦσαν, αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ πλὴν τῆς Ταραντίνων, ἀλλὰ διὰ τὴν δόξαν τινῶν, ἄξιον ἐστι ἐπὶ πλέον αὐτῶν μνησθῆναι. Πρώτη δ᾽ ἐστὶ Κρότων ἐν ἑκατὸν καὶ ν σταδίοις ἀπὸ τοῦ Λακινίου. καὶ ποταμὸς Αἴσαρος καὶ λιμὴν, καὶ ἄλλος ποταμὸς Νέαιθος, ὧν τὴν ἐπωνυμίαν γενέσθαι φασὶν, ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος. καταχθέντας γάρ τινας τῶν ἀπὸ τοῦ Ἰλιακοῦ

τοῦ ἄλλου πλανηθέντων Ἀχαιῶν, ἐκβῆναι λέγουσιν ἐπὶ τὴν κατάσκεψιν τῶν χωρίων. τὰς δὲ συμπλεούσας αὐτοῖς Τρωάδας καταμαθούσας ἔρημα ἀνδρῶν τὰ πλοῖα ἐμπρῆσαι, βαρυνομένας τὸν πλοῦν, ὥστ' ἀναγκασθῆναι μένειν ἐκείνους, καὶ τὴν γῆν σπουδαίαν ὁρῶντας, εὐθὺς δὲ καὶ ἄλλων πλειόνων ἀφικνουμένων καὶ ζηλούντων ἐκείνους κατὰ τὸ ὁμόφυλον, πολλὰς κατοικίας γενέσθαι, ὧν αἱ πλέιους ἐπώνυμοι τῶν Τρώων ἐγένοντο· καὶ ποταμὸς δὲ ὁ Νέαιθος ἀπὸ τοῦ πάθους τὴν προσωνυμίαν ἔσχε. Φησὶ δ' Ἀντίοχος τοῦ θεοῦ φήσαντος Ἀχαιοῖς Κρότωνα κτίζειν, ἀπελθεῖν Μύσκελλον κατασκεψόμενον τὸν τόπον. ἰδόντα δ' ἐκτισμένην ἤδη Σύβαριν, ποταμῷ τῷ πλησίον ὁμώνυμον, κρῖναι ταύτην ἀμείνω· ἐπανερέσθαι δ' οὖν ἀπιόντα τὸν θεόν, εἰ λῷον εἴη, ταύτην ἀντ' ἐκείνης κτίζειν· τὸν δὲ ἀνταπεῖν (ἐτύγχανε δὲ ὑπόκυφος ὢν ὁ Μύσκελλος·)

Μύσκελλε βραχύνωτε παρὲκ θεὸν ἄλλο ματεύων,
Κλάσματα θηρεύεις· ὀρθὸν δ' ὅ,τι δῷ τις ἐπαίνει.

Ἐπανελθόντα δὲ κτίσαι τὴν Κρότωνα, συμπράξαντος καὶ τοῦ Ἀρχίου τοῦ τὰς Συρακούσας οἰκίσαντος, προσπλεύσαντος κατὰ τύχην, ἡνίκα ὥρμητο ἐπὶ τὸν τῶν Συρακουσῶν οἰκισμόν. Ὤκουν δ' Ἰάπυγες τὴν Κρότωνα πρότερον, ὡς Ἔφορός φησι. Δοκεῖ δ' ἡ πόλις τά τε πολεμικὰ ἀσκῆσαι καὶ τὰ περὶ τὴν ἄθλησιν· ἐν μιᾷ γοῦν Ὀλυμπιάδι οἱ τῶν ἄλλων προτερήσαντες τῷ σταδίῳ ἑπτὰ ἄνδρες ἅπαντες ὑπῆρξαν Κροτωνιᾶται, ὥστ' εἰκότως εἰρῆσθαι δοκεῖ, διότι Κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος ἦν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων· καὶ τὴν παροιμίαν δὲ ὑγιέστερον Κρότωνος λέγουσαν, ἐντεῦθεν εἰρῆσθαί φασιν, ὡς τοῦ τόπου πρὸς ὑγείαν καὶ εὐεξίαν ἔχοντός τι φορὸν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀθλητῶν. πλείστους οὖν Ὀλυμπιονίκας ἔσχε, καίπερ οὐ πολὺν χρόνον οἰκηθεῖσα διὰ τὸν φθόρον, τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ πεσόντων ἀνδρῶν τοσούτων τὸ πλῆθος. Προσέλαβε δὲ τῇ δόξῃ, καὶ τὸ τῶν Πυθαγορείων πλῆθος. καὶ Μίλων, ἐπιφανέστατος μὲν τῶν ἀθλητῶν γεγονώς, ὁμιλητὴς δὲ Πυθαγόρου διατρίψαντος ἐν τῇ πόλει πολὺν χρόνον. φασὶ δὲ ἐν τῷ συσσιτίῳ ποτὲ τῶν φιλοσόφων πονήσαντος στύλου, τὸν Μίλωνα ὑποδύντα σῶσαι ἅπαντας, ὑποσπάσαι δὲ ἑαυτόν. τῇ δ' αὐτῇ ῥώμῃ πεποιθότα εἰκὸς καὶ τὴν ἱστορουμένην ὑπό τινων εὑρέσθαι καταστροφὴν τοῦ βίου.

hibent. Nam ab expeditione Iliaca Achæorũ quosdam in reditu uagatos eò appulisse, & egressos in terram ut loca ista explorarent, ibi tum Troianæ quæ unà uehebantur mulieres nauigia quæ uirorum uacua depræhendissent, incendisse, molestia nauigationis impulsas: itaq; eos ibi sedem ponere coactos fuisse. qui cũ uiderent terram esse ibi locorum fertilem, statimq; alij complures eiusdem gẽtis eò applicarent, prioresq; imitarẽtur, multa fuerunt condita oppida, quorum pleraq; à Troianis sunt denominata, sicut & Neæthus amnis. Antiochus scriptũ reliquit, cùm Achæis Deus mandasset ut Crotonem conderent, Myscellum eò locum speculandi causa uenisse, cumque iam conditam ibi uideret Sybarin uicino amni cognominem, eam potiorem iudicasse profectumq; ad oraculum, quæsiuisse, cõcederetur'ne Sybarin loco Crotonis condere, responsumq; sic fuisse: 11

11 Gibbose incassũ Myscelle aliena requiris,
Vanaq; uenaris, quæ dantur dona, probato.

Erat autem Myscellus nonnihil gibbosus. Itaq; reuersum cõdidisse Crotonem, adiuuãte etiam Archia Syracusarum conditore, qui forte fortuna eò appulit, cum ad Syracusas condendas tenderet cursum. Ephorus scribit, Crotonem antè ab Iapygibus fuisse habitatam. Videtur urbs ea & bellicis rebus studuisse, & athleticæ. una enim Olympiade septem uiri qui stadio uicẽre, omnes Crotoniatæ fuerunt, ut non iniuria dictum uideatur, Extremum Crotoniatarum, reliquorũ Græcorum esse primum. inde quoq; ductum aiũt prouerbium, Salubrior Crotone: quod ex athletarum multitudine colligeretur, locum istum ad sanitatem ac firmam corporis constitutionem habere, aliquid conducibile. tulit enim plurimos qui Olympia uincerent, quanquam non diu urbs ipsa habitata fuerit, propter cladem ciuium, qui ingenti numero ad Sagram ceciderunt. Auxit urbis gloriam etiam Pythagoreorum multitudo, & Milo athletarum celeberrimus, idemq; discipulus Pythagoræ longo tempore ea in urbe uersati. Hunc ferunt aliquando columna in contubernio philosophorum ruinam minante, in eius subijsse locum, itaq; & reliquos seruasse omnes, & ipsum sese subduxisse. ac probabile est cõfisum huic robori corporis, eum qui â quibusdam narratur inuenisse uitę exitum.

ferunt

ferunt enim cùm quodam tempore per densam syluam iter faceret, atque à uia longiùs discessisset, offendisse magnum lignum cui inserti cunei essent, ibi hominem immissis in fissuram manibus atque pedibus conatum fuisse lignum omnino disrumpere, idque modò consecutum, ut delapsis cuneis lignum in se coiret, ipsumque hoc modo captum, feris escã factum. Ducentis à Crotone stadijs est Sy-

Sybaris. baris ab Achæis condita urbs in medio duorum fluuiorum Crathidis & Sybaridis. conditor eius Iseliceus. Tanta autem rerum prosperitate urbs ea excelluit, ut & quatuor uicinis gentibus imperârit, & XXV urbes dicto audientes habuerit, & CCC hominum millia in bellum contra Crotoniatas eduxerit, domicilijsque supra Grathidem stadia L compleuerit. Sed luxu Sybaritarum ac petulantia fa

12 ctum est, ut 12 LXX dierum spacio uniuersam eis istam felicitatem Crotaniatæ eriperent, captam enim urbem immisso flumine aquis obruerunt. Qui cladi superfuerunt pauci, postea temporis habitatum eò redierunt. Sed & hi aliquanto post ab Atheniensibus, & alijs Græcis deleti sunt: qui cum uenissent ut ipsis se adiungerent, in societatem ciuitatis contemtos interfecerunt, urbemque in alium uicinum locum translatam à fonte id nominis gerente Thurios denominauerunt. Sybaris potus, equi ut facilè consternentur facit, ideoque armenta ab eo arcent. At Crathis hominum qui in eo lauant crines fuluos al bosque reddit, & multis alijs malis medicina

Thurij. est. Thurij longo tempore fortuna usi secunda, tandem à Lucanis in seruitutem subacti sunt, Tarentinisque eos opprimentibus, ad Romanos confugerunt, hi Thurijs iam attritis colonos miserunt, Copiasque urbem nuncupauerunt. Post Thurios est Lagatia oppidũ, Epei & Phocensium colonia, unde uinũ Lagaritanum dulce ac lene, magnique admodum apud medicos nominis. Sed & Thurinum uinũ inter nobilia est. Sequitur Herculis urbs siue Heraclea, paululum supra mare: duoque omnes nauigabiles Aciris & Siris, superque eo urbs Troianæ cognominis, quæ postmodo Heraclea ibi à Tarentinis condita, nauale Heracleotarũ exstitit, distat ab Heraclea stadijs XXIV, à Thurijs circiter CCCXXX. Troianæ porrò coloniæ indicium ponunt Mineruæ Ilia-

τοῦ βίου. λέγεται γοῦν ὁδοιπορῶν ποτε δι᾽ ὕλης βαθείας, παραβῆναι τὴν ὁδὸν ἐπὶ πλέον· εἶθ᾽ εὑρὼν ξύλον μέγα ἐσφηνωμένον, ἐμβαλὼν χεῖρας ἅμα καὶ πόδας εἰς τὴν διάστασιν βιάζεσθαι πρὸς τὸ διαστῆσαι τελέως. τοσοῦτον δ᾽ ἰσχῦσαι μόνον, ὥστ᾽ ἐκπεσεῖν τοὺς σφῆνας, εἶτ᾽ εὐθὺς συμπεσεῖν τὰ μέρη τοῦ ξύλου, ἀποληφθέντα δ᾽ αὐτὸν ἐν τοιαύτῃ πάγῃ θηρόβρωτον γενέσθαι. Ἐφεξῆς δ᾽ ἐστὶ διακοσίοις σταδίοις Ἀχαιῶν κτίσμα ἡ Σύβαρις δυοῖν ποταμῶν μεταξὺ, Κράθιδος καὶ Συβάριδος. οἰκιστὴς δ᾽ αὐτῆς ὁ Ἰσελικεύς. τοσοῦτον δ᾽ εὐτυχίᾳ διήνεγκεν ἡ πόλις αὕτη τὸ πλέον, ὡς τεττάρων μὲν ἐθνῶν τῶν πλησίον ἐπῆρξε, πέντε δὲ καὶ εἴκοσι πόλεις ὑπηκόους ἔσχε, τριάκοντα δὲ μυριάσιν ἀνδρῶν ἐπὶ Κροτωνιάτας ἐστράτευσαν, πεντήκοντα δὲ σταδίων κύκλον συνεπλήρουν οἰκοῦντες ἐπὶ τῷ Κράθιδι. ὑπὸ μέντοι τρυφῆς καὶ ὕβρεως τὴν εὐδαιμονίαν ἅπασαν ἀφῃρέθησαν ὑπὸ Κροτωνιατῶν, ἐν ἡμέραις ἑβδομήκοντα. ἑλόντες γὰρ τὴν πόλιν, ἐπήγαγον τὸν ποταμὸν, καὶ κατέκλυσαν. ὕστερον δ᾽ οἱ περιγενόμενοι, συνελθόντες ἐπῴκουν ὀλίγοι. χρόνῳ δὲ καὶ οὗτοι διεφθάρησαν ὑπὸ Ἀθηναίων, καὶ ἄλλων Ἑλλήνων. οἳ συνοικήσοντες μὲν ἐκείνοις ἀφίκοντο· καταφρονήσαντες δὲ αὐτῶν, τοὺς μὲν διεχειρώσαντο, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἕτερον τόπον μετέθηκαν πλησίον, καὶ Θουρίους προσηγόρευσαν ἀπὸ κρήνης ὁμωνύμου. Ὁ μὲν οὖν Σύβαρις τοὺς πίνοντας ἵππους ἀπ᾽ αὐτοῦ, πταρτικοὺς ποιεῖ. διὸ καὶ τὰς ἀγέλας ἀπείργουσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ. Ὁ δὲ Κράθις τοὺς ἀνθρώπους ξανθοτριχεῖν καὶ λευκοτριχεῖν ποιεῖ λουομένους, καὶ ἄλλα πολλὰ πάθη ἰᾶται. Θούριοι δ᾽ εὐτυχήσαντες πολὺν χρόνον, ὑπὸ Λευκανῶν ἠνδραποδίσθησαν. Ταραντίνων δ᾽ ἀφελομένων ἐκείνους, ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγον. οἱ δὲ πέμψαντες συνοίκους ὀλιγανδροῦσι, μετωνόμασαν Κωπίας τὴν πόλιν. Μετὰ δὲ Θουρίους, Λαγαρία φρούριον, Ἐπειοῦ καὶ Φωκέων κτίσμα, ὅθεν καὶ ὁ Λαγαρίτανος οἶνος, γλυκὺς καὶ ἁπαλὸς, καὶ παρὰ τοῖς ἰατροῖς σφόδρα εὐδοκιμῶν. καὶ ὁ Θουρῖνος δὲ, τῶν ἐν ὀνόματι οἴνων ἐστίν. Εἶθ᾽ Ἡράκλεια πόλις, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης. καὶ ποταμοὶ δύο πλωτοὶ Ἄκιρις καὶ Σίρις, ἐφ᾽ οὗ πόλις ἦν ὁμώνυμος Τρωϊκή. χρόνῳ δὲ τῆς Ἡρακλείας ἐντεῦθεν οἰκισθείσης ὑπὸ Ταραντίνων, ἐπίνειον αὕτη τῶν Ἡρακλεωτῶν ὑπῆρξε. διεῖχε δ᾽ Ἡρακλείας μὲν τέτταρας καὶ εἴκοσι σταδίους, Θουρίων δὲ περὶ λ̄ καὶ τ̄. Τῆς δὲ τῶν Τρώων κατοικίας τεκμήριον ποιοῦνται τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιά-

τῆς Ἰλιάδος ξόανον, ἱδρυμένον αὐτόθι, ὅπερ καταμῦσαι μυθεύουσιν ἀποσπωμένων τῶν ἱκετῶν ὑπὸ Ἰώνων τῶν ἑλόντων τὴν πόλιν. τούτους γὰρ ἐπελθεῖν οἰκήτορας τὴν Λυδῶν ἀρχὴν, καὶ βίᾳ λαβεῖν τὴν πόλιν αὐτοχθόνων οὖσαν, καλέσαι δὲ αὐτὴν Πολίιον. δείκνυσθαι δὲ καὶ νῦν καταμῦον τὸ ξόανον. ἰταμὸν μὲν οὖν καὶ τὸ οὕτω μυθεύειν ὥστε μὴ μόνον καταμῦσαι φαινόμενον, καθάπερ καὶ τὸ ἐν Ἰλίῳ ἀποστραφῆναι κατὰ τὸν Κασάνδρας βιασμὸν, ἀλλὰ καὶ καταμῦον δείκνυσθαι. πολὺ δὲ ἰταμώτερον τὸ τοιαῦτα ποιεῖν ἐξ Ἰλίου κεκομισμένα ὅσα φασὶν οἱ συγγραφεῖς. καὶ γὰρ ἐν Ῥώμῃ καὶ ἐν Λαουϊνίῳ καὶ ἐν Λουκερίᾳ καὶ ἐν Σειρίτιδι Ἰλιὰς Ἀθηνᾶ καλεῖται, ὡς ἐκεῖθεν κομισθεῖσα, καὶ τὸ τῶν Τρωάδων δὲ τόλμημα, περιφέρεται πολλαχοῦ, καὶ ἄπιστον φαίνεται, καίπερ δυνατὸν ὄν. τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίων κτίσμα φασὶ, καὶ Σειρῖτιν, καὶ τὴν ἐπὶ Τεύθραντος Σύβαριν. φησὶ δ' Ἀντίοχος τοὺς Ταραντίνους, Θουρίοις καὶ Κλεανδρίᾳ τῷ στρατηγῷ φυγάδι ἐκ Λακεδαίμονος πολεμοῦντας περὶ τῆς Σειρίτιδος συμβῆναι καὶ συνοικῆσαι μὲν κοινῇ, τὴν δ' ἀποικίαν κριθῆναι Ταραντίνων· ὕστερον δ' Ἡράκλειαν κληθῆναι, μεταβαλοῦσαν καὶ τοὔνομα, καὶ τὸν τόπον. Ἑξῆς δ' ἐστὶ Μεταπόντιον, εἰς ὃ ἀπὸ τοῦ ἐπινείου τῆς Ἡρακλείας εἰσὶ στάδιοι μ' πρὸς τοῖς ἑκατόν. Πυλίων δὲ λέγεται κτίσμα τῶν ἐξ Ἰλίου πλευσάντων μετὰ Νέστορος, οὓς οὕτως εὐτυχῆσαι ἀπὸ γεωργίας φασὶν, ὥστε θέρος χρυσοῦν ἐν Δελφοῖς ἀναθεῖναι. σημεῖον δὲ ποιοῦνται τῆς κτίσεως, τὸν τῶν Νηλειδῶν ἐναγισμόν. ἠφανίσθη δ' ὑπὸ Σαυνιτῶν. Ἀντίοχος δέ φησιν, ἐκλειφθέντα τὸν τόπον, ἐποικῆσαι τῶν Ἀχαιῶν τινάς. μεταπεμφθῆναι δὲ κατὰ μῖσος τὸ πρὸς Ταραντίνους τῶν Ἀχαιῶν, τῶν ἐκπεσόντων ἐκ τῆς Λακωνικῆς. ἵνα μὴ Ταραντῖνοι γειτνιῶντες ἐπιπηδήσαιεν τῷ τόπῳ. δυοῖν δ' οὐσῶν τῶν πόλεων τῶν Μεταποντίων ἐγγυτέρω τοῦ Τάραντος, πεισθῆναι τοὺς ἀφιγμένους ὑπὸ Συβαριτῶν, τὸ Μεταπόντιον κατασχεῖν. τοῦτο μὲν γὰρ ἔχοντας, ἕξειν καὶ τὴν Σειρῖτιν. εἰ δ' ἐπὶ τὴν Σειρῖτιν τράποιντο, προσθήσειν τοῖς Ταραντίνοις τὸ Μεταπόντιον ἐν πλευραῖς οὖσι. πολεμοῦντας δ' ὕστερον πρὸς τοὺς Ταραντίνους καὶ τοὺς ὑπερκειμένους Οἰνωτρούς, ἐπὶ μέρει διαλυθῆναι τῆς γῆς, ὅπερ γενέσθαι τῆς τότε Ἰταλίας ὅριον, καὶ τῆς Ἰαπυγίας. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μυθεύουσι

uæ Iliacæ simulacrum ibi dedicatum. Idq́ ferunt oculos palpebris clausis solo defixisse, cum Iones urbe capta supplices ab eo simulacro auellerent, hos enim Lydos initio eò peruenisse, urbemq́ eam, quæ indigenarum erat, ui cepisse: dictam autem fuisse Poliium. sed & hodieque monstrari simulacrum illud conniuens. Enimuerò proteruum est fingere, simulacrum aliquod non modò uisum fuisse conniuere, sicut imaginem Mineruæ Ilij ferunt oculos auertisse cùm uiolaretur Casandra: sed fabulæ adijcere, simulacrum etiãnum conniuens conspici. At multo etiam proteruius est ea ab Ilio allata fabulari, quæ scriptores ponunt. Nam & Romæ, & Lauinij, & Luceriæ, & Siritide Minerua habetur Iliaca, quasi ab Ilio allata: & facinus mulierũ Troianarum multis adscribitur locis, eoq́ fides ei derogatur, cùm fieri tamen potuerit. Quidam & Siritidem & Sybarin, Teuthrantiam Rodiorum colonias faciũt. Antiochus autor est Tarentinos contra Thurios & Cleandriam imperatorem qui Sparta exulabat, ob Siritidem belligerantes, ita pacem coiuisse, ut æquo utrinque Siritis iure incoleretur, Tarentinorũ tamen iudicaretur colonia: eam postea temporis Heracleam appellatam cum nomine locum quoque mutauisse. Subsequitur Metapontium, à nauali Heraclea dissitum stadijs CXL. Conditum aiunt à Pylijs, qui cum Nestore ab Ilio nauigauerunt. hos tanto successu terram coluisse, ut auream æstatem Delphis dedicauerint. A' Pylijs urbem esse conditam, ab exequijs Neleidum ratiocinantur. Vrbem eam Samnites deleuerunt. Antiochus scribit, locum illum incolis destitutum Achæos quosdam occupasse, euocatos eò ob Achæorum qui Laconica pulsi fuerant odium in Tarentinos, ne hi (uicini enim erant.) in locum illum insilirent. cum autem duæ essent urbes, Metapontijs uiciniores Tarento, à Sybaritis persuasum fuisse ijs quos euocatos diximus, ut Metapontum occuparent: quod eo potiti, Siritidem quoque essent habituri: sin ipsi se ad Siritin contulissent, fore ut Tarentini à latere imminentes Metapontum suam facerent. successu temporis bello cum Tarentinis & qui suprà adiacent Oenotris conflato, accepta agri parte pacem composuisse, qui tunc fuerit Italiæ & Iapygiæ terminus. Ibi etiam Metapontum fabulantur,

Metapontius.

bulantur, & Melanippam captiuam, & huius filium Bœotum. Existimat autem Antiochus urbem olim Metabum dictam, postea Metapontium denominatam: Melanippamque non ad Metabum, sed ad Dium peruenisse. idque sacello Metabi argui, & Asij poetæ testimonio, qui ait: Bœotum

In Dij formosa domo peperit Melanippe.

ad hunc nimirum adductam innuens Melanippam, non ad Metabum. Ephorus tradit, Metaponti autorem fuisse Daulium Crissæ, eius quæ prope Delphos est, tyrannum. Fertur & alia narratio. fuisse ab Achiuis ad eam coloniam deducēdam missum Leucippum, qui cum locum istum ad diem & noctem precario à Tarentinis obtinuisset, noluerit reddere: interdiu reposcentibus respondens se etiam ad insequentem noctem petijsse ac impetrasse: noctu, ad imminentem diem. Deinceps Tarentum est, & Iapygia. de quibus dicemus, si prius, quod ratio nostri instituti requirit, præpositas Italiæ insulas peragrauerimus. quia enim adhuc singulis gentibus iuxta uicinas insulas exposuimus: nunc Oenotria, quam solam Italiæ nomine intellexit antiquitas, ad finem usque enarrata, par est eūdem nos ordinem tenendo, Siciliam & quæ circà sunt insulas persequi.

καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσμῶτιν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς Βοιωτόν. δοκεῖ δ' Ἀντίοχος τὴν πόλιν Μεταπόντιον εἰρῆσθαι πρότερον Μέταβον, παρονομασθῆναι δ' ὕστερον· τήν τε Μελανίππην οὐ πρὸς τοῦτον, ἀλλὰ πρὸς Δῖον κομισθῆναι, ἐλέγχειν ἡρῷον τοῦ Μετάβου, καὶ Ἄσιον τὸν ποιητὴν φήσαντα, ὅτι τὸν Βοιωτὸν

Δίου ἐνὶ μεγάροις τέκεν εὐειδὴς Μελανίππη.

ὡς πρὸς ἐκεῖνον ἀχθεῖσαν τὴν Μελανίππην, οὐ πρὸς τὸν Μέταβον. Οἰκιστὴς δὲ τοῦ Μεταποντίου, Δαύλιος ὁ Κρίσσης τύραννος γεγένηται τῆς περὶ Δελφούς, ὥς φησιν Ἔφορος. Ἔστι δέ τις καὶ τοιοῦτος λόγος, ὡς ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὸν συνοικισμόν, Λεύκιππος εἴη, χρησάμενος δὲ παρὰ τῶν Ταραντίνων τὸν τόπον εἰς ἡμέραν καὶ νύκτα μὴ ἀποδοίη· μεθ' ἡμέραν μὲν λέγων πρὸς τοὺς ἀπαιτοῦντας, ὅτι καὶ εἰς τὴν ἐφεξῆς νύκτα αἰτήσαιτο καὶ λάβοι, νύκτωρ δ' ὅτι καὶ πρὸς τὴν ἑξῆς ἡμέραν. Ἐφεξῆς δ' ἐστὶν ὁ Τάρας καὶ ἡ Ἰαπυγία περὶ ὧν ἐροῦμεν, ὅταν πρότερον τὰς προκειμένας νήσους τῆς Ἰταλίας περιοδεύσωμεν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. ἀεὶ γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ἑκάστου τὰς γειτνιώσας προσκαταλέγοντες νήσους, καὶ νῦν ἐπειδὴ μέχρι τέλους ἐπεληλύθαμεν τὴν Οἰνωτρίαν, ἥνπερ καὶ Ἰταλίαν μόνην ὠνόμαζον οἱ πρότερον, δίκαιοί ἐσμεν φυλάξαι τὴν αὐτὴν τάξιν, ἐπελθόντες τὴν Σικελίαν, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους.

# TABVLA PTOLEMAICA, SICILIAM ET SARDINIAM proponens.

| | | | Habet diem maximum: H. | m. | Distans ab Alexand. ad occasum H. | m. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Ciuitates insignes | Sardiniæ | Susaleos | 14 | 35 | 1 | 54 |
| | | Carallis | 14 | 30 | 1 | 50 |
| | | Turris Bissonis | 14 | 30 | 2 | ferè |
| | | Gurullis noua | 14 | 34 | 1 | 58 |
| | Siciliæ | Lilybæum | 14 | 30 | 1 | 34 |
| | | Syracusa | 14 | 38 | 1 | 24 |
| | | Messena | 14 | 45 | 1 | 28 |
| | | Segesta | 14 | 30 | 1 | 34 |
| | | Catana | 14 | 40 | 1 | 24 |

Populi Siciliæ.

Meseniĳ, Orbitæ, Catanæi, Segestani, Syracusĳ.

Ciuitates.

Agathyrium, Alontium, Alæsa, Alete Abacena, Aleta, Aetna, Agurium, Asserus, Acreæ, Agragas, Ancrina. Bucra Calacta, Cefalœdis, Cætaria, Caueana Catana, Capytium, Cẽturipæ, Cotyrga Cacyrum, Camarina. Drepanum, Dymthus. Erbessus, Enna, Engium, Entella Elorus, Elcethium. Gela. Heraclea, Herbita, Hidra, Hybla. Imichara, Ina. Lilybęum, Leontium, Ligum. Messena, Menæ Megara, Motuca. Neetum. Olulis. Panormus, Pintia, Paciorus, Petra, Phthinthia. Syracusa, Sergentium, Schera, Segesta, Tyndarium, Thermæ, Tauromeniũ, Tissa, Triocla.

Sardiniæ populi.

Tibulatĳ, Corsĳ, Coracensĳ, Carensĳ, Cunusitani, Solcitani, Luci Idunesĳ, Aesaronensĳ, Cornensĳ qui & Aechilensĳ, Ruacensĳ, Celsitani, Corpicensĳ, Scapitani, Siculensĳ, Neapolitæ, Valentini, Solicitani.

Ciuitates.

Aquæ Hypsitanæ, Aquæ Lesitanæ, Aquæ Neapolitanæ. Bosa. Carallis, Cornus. Ericenum, Fræum. Feronia. Gurullis uetus, Gurullis noua. Iuliola. Lesa. Macopsisa. Nora. Osæa, Olbia. Pachia, Pupulum, Plubium. Susalei uilla, Caralapis. Tilium, Tarra, Turris Bissonis, Tibula. Vsellis, Valeria.

Corsicæ pars
Ligusticum
Mare Tyrrenum
Nymphæa
Herculis insula
Ilua
Phitonis insula
Corymbarium promon.
Tibulatĳ Corsĳ
Coracensĳ Carensĳ
Cunusitani Olbia
Menomeni montes
Cedrus fl.
Solicitani
Luci Idonesĳ
Aesaronensĳ
Aechilesĳ Cornẽsĳ
Gurulis noua
Mare Sardoum
Ruacensĳ Saeprus fl.
Scapitani Siculensĳ
Osæa
Neapolitæ
SARDINIA
Valentini
Solcitani
Carali
Pupulum
Hieracum siue acapitrum insula
Plumbea insula
Diabate
Hermæa
Ficaria
Cuniocharium promon.
Punicum
Mare Aphricũ
Carthago
Vstica
Didyme
Icesia
Phœnicodes
Strõgyle
Vulcani insula
Italiæ pars
Pelorus
Messena
Rhegium
Chyda fl.
Aetna mons
Cẽturipæ
Orbitæ
Catanæi
Alabus fl.
Catana
Mare Adriaticum
Monalus fl.
SICILIA
Crataæ mons
Syracusĳ
Syracusa
Osteodes
Panormus
Himera fl.
Eleutherus
Bathis fl.
Drepanum
Lilybæum
Heraclea Agrigentum
Pachinus promõ.
Phorbantia
Aegusa
Paconia
Aeoli insula
Parall. per Rhodũ
Glaucomo
Cossira
Melita hodie Malta
Sacrum Iunonis
Herculis templum
Lopadusa
Aethusa

στι δ' ἡ Σικελία, τρίγωνος τῷ σχήματι. καὶ διὰ τοῦτο Τρινακρία μὲν πρότερον, Τρινακὶς δ' ὕστερον προσηγορεύθη, μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον. τὸ δὲ σχῆμα διορίζουσι τρεῖς ἄκραι. Πελωριὰς μὲν ἡ πρὸς τὴν Καίνυν, καὶ τὴν στηλίδα, καὶ τὴν Ῥηγίνων ποιοῦσα τὸν πορθμόν. Πάχυνος δὲ ἡ ἐκκειμένη πρὸς ἕω, καὶ τῷ Σικελικῷ κλυζομένη πελάγει, βλέπουσα πρὸς τὴν Πελοπόννησον, καὶ τὸν ἐπὶ Κρήτης πόρον. τρίτη δ' ἐστὶν ἡ προσεχὴς τῇ Λιβύῃ, βλέπουσα πρὸς αὐτὴν ἅμα καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν, Λιλύβαιον. τῶν δὲ πλευρῶν, ἃς ἀμφοτερίζουσιν αἱ τρεῖς ἄκραι, δύο μὲν εἰσὶ κοῖλαι, μετρίως. ἡ δὲ τρίτη, κυρτὴ ἡ ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου καθήκουσα πρὸς τὴν Πελωριάδα, ἥπερ μεγίστη ἐστὶ σταδίων χιλίων καὶ ἑπτακοσίων, ὡς Ποσειδώνιος εἴρηκε, προσθεὶς καὶ εἴκοσι. τῶν δ' ἄλλων ἡ ἐπ' ἐπὶ Πάχυνον ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου μείζων τῆς ἑτέρας. ἐλαχίστη δὲ ἡ τῷ πορθμῷ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ προσεχής, ἡ ἀπὸ τῆς Πελωριάδος ἐπὶ τὸν Πάχυνον, σταδίων ὅσον χιλίων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. τὸν δὲ περίπλουν ὁ Ποσειδώνιος σταδίων τετρακοσίων ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις ἀποφαίνει. ἐν δὲ τῇ χωρογραφίᾳ μείζω λέγεται τὰ διαστήματα, κατὰ μέρος διῃρημένα μιλιασμῷ. ἐκ δὲ Πελωριάδος εἰς Μύλας κε΄. τοσαῦτα δὲ καὶ ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα. εἶτα εἰς Ἀγάθυρσον λ΄. καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισαν, καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον. ταῦτα μὲν πολίχνια. εἰς δ' Ἱμέραν ποταμὸν ιη΄ διὰ μέσης ῥέοντα τῆς Σικελίας. εἶτ' εἰς Πάνορμον λε΄. β΄ δὲ καὶ λ΄ εἰς τὸ τῶν Αἰγεσταίων ἐμπόριον. λοιπὰ δὲ εἰς Λιλύβαιον λη΄. ἐντεῦθεν δὲ κάμψαντι ἐπὶ τὸ συνεχὲς πλευρὸν, εἰς μὲν τὸ Ἡράκλειον οε΄. ἐπὶ δὲ τὸ Ἀκραγαντῖνον ἐμπόριον κ΄, καὶ ἄλλα κ΄ εἰς Καμάριναν. εἶτ' ἐπὶ Πάχυνον ν΄. ἐντεῦθεν πάλιν κατὰ τὸ τρίτον πλευρὸν εἰς μὲν Συρακούσας λς΄. εἰς δὲ Κατάνην ξ΄. εἶτ' εἰς Ταυρομένιον λγ΄. εἶτ' εἰς Μεσσήνην λ΄. πεζῇ δὲ ἐκ μὲν Παχύνου εἰς Πελωριάδα ρξη΄. ἐκ δὲ Μεσσήνης εἰς Λιλύβαιον τῇ Οὐαλερίᾳ ὁδῷ λε΄. Ἔνιοι δ' ἁπλούστερον εἰρήκασιν, ὥσπερ Ἔφορος, τόν γε περίπλουν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν ε΄. Ποσειδώνιός τε τοῖς κλίμασιν ἀφορίζων τὴν νῆσον, καὶ πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Πελωριάδα, πρὸς νότον δὲ Λιλύβαιον, πρὸς ἕω δὲ τὸν Πάχυνον τίθησιν. Ἀνάγκη δὲ τῶν κλιμάτων ἐν παραλληλογράμμῳ σχήματι διαστελλομένων, τὰ ἐγγραφόμενα τρίγωνα, καὶ μάλιστα ὅσα σκαληνά, καὶ ὧν οὐδεμία πλευρὰ τῶν τοῦ παραλληλογράμμου ἐφαρμόττει,

τες,

Icilia figuram habet triquetram, ita que & Trinacria à tribus extremitatibus quondam, & postea sono uocis concinniore Thrinacis denominata fuit. Figuram eius tria definiunt promontoria. Pelorus, quo uersus Cænyn, columellam, & Regium fretum includitur. Pachynus, qui contra orientem prominet, Siculoq; alluitur mari, & Peloponnesum, Cretensemque traiectum respicit. Lilybæum, Africæ obuersum, hybernoq; iuxta occasui. Sic 13 Laterum, quæ his tribus extremis includuntur, 13 duo sunt concaua mediocriter, tertium à Lilybæo ad Pelorum curuum est, idemq; longissimum, stadiorum CIƆ IƆCC, ut Posidonius dixit, qui & XX adiecit. de reliquis id quod à Lilybæo ad Pachynum pertinet, altero maius, minimum omnium id quod freto & Italiæ adiacet à Peloro ad Pachynum tendens, stadiorum circiter CIƆ C XXX. Ambitum insulæ Posidonius pronunciat stadiorum IV CIƆ CCCC. At in chorographia, siue ea est regionum descriptio, interualla ponuntur maiora, distincta per partes in milliaria. A' Peloro ad Mylas passuum millia XXV. totidem à Mylis Tyndaridem. hinc Agathyrsum XXX. rursum Alæsam totidem, aliaq; XXX inde Cephaloedium (. hæc nomina sunt oppidorum. ) tum ad Himeram fluuium, qui per mediam fertur Siciliam M. p. XIIX. Hinc Panormum XXXV. ad emporium Aegestensium XXXII, indeq; ad Lilybæum XXXIIX Flectenti inde ad continens latus, ad Heracleã LXXV, tum ad Agrigẽtinũ emporiũ XX, aliaq; XX Camarinã, hinc ad Pachynum L. Inde in tertio latere Syracusas XXXVI, Catanam porrò LX, Tauromenium XXXIII, Messanam XXX. Terrestri autem itinere à Pachyno ad Pelorum M. p. CLXIIX. à Messana Lilybæum uia Valeria XXXV. Nonnulli simplicius rem exposuerunt, ut Ephorus, qui Siciliam circumnauigari ait quinq; diebus & noctibus: & Posidonius, qui climatibus definiens eam, Pelorum septentrioni, Lilybæum Austro, Pachynum ortui solis opponit. At uerò necesse est, cum climata figuris quarum æqualiter iuxta sese porriguntur lineæ includantur, quæ his inscribuntur triangula, maximè omnibus inter se inæqualibus lateribus, quorumq; nullum cum parallelogrammi (. sic enim id genus figurarum, cuius facta est mentio, Græci nominant.) ali

quo latere concurrit in eandem lineam: propter obliquitatem ea triangula climatibus nequaquam congruere. Sed tamen quando Sicilia Italiæ comparata ad Austrum est sita, Pelorum omnium angulorum eius maxime uersus Septentrionem spectare dici non male potest: ut linea inde ad Pachynum perducta, uersum orientem posita respicere intelligatur septentrionem, cuius latus ad fretum pertingit. oportet autem eam nonnihil conuerti ad hybernum ortum. sic enim litus inclinare depræhendes à Catana Syracusas & Pachynum proficiscens. Cæterùm traiectus à Pachyno ad Alphei ostia est stadiorũ IV CIↃ. Artemidorus autẽ à Pachyno ad Tænarum stadia numerans IV CIↃ IↃC, ab Alpheo Amisum CIↃ CXXX. uidetur mihi ea dicere, quibus à priore sententia intelligatur dissentire. At linea ad Lilybęum ducta, magis quàm Pelorus occasum uersus sita, satis commodè uidetur dici à puncto meridiano uersus occasum pertinere: simulq́ & ad auroram, & ad Austrum respicere, cum ab una parte Siculo alluatur mari, ab altera Africo, quod à Carthaginensium finibus ad Syrtes tendit. Breuissimus à Lilybæo in Africam traiectus ad Carthaginem est CIↃ CCCC stadiorum. tantoq́ue interuallo dicitur quidã acie oculorum insigni præditus è specula quadã numerum nauium Carthagine soluentium obseruasse ac ijs qui Lilybæi aderant nunciasse. Latus quod à Lilybæo est ad Pelorum, necesse est incuruari uersus ortum, & respicere id quod est inter septentrionem atq; occasum: ut septentrionem uersus habeat Italiam obiectã, ad occasum autem mare Tyrrhenum & Aeoli insulas. Vrbes Siciliȩ eo in latere quod fretum conficit, sunt Messana, Tauromenium, Catana, Syracusæ. Quæ inter Catanam ac Syracusas fuerunt urbes, perierunt, Naxus, Megara: ubi etiam ostia fluminum conueniunt, omnibus ex Aetna defluentibus, & exitus portibus commodos nanciscentibus ibi etiam Xiphoniæ est promontorium. Ephorus scribit has primas in Sicilia urbes Græcanicas fuisse, ętate post bellum Troianũ. Priores enim Tyrrhenorum latrocinia & crudelitatem ibi incolentium barbarorum ita reformidasse, ut ne mercaturæ quidem faciundæ gratia eò nauigauerint. Theoclem uerò Atheniensem ab instituto cursu uentis eò delatum,

τας ἀναρμόστως ἔχειν πρὸς τὰ κλίματα διὰ τὴν λόξωσιν. ὅμως δ' οὖν ἐν τοῖς τῆς Σικελίας τῇ Ἰταλίᾳ πρὸς νότον κειμένης, ἡ Πελωριὰς ἀρκτικωτάτη λέγοιτ' ἂν καλῶς τῶν τριῶν γωνιῶν, ὥστε τὴν ἐπιζευγνυμένην ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὸν Πάχυνον, ἐκκεῖσθαι πρὸς ἕω φαμὲν πρὸς ἄρκτον βλέπουσαν, ποιήσει δὲ τὴν πλευρὰν καὶ πρὸς τὸν πορθμόν. δεῖ δ' ἐπιστροφὴν μικρὰν λαμβάνειν ἐπὶ τὰς χειμερινὰς ἀνατολάς. οὕτω γὰρ ἡ ἠιὼν παρακλίνει προιοῦσιν ἀπὸ Κατάνης ἐπὶ τὰς Συρακούσας καὶ τὸν Πάχυνον. Δίαρμα δ' ἐστὶν ἀπὸ Παχύνου, πρὸς τὸ στόμα τοῦ Ἀλφειοῦ, στάδιοι δ. Ἀρτεμίδωρος δ' ἀπὸ Παχύνου φήσας ἐπὶ Ταίναρον εἶναι τετρακισχιλίους καὶ ἑξακοσίους, ἀπὸ δ' Ἀλφειοῦ ἐπὶ Ἀμισὸν ͵αρλ, παραχεῖν ἂν δοκεῖ μοι λόγον μὴ οὐχ ὁμολογούμενα λέγειν τῷ φήσαντι τετρακισχιλίους εἶναι τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀπὸ Παχύνου. ἡ δ' ἀπὸ Παχύνου πρὸς Λιλύβαιον, ἑσπεριωτέρα δ' ἐστὶ τῆς Πελωριάδος, ἱκανῶς ἂν καὶ αὐτὴ δόξοι τὸ ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ σημείου πρὸς τὴν ἑσπέραν. Βλέποι δὲ ἂν ἅμα πρός τε τὴν ἕω καὶ πρὸς νότον, τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους κλυζομένη, τῇ δ' ὑπὸ τοῦ Λιβυκοῦ τοῦ πρὸς τὰς Σύρτεις διήκοντος ἀπὸ τῆς Καρχηδονίας. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου τοὐλάχιστον δίαρμα ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα, καθ' ὃ δὴ λέγεταί τις τῶν ὀξυδορκούντων ἀπό τινος σκοπῆς ἀπαγγέλλειν τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀγομένων ἐκ Καρχηδόνος σκαφῶν τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ. Ἀπὸ δὲ τοῦ Λιλυβαίου τὴν ἐπὶ Πελωριάδα πλευρὰν ἀνάγκη λοξοῦσθαι πρὸς ἕω, καὶ βλέπειν πρὸς τὸ μεταξὺ τῆς ἑσπέρας καὶ τῆς ἄρκτου, πρὸς ἄρκτον μὲν ἔχουσαν τὴν Ἰταλίαν, πρὸς δύσιν δὲ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, καὶ τὰς Αἰόλου νήσους. Πόλεις δ' εἰσὶ κατὰ μὲν τὸ πλευρὸν τὸ ποιοῦν τὸν πορθμόν, Μεσσήνη πρῶτον, ἔπειτα Ταυρομένιον, καὶ Κατάνη, καὶ Συράκουσαι. αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσῶν ἐκλελοίπασι, Νάξος καὶ Μέγαρα, ὅπου καὶ αἱ τῶν ποταμῶν ἐκβολαὶ συνελθοῦσαι πάντων καταρρεόντων ἐκ τῆς Αἴτνης εἰς εὐλίμενα στόματα. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τῆς Ξιφωνίας ἀκρωτήριον. Φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ, καὶ τῇ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωϊκά. τοὺς γὰρ πρότερον δεδιέναι τὰ λῃστήρια τῶν Τυρρηνῶν, καὶ τὴν ὠμότητα τῶν ταύτῃ βαρβάρων, ὥστε μηδὲ κατ' ἐμπορίαν πλεῖν. Θεοκλέα δ' Ἀθηναῖον παρενεχθέντα ἀνέμοις εἰς τὴν Σικελίαν, κατανοῆσαι

νοῆσαι τήν τε οὐδένειαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς γῆς· ἐπανελθόντα δὲ Ἀθηναίους μὲν μὴ πεῖσαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ συχνοὺς παραλαβόντα, καὶ τῶν Ἰώνων τινάς, ἔτι δὲ Δωριέων, οἱ πλείους ἦσαν Μεγαρεῖς, πλεῦσαι. τοὺς μὲν οὖν Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον καλουμένην. αἱ μὲν οὖν πόλεις οὐκέτ' εἰσί· τὸ δὲ τῆς Ὕβλης ὄνομα συμμένει διὰ τὴν ἀρετὴν τοῦ Ὑβλαίου μέλιτος. Τῶν δὲ συμμενουσῶν κατὰ τὸ λεχθὲν πλευρὸν πόλεων, ἡ μὲν Μεσσήνη τῆς Πελωριάδος ἐν κόλπῳ κεῖται, καμπτομένης ἐπὶ πολὺ πρὸς ἕω, καὶ μασχάλην τινὰ ποιούσης. ἀπέχει δὲ τοῦ μὲν Ῥηγίου διάρμα ἑξήκοντα σταδίων, τῆς δὲ στηλίδος πολὺ ἔλαττον. κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τοὔνομα μετήλλαξε, Ζάγκλη πρότερον καλουμένη διὰ τὴν σκολιότητα τῶν τόπων (Ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιόν) Ναξίων οὖσα πρότερον κτίσμα τῶν πρὸς Κατάνῃ. ἐπῴκισαν δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι Καμπανῶν τι φῦλον. ἐχρήσαντο δ' ὁρμητηρίῳ Ῥωμαῖοι πρὸς τὸν Σικελικὸν πόλεμον τὸν πρὸς Καρχηδονίους. καὶ μετὰ ταῦτα Πομπήϊος Σέξτος ἐνταῦθα συνεῖχε τὸ ναυτικόν, πολεμῶν πρὸς τὸν Σεβαστὸν Καίσαρα. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν φυγὴν ἐποιήσατο, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς νήσου. Δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως, ἐν τῷ πόρθμῳ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίρροιαι τοῦ πορθμοῦ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συστροφῆς καὶ δίνης μεγάλης. καταποθέντων δὲ καὶ διαλυθέντων, τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠϊόνα τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τούτου Κοπρίαν. Τοσοῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις. καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτούς, ἢ Μεσσηνίους. εὐοίνου τε σφόδρα τῆς χώρας οὔσης, οὐ Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον, τοῖς ἀρίστοις ἐνάμιλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. Οἰκεῖται δ' ἱκανῶς ἡ πόλις, μᾶλλον δ' ἡ Κατάνη. καὶ γὰρ οἰκήτορας δέδεκται Ῥωμαίους. ἧττον δ' ἀμφοῖν τὸ Ταυρομένιον. Καὶ ἡ Κατάνη δ' ἐστὶ Ναξίων τῶν αὐτῶν κτίσμα. Ταυρομένιον δὲ τῶν ἐν Ὕβλῃ Ζαγκλαίων. ἀπέβαλε δὲ τοὺς οἰκήτορας τοὺς ἐξ ἀρχῆς ἡ Κατάνη, κατοικίσαντος ἑτέρους Ἱέρωνος τοῦ Συρακοσίων τυράννου, καὶ προσαγορεύσαντος αὐτὴν Αἴτνην ἀντὶ Κατάνης. ταύτης δὲ καὶ Πίνδαρος κτίστορα λέγει αὐτόν, ὅταν φῇ· Ζαθέων

tum, cum hominum ibi degetium uilitatem, tum insulæ præstantiam explorasse. cumque domum reuersus Atheniensibus ut coloniam eò deducerent non persuaderet, adscito magno Eubœam habitantium Chalcidensium numero, ac Ionum, Doriensiumque quorum maior pars Megarenses erant, in Siciliam nauigasse. ac Chalcidenses quidem Naxum, Dorienses Megara condidisse, cui prius nomen fuit Hyblę. Vrbes quidem illę non superant: Hyblæ tamen nomen ob Hyblæi mellis præstantiam perdurauit. De urbibus uerò quæ in dicto latere adhuc exstant, Messana in sinu est sita Pelori, ualdè uersus orientem inflexi, & anfractum quendam axillæ similem nacti. Abest à Regio stadiorum traiectu LX, multo propius à Columella. Condita est à Messenijs Peloponnesiacis, à quibus & nomen deduxit, cum ob locorum obliquitatem Zancle priùs diceretur, (. nã obliquum ijs Zanclium appellabatur.) condita à Naxijs qui apud Catanam incolebant. Postea temporis Mamertini, gens Campana, Messanam inhabitauit. Vsi sunt ea pro receptaculo Romani in bello Siciliensi contra Carthaginenses. ac inferioribus temporibus Sex. Pompeius bellum aduersus Augustum Cęsarem gerens classem ibi suam continuit, atque inde fugam fecit insula eiectus. Demonstratur paulo ante eam urbem in freto Charybdis, profunditas quædam prodigiosa, in quam æstus freti ob naturam loci facilè abripiunt nauigia inuersa, cum circumagitatione & fluctus procella magna. quorum absorptorum & dissipatorum fragmenta ad litus Tauromenitanum deuoluuntur. quod ab hoc euentu Copriam quasi sterquilinium, dicunt. Porrò apud Messanenses Mamertini adeò inualuerũt, ut sub suam potestatem redegerint urbem, ciuesque ab omnibus Mamertini potiùs appellentur, quàm Messanij. cumque admodum ferax uini sit ista regio, uinum non Messanium dicitur, sed Mamertinum, quod cum Italicorum uinorum optimo quouis certet. Vrbs mediocriter frequens est, Catanę tamen cedit, quæ colonos accepit Romanos. Vtraque minus frequentatur Tauromenium. Catana autem Naxiorum est colonia: Tauromenium Zanclæorum qui Hyblæ erant. Pristinos autem incolas Catana amisit, deductis eò alijs ab Hierone Syracusanorum tyranno, & nomen Catanæ in Aetnam mutantis, cuius eum conditorem etiam Pindarus his uerbis facit:

C Diuorum

Messana.

Catana.

Tauromenium.

Diuorum Hieron cognominis pater.
Conditor Aetnæ.—.
Sed sub mortem Hieronis Catanæi post-
liminio reuersi inquilinos expulerunt, sepul
crumq; tyranni proruerunt. at Aetnæi ceden
tes loco, Innesam (hoc nomen est montanis
Aetnæ.) domicilium sibi occuparunt, loco-
que nomen Aetnæ imposuerunt, distanti à
Catana stadijs xxc, eiusque oppidi autorem
Hieronem pronunciauere. Maximè Catanæ
supernè imminet mons Aetna, & urbs ea par
tem eorum potissimum capit, quæ crateras
Aetnæ efficiunt. Nam & ignis qui ex Aetna
euomitur, fluxu suo proxime in Catanæum
agrum deuoluitur: & facinus piorum filio-
rum Amphinomi & Anapiæ, qui ingruente
isto malo parentes suos humeris suis subla-
14 tos eripuerunt, 14 isti loco adsignatur. Cùm
mense Decembri montis incendium existit,
profundis tum cineribus ager Catanæus ob-
tegitur. qui cinis cùm aliquanto tempore sit
molestus, posteà temporis regionem benefi-
cio afficit. reddit enim eam uinetis lætam, ac
bonę frugis feracem, cùm reliquum agri non
ita præstet uini productione. radicesque effe
runt cinere sic oppleta loca, quibus adeò pin
gues reddi perhibent oues, ut rumpantur.
itaq; quadragesimo aut quinquagesimo cir-
citer die sanguinem detrahunt ex auribus:
quod etiam apud Erytheam fieri docuimus.
Egestæ ex incendio Aetnæ materiæ fluxus
ita concrescit, ut ad iustam altitudinem soli
superficiem in lapidem conuertat: quam qui
nudare uelint, opus habeant lapides scinde-
re. etenim lapide in crateribus colliquato, ac
deinde sursum egesto, humor uertici super-
fusus cænum est nigrum, per montem deor-
sum fluens: deinde ubi concreuit, lapis fit mo
laris, eodem retento quem fluēs habebat co-
lore. sed & cinis ita fit adustis lapidibus, ut fit
crematis lignis. sicut ergo ruta cinere ligni ali
tur, ita similem esse Aetnæo cineri cum uiti-
bus affinitatem credibile est.
Syracusæ. Iam Syracusas condidit Archias nauibus
à Corintho aduectus sub idem tempus, quo
Naxus & Megara sunt conditæ. Feruntq; si-
mul Delphos aduenisse Myscellum & Ar-
chiam consulendi oraculi gratia. interroga-
tosq; à Deo, diuitias ne mallēt, an sanitatem:
Archiam diuitias sibi optasse, sanitatem My-
scellum. deumq; illi ut Syracusas, huic ut Cro
tonem conderet mandasse. Et quidem Cro-

Ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμε πάτερ
Κτίστορ Αἴτνης.—

Κατὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἱέρωνος κατελθόντες οἱ Καταναῖοι, τούς τε οἰκήτορας ἐξέβαλον, καὶ τὸν τάφον ἀνέσκαψαν τοῦ τυράννου. οἱ δὲ Αἰτναῖοι παραχωρήσαντες, τὴν Ἴννησαν καλουμένην, τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν ᾤκισαν, καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην, διέχον τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα, καὶ τὸν Ἱέρωνα οἰκιστὴν ἀπέφηναν. Ὑπέρκειται δὲ μάλιστα τῆς Κατάνης ἡ Αἴτνη, καὶ τῶν περὶ τοὺς κρατῆρας παθῶν, πλεῖστον κοινωνεῖ. καὶ γὰρ οἱ ῥύακες εἰς τὴν Καταναίαν ἐγγυτάτω καταφέρονται, καὶ τὰ περὶ τοὺς εὐσεβεῖς ἐκεῖ τεθρύληται τὸν Ἀμφίνομον καὶ τὸν Ἀναπίαν, οἳ τοὺς γονέας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀράμενοι διέσωσαν ἐπιφερομένου τοῦ κακοῦ. * Ὅταν γὰρ Ποσειδῶνι φαίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος, κατατεφροῦται πολλῷ βάθει τὰ Καταναίων χωρία. ἡ μὲν οὖν σποδὸς λυπήσασα πρὸς καιρόν, εὐεργετεῖ τὴν χώραν χρόνοις ὕστερον. εὐάμπελον γὰρ παρέχεται καὶ χρηστόκαρπον, τῆς ἄλλης οὐχ ὁμοίως οὔσης εὐοίνου, τάς τε ῥίζας ἐκφέρει τὰ κατατεφρωθέντα χωρία. πιαίνειν δ᾽ ἐπὶ τοσοῦτον τὰ πρόβατα φασίν, ὥστε πνίγεσθαι. διόπερ ἐκ τῶν ὤτων ἀφαιροῦσιν αἷμα δι᾽ ἡμερῶν μ̄, ἢ ν̄, καθάπερ ἔφαμεν καὶ κατὰ τὴν Ἐρυθείαν συμβαῖνον εἰρήκαμεν. ὁ δὲ ῥύαξ εἰς πῆξιν μεταβάλλων, ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ᾽ ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν, τοῖς ἀνακαλύψαι βουλομένοις τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφάνειαν. τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ᾽ ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρόν, πηλός ἐστι μέλας, ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς· εἶτα πῆξιν λαβών, γίνεται λίθος μυλίας, τὴν αὐτὴν φυλάττων χρόαν, ἣν ῥέων εἶχε. καὶ ἡ σποδὸς δὲ καιομένων τῶν λίθων ὡς ἀπὸ τῶν ξύλων γίνεται. καθάπερ οὖν τὸ πήγανον τῇ ξυλίνῃ σποδῷ τρέφεται, τοιοῦτον ἔχειν οἰκείωμα πρὸς τὴν ἄμπελον εἰκὸς τὴν Αἰτναίαν σποδόν.

Τὰς δὲ Συρακούσσας, Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, οἷς ᾠκίσθησαν καὶ ἡ Νάξος, καὶ τὰ Μέγαρα. ἅμα δὲ Μύσκελλόν τε φασὶν εἰς Δελφοὺς ἐλθεῖν, καὶ τὸν Ἀρχίαν χρηστηριαζομένους ἐρέσθαι τὸν θεόν, πότερον αἱροῦνται πλοῦτον, ἢ ὑγίειαν· τὸν μὲν Ἀρχίαν ἑλέσθαι τὸν πλοῦτον, Μύσκελλον δὲ τὴν ὑγίειαν. τῷ μὲν δὴ Συρακούσας δοῦναι κτίζειν, τῷ δὲ Κρότωνα. καὶ δὴ συμβῆναι Κροτωνιά-
τας

τὰς μὲν οὕτως ὑγιεινὴν οἰκῆσαι πόλιν, ὡς εἰρήκαμεν. Συρακούσας δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεσεῖν πλούτου, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐν παροιμίᾳ διαδοθῆναι λεγόντων πρὸς τοὺς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς οὐκ ἂν ἐγγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη. Πλέοντα δὲ τὸν Ἀρχίαν εἰς τὴν Σικελίαν, καταλιπεῖν μετὰ μέρους τῆς στρατείας τοῦ τῶν Ἡρακλειδῶν γένους Χερσικράτην συνοικιοῦντα τὴν νῦν Κέρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ Σχερίαν. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐκβαλόντα Λιβυρνοὺς κατέχοντας, οἰκῆσαι τὴν νῆσον. τὸν δ' Ἀρχίαν κατασχόντα πρὸς τὸ Ζεφύριον τῶν Δωριέων, εὑρόντα τινὰς δεῦρο ἀφιγμένους ἐκ τῆς Σικελίας παρὰ τῶν τὰ Μέγαρα κτισάντων, ἀναλαβεῖν αὐτοὺς, καὶ κοινῇ κτίσαι τὰς Συρακούσας μετ' αὐτῶν ἀπιόντα. Ηὐξήθη δὲ καὶ διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν ἡ πόλις, καὶ διὰ τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν, οἱ ἄνδρες ἡγεμονικοὶ κατέστησαν, καὶ συνέβη Συρακουσίοις τυραννουμένοις τὸ δεσπόζειν τῶν ἄλλων, καὶ ἐλευθερωθεῖσιν ἐλευθεροῦν τοὺς ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταδυναστευομένους. ἦσαν γὰρ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν ἔνοικοι, τινὲς δ' ἐκ τῆς περαίας ἐπήεσαν. οὐδένα δὲ τῆς παραλίας εἴων οἱ Ἕλληνες ἅπτεσθαι, τῆς δὲ μεσογαίας ἀπείργειν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον· ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ, καὶ Σικανοὶ, καὶ Μόργητες, καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον, ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες, οὕσπερ πρῶτον φησὶ τῶν βαρβάρων Ἔφορος λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκιστάς. καὶ τὴν Μοργάντιον δὲ, εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων ᾠκῆσθαι. πόλις δ' ἦν αὕτη, νῦν δ' οὐκ ἔστιν. Ἐπελθόντες δὲ Καρχηδόνιοι, καὶ τούτους οὐκ ἐπαύσαντο κακοῦντες, καὶ τοὺς Ἕλληνας. ἀντεῖχον δ' ὅμως οἱ Συρακούσιοι. Ῥωμαῖοι δ' ὕστερον καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξέβαλον, καὶ τὰς Συρακούσας ἐκ πολιορκίας εἷλον. Ἐφ' ἡμῶν δὲ Πομπηΐου τάς τε ἄλλας κακώσαντος πόλεις, καὶ δὴ καὶ τὰς Συρακούσας, πέμψας ἀποικίαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, πολὺ μέρος τοῦ παλαιοῦ κτίσματος ἀνέλαβε. Πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιὸν, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. Ἅπαντα μὲν δὴ τὸν κύκλον ἐκπληροῦν τοῦτον οὐδὲν ᾤετο δεῖν, τὸ δὲ συνοικούμενον τὸ πρὸς τῇ νήσῳ τῇ Ὀρτυγίᾳ μέρος, ᾠήθη δεῖν οἰκῆσαι βέλτιον, ἀξιόλογον πόλεως ἔχον περίμετρον. Ἡ δ' Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον οὖσα. κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν, ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν.

toniatis euenisse, ut sic salubrem incolerent, sicut diximus, urbem. Syracusanos autem eò opulentiæ progressos, ut de ipsis quoque uulgatum sit prouerbium, quod in nimis sumptuosos diceretur, Eos 15 non possidere deci-mam Syracusanorum. 15 Porrò Archiam cum in Siciliam nauigaret, cum parte exercitus reliquisse Chersicartem genus ab Herculis posteritate ducentem, qui occuparet pro domicilio suis Corcyram, quę antè Scheria fuit nominata. atque hos quidem expulsis qui tunc ibi habitabant Liburnis, insulam obtinuisse. Archiam, cum ad Zephyrium Doriensium appulisset, & incidisset in quosdam, qui è Sicilia eò se contulerant ab his digressi qui Megara condiderant, adiunxisse sibi eos, indeque profectum communi cum eis opera Syracusas condidisse. Vrbs ea creuit, cùm ob regionis ubertatem, tum ob portuum opportunitatem. quo factum est ut ciues uiri fierent principes. usuque uenit Syracusanis ut & tyrannis ipsi parentes, aliorum essent domini: & liberati alios à barbarorum dominatione liberarent. Barbarorum enim alij tum erant incolæ, alij ex opposita terra inuadebant: & Græci non sinebant quenquam oram tangere maritimam, mediterraneis omnino eijcere nō ualebant: sed manebant adhuc Siculi, Sicani, Morgetes, & alij nonnulli, qui insulam incolerent: ex quibus fuerunt etiā Hispani, quos Ephorus primos de barbaris ait istam insulam inhabitasse. ac probabile est Morgetibus Morgātium fuisse domicilium. quæ urbs hodie non exstat. Superuenientes autem Carthaginienses, nullum neque barbaros neque Græcos infestandi finem fecerunt. quanquā aduersum hos perdurauerunt Syracusani. Romani uerò & Carthaginienses profligauerunt, & Syracusas obsidione in potestatem redegerunt. Nostra tempestate cum inter alias urbes Pompeius Syracusas quoque malè tractasset, missa Augustus Cæsar colonia magnam ueteris structuræ partem restituit. Olim enim Syracusę quinque urbibus constabant, contentæ muro CXXC stadia longo. Neque opus putauit esse Augustus totū istum complere circulum: sed eam, quæ habitabatur pars ad insulam Ortygiam, censuit maiori habitatorum copia instruendā: cum ea pars ambitu suo urbis minimè contemnendę aream includeret. Ortygia continenti uicina, ponte cum ea coniungitur. ea insula fontem habet Arethusam, quæ fluuium rectà in mare emittit.

re emittit. Hunc fluuium fabulantur esse Alpheum, qui ortus in Peloponneso, per mare alueo suo ductus infra terram usque ad Arethusam, rursum inde in mare effluat. Argumenta quæ rem aliter non habere indicent, hæc ab ijs afferuntur. Pateram quãdam apud Olympiam in Alpheum prolapsam, ad fontem Arethusam fuisse delatam. tum fontem eum turbidum fieri quãdo Olympiæ boues sacrificantur. atque hæc secutus Pindarus, ita cecinit.

16 16 Alphei requies ueneranda,
Clararum Syracusarum germen Ortygia.

*Alphei fabulam refellit.*

Quin & scriptor historiæ Timæus Pindaro adstipulatur. Enimuerò si Alpheus priusquam mare attingit in uoraginem aliquam decideret: ueri utcunque simile foret inde infra terram fluuium ad Siciliam usque peruenire, ita ut potabilem aquam marinæ impermixtam seruaret. Nunc cum ostium Alphei manifestò in mare exeat, neque in uicinia & procul à mari ullæ fauces appareant quæ amnem absorbeant: quanquam ne sic quidem totus permaneret dulcis, tamen maiore sui parte si in alueum subterraneum descendit, omnino fieri non potest. contrà enim testimonium fert aqua Arethusæ, quæ est potui. & per tantum maris traiectum ita inter se cohærere amnem, ut nõ misceatur mari, donec in fictitium istum alueum incidat, planè fabulosum est. Aegrè enim hoc de Rodano credimus, qui per lacum fluens suo continetur alueo, fluxu etiam oculis manifesto. Sed & spacium id breue est, neq; fluctibus agitatur lacus. Hîc cum tempestatibus atrocibus, undarumq; procellis mare crebrò fluctuet, nihil habet narratio cum ueritatis specie coniunctum. Aggrauat mendacium etiam adiecta pateræ mentio. non enim ea facilè fluminis cursum sequeretur nõ qui tunc. sic & per * tantos montes delatis. Sanè infra terram labuntur multi amnes, idq; in diuersis terræ partibus: at non tanto spacio. Quod si hoc fieri potest: at certè impossibilia sunt quę antè retulimus, similiaq; fabulæ quæ de Inacho fertur. Fluit enim is, ut ait Sophocles, ab extremitate Pindi, & Lacmo ac Perrhæbis, in Amphilochos & Acarnanes, ac miscetur Acheloi aquis, indeqúe sub mare demersus undisqúe penetratis ad Argos, peruenitqúe ad Lyrcium populum. Huiusmodi
17 prodigiosa cõmenta augent, 17 qui Inopum è Nilo in Delum deriuant. Iam Zoilus orator,

λατ̃αν. Μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον, ἀρχόμενον μὲν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου, διὰ δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ γῆς τὸ ῥεῖθρον ἔχοντα μέχρι πρὸς τὴν Ἀρέθουσαν, εἶθ' ἐκδιδόντα πάλιν εἰς τὴν θάλατ̃αν. τεκμηριοῦνται δὲ τοιούτοις τισί. Καὶ γὰρ φιάλην τινὰ ἐκπεσοῦσαν εἰς τὸν ποταμὸν ἐν Ὀλυμπίᾳ, δεῦρο ἀνενεχθῆναι εἰς τὴν κρήνην· καὶ θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ βουθυσιῶν. Ὅ, τε Πίνδαρος ἐπακολουθῶν τούτοις εἴρηκε·

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ
Κλειναῖ Συρακοσσαῖ θάλος Ὀρτυγία.

Συναποφαίνεται δὲ τῷ Πινδάρῳ ταῦτα, καὶ Τίμαιος ὁ συγγραφεύς. Εἰ μὲν οὖν πρὸ τοῦ συνάψαι τῇ θαλάτ̃ῃ κατέπιπτεν ὁ Ἀλφειὸς εἴς τι βάραθρον, ἦν τις ἂν πιθανότης ἐντεῦθεν διήκειν κατὰ γῆς ῥεῖθρον μέχρι τῆς Σικελίας, ἀμιγὲς τῇ θαλάτ̃ῃ διασῶζον τὸ πότιμον ὕδωρ. ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῦ ποταμοῦ στόμα φανερόν ἐστιν εἰς τὴν θάλατ̃αν ἐκδιδὸν, ἐγγὺς δὲ μηδὲν ἐν τῷ πόῤῥω τῆς θαλάτ̃ης φαινόμενον στόμα, τὸ καταπίνον τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ, καί περ οὐδ' οὕτως ἂν συμμεῖναι γλυκὺ, ὅμως τό γε πλέον εἰ καταδύοιτο εἰς τὸ ὑπὸ γῆς ῥεῖθρον, παντάπασιν ἀμήχανόν ἐστι· τό τε γὰρ τῆς Ἀρεθούσης ὕδωρ, ἀντιμαρτυρεῖ πότιμον ὄν. τό τε διὰ τοσούτου πόρου συμμένειν τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ, μὴ διαχεόμενον τῇ θαλάτ̃ῃ, μέχρις ἂν εἰς τὸ πεπλασμένον ῥεῖθρον ἐμπέσῃ, παντελῶς μυθῶδες. Μόλις γὰρ ἐπὶ τοῦ Ῥοδανοῦ τοῦτο πιστεύομεν, ᾧ συμμένει τὸ ῥεῦμα, διὰ λίμνης ἰὸν, ὁρατὴν σῶζον τὴν ῥύσιν. ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν βραχὺ διάστημα, καὶ οὐ κυμαινούσης τῆς λίμνης. ἐνταῦθα δὲ, ὅπου χειμῶνες ἐξαίσιοι, καὶ κλυδασμοί, πιθανότητος οὐδεμιᾶς οἰκείας ὁ λόγος. Ἐπιτείνει δὲ τὸ ψεῦδος ἡ φιάλη προστεθεῖσα. οὐδὲ γὰρ αὐτὴ τῷ ῥεύματι εὐπειθὴς, οὐχὶ τῷ τότε. οὕτω καὶ διὰ τοιούτων ὀρῶν φορουμένων. Φέρονται δ' ὑπὸ γῆν ποταμοὶ πολλοί, καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον διάστημα. Εἰ δὲ τοῦτο δυνατὸν, τά γε προειρημένα ἀδύνατα, καὶ τὰ περὶ τοῦ Ἰνάχου μύθῳ παραπλήσια. ῥεῖ γὰρ ἀπ' ἄκρας Πίνδου φησὶν ὁ Σοφοκλῆς, Λάκμου τε, ἀπὸ Περραιβῶν, εἰς Ἀμφιλόχους καὶ Ἀκαρνᾶνας· μίσγει δ' ὕδασι τοῦ Ἀχελώου. Ἐνθένδ' ὑποβὰς ἐνθένδε εἰς Ἄργος διὰ κῦμα τεμὼν, ἥκει δῆμον ἐς τὸν Λυρκίου. Ἐπιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν, οἱ τὸν Ἰνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαίνοντες. Ἀλφειὸν δὲ Ζωΐλος ὁ ῥήτωρ

etiam apud Pausaniam Laconicis extat. Apocopes porro exempla ex Homero & metri ratione correxi: quæ explicare, non est mei instituti. Vide Eustathium in Iliad. B. 585. pro ὕωρ est Ἴωρ, ubi etiam Δημηδρὸς τοι ... legitur rectius in Epitoma. Locus de Augeis in Aegeas mutatis est suspectus. Locridis Augeas refert Homerus Catalogo 5.32. Mox ubi asteriscum signaui, in Græco est, καὶ πολῖσαι τὴν χώραν, quod non intelligo. interpres reddidit Inductis inquilinis per ciuitates ordinasse: nescio quid secutus. Memini autem Proclem Eurysthenis fratrem non Patroclem me legere apud Pausaniam: Proclesq; disertè legitur in ipso huius libri fine, etiam in Epitomis. mutare non habui necesse. Et sequitur monstrosè corrupta narratio, quam omittere satius duxi, quàm ineptè aut saltem incertò coniectari, ac mea pro alienis ingerere. Vide Laconica Pausaniæ.

25 Causamq́. ] Locus est mutilus, quod uel ex subito à duali in singularem numerum transitu sentiri potest: nisi δεξάμενοι legas, & ἐδυνάστευσαν. Interpres nescio quid secutus habet præter ea quæ in Græco extant Agidas reges non habere nomen ab Agide Eurysthenis F. quod nescio quam sit uerum, aut huc ut faciat. Certè Agidas & Eurypontidas reges Spartæ dictos ab Agide isto & Euryponte Procli N, Pausanias scribit. Si pluralia ista loco singularium recipias, nil uidebitur deesse. In Euripideis uersibus φύλου χθόν... nescio quid sit: legi φαῦλος Atticè.

26 Quod non uideretur. ] Sensum sectatus sum. nam uerba συμπίπτων ... τοῖς. sunt uitiata. Aldus συμπίπτειν, malè. Infrà de Nauplia. quod nauibus impleatur. ] προσπλῆθος. legi πεπλῆσθαι. πλήθω etiam accedo significat poetis, ut alibi notaui. sed πρὸς omnino huc non facit, & augmentum præteriti deest.

27 Passa multas clades. ] πολύφθορον enim legi debet. & sic est apud Eustath. Iliad. Δ. 171. Cætera loca sunt Iliad. B. 193. Odyss. B. 376. & Iliad. α. initio, quæ interpretari nihil attinebat.

28 Argolicam adiunxit. ] In Græco Λακωνικὴν perspicuè falsum, cùm neque fratri quicquam eripuerit, & is statim Laconicæ possessor dicatur. Nolui mutare: sed Cleonæ & alia in Catalogo faciunt, ut hoc Λακωνικὴν pro Ἀργείαν aut Ἀργολικὴν incuria librarij obrepsisse putem. Argiæ enim sunt Cleonæ & alia sursum Achaicam uersus, quæ paruerunt Agamemnoni.

29 Hermionæ uicinum. ] ἐν τῇ Ἑρμιόνῃ erat perspicuè falsum, quod ex superioribus liquet. itaque ἐν in ἐπὶ mutaui. Sic & infrà de Methona. Nisum autem per ἰῶτα scribendum nemo ferè ignorat.

30 Oenone. ] Sic disertè etiam habet Eustathius locum eundem quem hîc Strabo, explicans, & Stephanus Oenonem Aeacidarum insulam faciens, scripturam hanc uidetur profectò tueri, apud Suidam Οἰνόη legitur, & explicatur adagium, & Oenoen ab Eubœa distinguere Atticam, obseruauimus apud Thucydidem libro secundo. itaque hîc nihil mutaui. cùm quæ apud Pausaniam sunt, alibi annotassem, nihil huc pertinentia. aliâs eum ut honorarium arbitrum iussissem medium ferire. Paulo post ξῶπον αἰγιναῖον scripsi, quod ipsum quoque est prouerbium: de quo aliâs, & pro ἐνίκ scripsi ἐνίοτε: opponitur enim ἄλλοτε. Mox ubi scripsi τάτ' ἐν ἠπειρώταις νήσοις confusè legebatur & nullo sensu τάστ' ἐν ἠπειρώταις νήσοις, quod interpreti imposuerat. me rectè emendasse constat ex eo ipso de quo disputatur. Θυρέας sine diphthongo scribi debere notum est ex consensu autorum & codicum. miror Strabonem. (si tamen non librarius hoc fecit.) plurali numero ponere. Locus Thucydidis est libro IV, Ex quo & Stephano Κυνουρία reposui. Historia Othryadis est apud Herodotum lib. 1, & alios. Cæterum Homerus Thyreæ non meminit: quod uult & Strabo. itaq; inserui οὐκ.

31 Acariam. ] Qui Macariæ fontis historiam legit apud Pausaniam Atticis, is suspicari posset Macariam hîc legendum: absq; hoc esset, quod Corinthi hîc fuisse fontem dicitur, Macaria in Marathone fuit. nolui ego mutare, contentus iudicare. ὡς μίαν. ] Erat εἰς μίαν. Paulo post Bembina. ] Legebatur Belbina quæ insula huc nil facit, sed Nemeæum Leonem memini apud Græcos Βεμβινήτην dici poetas. Vide Stephanum.

32 Antiquæ urbis. ] Τῆς σχοινίας ἱερὰ ἐπί... quid sint, nescio. neque enim Schœnûs huc facit, portus supra Cenchreas, cuius infrà fit mentio. Ἀνατέταται. ] Erat ἀνατέτακται. Sed & alia sunt mendosa, ut ἀναπαλλόντα, πεπεισμένος.

33 Iunonis Acrææ. ] Ἀκραίας reposui pro ἄκρας. Sic & Pausanias uocat Corinthiacis, & Euripidis scholiastes in Medeam, & Liuius libro XXXII. Promontorium est (.inquit.) aduersus Sicyonem Iunonis quam uocant Acræam, in altum excurrens: traiectus inde Corinthum VII CIↃ ferè passuum. De Cromyonis scriptura dixi ad Theseum Plutarchi Teneates (.qua de menda Strabo queritur.) etiam in epitoma in Tegeatem fuit mutatus.

34 Colles Corinthus. ] ὀφρυᾶται scripsi, epitomas & rationem trimetri secutus pro ὀφρύεται. Supercilia autem colliculi sunt, etiam apud Maronem:

—Ecce supercilio cliuosi tramitis undam 1. Georg.

Elicit.— inæqualem ergo & asperum situm Corinthi, collibus elatum & cauis conuallibus depressum, prouerbium notat. Mox pro πρασωπιὸς legi παρασωπιὸς, uel etymo hoc monente.

35 Hippocampum. ] Animal marinum. sunt qui scuticam interpretentur apud Pausaniam Achaicis, de hac ipsa re: quos non probo. frænum mallem, si uertere uocem libeat: à flectendo scilicet equo quod scuticáue fiat an fræno, quiuis iudicet. Sed pro κατ' αὐτὸ legi

legi κατ' αὐτὸν, aut potius καθ' αὑτὸν, neque enim puto tum Helicæ fuit Heraclides, sed tum uixit cùm ea periret. pòst Arnarium.] Ἀρνάριον. pòst Αἰνάριον scribitur, nescio utrum rectiùs. pòst Addit deinde causam.] Asteriscum alleui. Quis enim est ille, qui addit causam?

36 Rhypenses.] Ῥυπεῖς. Pausanias habet ῥίπες. Ripes. Sed paulo pòst cum Υ scriptum uocabulum hoc inculcatur apud nostrum uidetur autem μέγας à μέλας esse inculcatum, uixq; puto magnum fuisse aut nobilem fluuium. Eustathius omisit prorsus citans hunc locum Iliad. β'. 570.

37 Aleæ.] Sic legi ex Herodoti Calliope & aliis scriptoribus. Græcum tamen reliqui ob contentiosos.

38 In litore sitæ.] περὶ τὴν ἀκτὴν. intellige αἰγιαλόν. Litus Achaiæ. Epitomæ aliter habent. nam & Temeno Cissum addunt, & pro Aegæo habent, circa Aegeon, forte Aegion, ego ampliùs censeo.

FINIS.

# STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER NONVS.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

## ARGVMENTVM.

*Nonus liber circa præcipuam Græciæ partem, Athenarumq; laudes uersatur. Ad hæc Bœotiam Thessaliamq; cum ora maritima complectitur.*

## ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἐν τῷ ἐννάτῳ περὶ τῆς Ἑλλάδος, Ἀθηνῶν μάλιστα πανηγυρικὴν ἔκφρασιν, καὶ Βοιωτίαν, καὶ Θετταλίαν μετὰ τῆς παραλίας αὐτῆς.



PRimam, eamq; minimam earum peninsularum quæ Græciā conficiunt, esse Pelopōnesum diximus. Eius nunc descriptione perfunctis restat, ut reliquas quoque persequamur. Secundam ergo eam facimus, quæ Peloponneso Megaridem adiungit. tertiam, quæ hinc Atticā adponit, Bœotiamq;, & Phocidis quandam partem, ac Locrorum Epicnemidiorū. ita ut Megarensium sit Crommyon, nō Corinthiorum. De his itaque nunc dicendum. Eudoxus tradit, si quis à montibus Cerauniis lineam imaginetur ad Sunium Atticæ promontorium in directum porrectam uersus orientem: eam à dextro latere uersus meridiem totam Peloponnesum separaturam, à sinistro uersus septentriones oram maritimam continuam usque ad Crissæum sinum, totiusq; Megaridis & Atticæ. & existimare se, litus quod à Sunio est usque ad * * non habiturum fuisse flexum, nisi continentia ad † † fuissent isthmo loca, Hermionicum, & Actam. Eodem modo * proficiscens ad Corinthiacum sinum, habere quandam talē † occupaui. ita ut ibi in sinū curuet, ubi est Riū & Antirriū ad arctū conducta, ut talem



ΠΕΡΙΩΔΕΥΚΟΣΙ δὲ τὴν Πελοπόννησον, ἣν πρώτην ἔφαμεν καὶ ἐλαχίστην τῶν συντιθεσῶν τὴν Ἑλλάδα χερρονήσων, ἐφεξῆς ἂν εἴη τὰς συνεχεῖς ἐπελθεῖν. Ἦν δὲ δευτέρα μὲν, ἡ προσλαβοῦσα τῇ Πελοποννήσῳ τὴν Μεγαρίδα. τρίτη δὲ ἡ πρὸς ταύτῃ προσλαμβάνουσα τὴν Ἀττικὴν, καὶ τὴν Βοιωτίαν, καὶ τῆς Φωκίδος τι μέρος. καὶ τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν, ὥστε τὸν Κρομμυῶνα τῶν Μεγαρέων εἶναι, οὐ μὴ Κορινθίων. περὶ τούτων οὖν λεκτέον νῦν. Φησὶ δ' Εὔδοξος εἴ τις νοήσειεν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν ἐπὶ Σουνίου τοῦ Ἀττικῆς ἄκρον ἐπὶ τὰ πρὸς ἕω μέρη τε γραμμὴν εὐθεῖαν, ἐν δεξιᾷ μὲν ἀπολείψειν τὴν Πελοπόννησον ὅλην πρὸς νότον, ἐν ἀριστερᾷ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἄρκτον τὴν ἀπὸ τῶν Κεραυνίων ὀρῶν συνεχῆ παραλίαν μέχρι τοῦ Κρισαίου κόλπου, καὶ τῆς Μεγαρίδος συμπάσης — — τε τῆς Ἀττικῆς. νομίζειν δὲ τὸν αὐ— — τὴν ἠιόνα τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι — — * ἔχειν ἐπιστροφὴν, εἰ μὴ προσῆν — — τὰ συνεχῆ τῷ ἰσθμῷ χωρία τό, Ἑρμιονικὸν, καὶ τὴν ἀκτὴν. ὡς δ' αὕτως — — * ἰὼν ἐπὶ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον ἔχειν τινὰ τοσαύτην — — * ἔφη. ὥστε κοιλαίνει δαι κολπώδως καθ' αὑτὸν, ὅπου τὸ Ῥίον καὶ τὸ Ἀντίρριον συναγόμενα εἰς στενὸν, ὥστε ποιεῖν τὴν

τὴν ἔμφασιν ταύτην. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὸν μυχὸν εἰς ὃν καταλήγειν συμβαίνει τὴν θάλατταν. οὕτω δ' εἰρηκότος Εὐδόξου μαθηματικοῦ ἀνδρὸς, καὶ σχημάτων ἐμπείρου καὶ κλιμάτων, καὶ τοὺς τόπους τούτους εἰδότος, δεῖ νοεῖν τὴν πλευρὰν τῆς Ἀττικῆς σὺν τῇ Μεγαρίδι τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι ἰσθμοῦ κοίλην μὲν, ἀλλ' ἐπίμικτον. ἐνταῦθα δ' ἐστὶ κατὰ μέσην που τὴν λεχθεῖσαν γραμμὴν ὁ Πειραιεὺς τὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπίνειον. διέχει γὰρ τοῦ μὲν Σχοινοῦντος τοῦ κατὰ τὸν ἰσθμόν, περὶ τριακοσίους καὶ πεντήκοντα σταδίους· τοῦ δὲ Σουνίου τριάκοντα καὶ τριακοσίους. τόσον πως ἐστὶ διάστημα καὶ τὸ ἐπὶ Πηγάς. ἀπὸ τοῦ Πειραιῶς, ὅσον περ καὶ ἐπὶ Σχοινοῦντα· δέκα δ' ὅμως σταδίοις πλεονάζειν φασί. Κάμψαντι δὲ τὸ Σούνιον, πρὸς ἄρκτον μὲν ὁ πλοῦς ἐκκλίνων πρὸς δύσιν. ἀκτὴ δὲ ἀμφιθάλαττος, στενὴ τὸ πρῶτον, εἶτ' εἰς τὴν μεσόγαιαν πλατύνεται, μηνοειδῆ δ' οὐδὲν ἧττον ἐπιστροφὴν λαμβάνει πρὸς Ὠρωπὸν τῆς Βοιωτίας, τὸ κυρτὸν ἔχουσα πρὸς θαλάσσῃ. Τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ δεύτερον πλευρὸν ἑῷον τῆς Ἀττικῆς. Τὸ δὲ λοιπὸν ἤδη τὸ προσάρκτιον ἐστὶ πλευρόν, ἀπὸ τῆς Ὠρωπίας ἐπὶ δύσιν παρατεῖνον μέχρι τῆς Μεγαρίδος, ἡ Ἀττικὴ ὀρεινὴ, πολυώνυμός τις, διείργουσα τὴν Βοιωτίαν ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς. ὥσθ', ὅπερ εἶπον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ἰσθμὸν γίνεσθαι τὴν Βοιωτίαν, ἀμφιθάλαττον οὖσαν τῆς τρίτης χερρονήσου τῆς λεχθείσης, ἀπολαμβάνοντα ἐντὸς τὰ πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ, τήν τε Μεγαρίδα καὶ τὴν Ἀττικήν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ Ἀκτὴν φασι λεχθῆναι τὸ παλαιὸν, καὶ Ἀκτικὴν τὴν νῦν Ἀττικὴν παρωνομασθεῖσαν, ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποπέπτωκε τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἁλιτενὲς καὶ στενὸν, μήκει δ' ἀξιολόγῳ κεχρημένον, προπεπτωκὸς μέχρι τοῦ Σουνίου. ταύτας οὖν διέξιμεν ἀναλαβόντες τὰς παραλίας ἐφ' ἧς παρεπέμπομεν. Μετὰ δὲ Κρομμυῶνα ὑπέρκεινται τῆς Ἀττικῆς αἱ Σκειρωνίδες πέτραι, πάροδον οὐκ ἀπολιποῦσαι πρὸς θαλάττῃ. ὑπὲρ αὐτῶν δ' ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς Ἀττικῆς ἀπὸ τοῦ ἰσθμοῦ. οὕτω δὲ σφόδρα πλησιάζει ταῖς πέτραις ἡ ὁδὸς, ὥστε πολλαχοῦ καὶ παράκρημνός ἐστι, διὰ τὸ ὑπερκείμενον ὄρος δύσβατόν τε καὶ ὑψηλόν. ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται τὰ περὶ τοῦ Σκείρωνος καὶ τοῦ Πιτυοκάμπτου τῶν λῃζομένων τὴν λεχθεῖσαν ὀρεινὴν, οὓς καθεῖλε Θησεύς. Ἀπὸ δὲ τῶν ἄκρων τούτων καταιγίζοντα Σκαιὸν τὸν Ἀργέστην, Σκείρωνα προσηγορεύκασιν Ἀθηναῖοι. Μετὰ δὲ τὰς Σκειρωνίδας πέτρας, ἄκρα πρόκειται Μινῴα, ποιοῦσα τὸν ἐν τῇ Νισαίᾳ λιμένα.

præ se ferat figuram. eademq́ de intimo recessu, in quem ait mare desinere. Hæc cum Eudoxus tradiderit, mathematicus homo, & figurarum inclinationisq́ue locorum peritus, ac qui loca ea perlustrauerit: imaginari oportet latus Atticæ cum Megaride à Sunio usque ad isthmum cauum quidem esse, uerùm promiscuè. *Attica descriptio.* Est ibi in medio ferme dictæ lineæ Peræeus Atheniensium nauale: distans à Schœnunte, qui est ad isthmum, ad CCCL stadia, à Sunio CCCXXX ac tantum circiter est interuallum ad Pagas à Peræeo, quantum ad Schœnuntem: decem tamen stadijs excedere aiunt. Vbi Sunium flexeris uersus sententrionem nauigatio est ad occidentem. acta autem est binaris, primum angusta, quæ tamen dilatatur deinde in mediterranea, nihiloq́ minus lunæ formam imitatur flexu uersus Oropum Bœotiæ, conuexa parte mari obuersa. hoc est alterum orientale Atticæ latus. Reliquum est septentrionem spectans latus Atticus ab Oropio agro pertinens occasum uersus usque ad Megaridem, Attica montana, & multis affecta nominibus, quæ Bœotiam ab Attica diuidit. Itaq́ sicuti suprà dixi, Bœotia isthmus fit tertiæ earum quæ commemoratæ sunt peninsulæ, utrinque mari alluta, intusq́ coërcet partes ad Peloponnesum sitas, Megaridem atq́ Atticam. Eamq́ ob causam aiunt antiquitus Actam & Acticam fuisse appellatam, quæ nunc Attica dicitur, quòd maxima eius pars subiacet montibus, ad mare uergens & angusta, in longitudinem porrecta iustam, usque ad Sunium. Verùm ordine nunc maritimas explicemus oras, sumto unde eram. digressi initio. Post Crommyonem ergo supra Atticam sitæ sunt Scironides petræ, præter quam mare uersus non patet transitus. supra ipsas autem uia est, ab isthmo Megaram & in Atticam ducẽs. adeò autem prope ad petras accedit uia, ut multis etiam locis præcipitia propter eam sint ob mõtem suprà situm, qui inuius est & altus. Ibi ferunt Scironem, & qui à primum curuatione Pityocamptes dictus fuit, consedisse, montanamq́ regionem latrocinijs infestam habuisse: quos Theseus interfecit. Ab extremis his saxis obliquè flãtẽ ꝓcellasq́ cientẽ Caurũ Atheniẽses Scironẽ dicũt. Post Scironides petras excurrit ꝓmõtoriũ Minoa, quòd Nisææ portũ cõficit.

Est autem Nisæa Megarensium nauale, distans ab urbe stadijs XIIX, & longo utrinque muro ei connexum. idq; etiam Minoa appellatur. Antiquitus hanc regionem Iones habitabant, ut & Atticam, nondũ conditis Megaris. Ideoq; Homerus horum locorũ mentionem seorsim non facit, sed cùm Athenienses uocat omnes Atticæ incolas, eo nomine hos quoq; complectitur atq; censet. ut cum in Catalogo ait,

546. Quique urbem pulcræ tenuerunt molis Athenas:

intelligendi sunt etiam qui nunc Megarenses dicuntur, unà ipsi quoq; tum ad bellum profecti. Cuius rei signum est, quod priscis temporibus dicta fuit Ionia & Ias. & cũ Homerus ait,

Iliad.ν. 685. Illic Bœotiq; & Iaones—,

Athenienses significat. Huius autem Ioniæ pars fuit etiam Megaris. Et quidem Peloponnesij & Iones, cum diu multumq; de finibus disceptassent, in quib. & Crommyonia fuit, conuenerunt aliquando, & in loco de quo utrinque constabat columnam posuerunt apud ipsum isthmum, quæ in parte Peloponnesum spectante habebat hanc inscriptionem,

Hæc iam Peloponnesus sunt, non Ionia:

in parte autem Megaris obuersa,

Hæc non Peloponnesus iam sunt, sed Ionia.

Et qui Atthida seu res Atticas scripserũt, quanquam in multis dissentiũt, in eo tamen omnes, qui quidem alicuius sunt nominis, consentiunt, quòd cùm Pandionidæ fuissent quatuor, Aegeus, Lycus, Pallas, & Nisus, Atticaque diuisa fuisset in quatuor portiones, Nisus Megaridem sorte obtinuerit, Nisæam que condiderit. Philochorus ab Isthmo ad Pythium usque regnum eius pertigisse scribit. Andron usque ad Eleusinem & campum Thriasium. Iam cum diuisionem illam in quatuor partes factam alij aliter exponãt, sufficiant nobis uersus ea de re Sophoclis. apud quem sic loquitur Aegeus.

Me genitor Actas occupare iubet, soli
Primariam mihi portionem destinans.
Lyco sed agrorum Eubœæ oppositum latus:
Niso sed oram ad saxa Scironis sitam.
Tellurem ad austrum sorte Pallas obtinet
Quæ spectat, asper & gigantas educans.

His

Ἡ δὲ Νισαία ἐστὶν ἐπίνειον τῶν Μεγαρέων, δέκα καὶ ὀκτὼ σταδίους τῆς πόλεως διέχον, σκέλεσιν ἑκατέρωθεν συναπτόμενον πρὸς αὐτήν. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τοῦτο Μινώα. Τὸ παλαιὸν μὲν οὖν Ἴωνες εἶχον τὴν χώραν ταύτην, οἵπερ καὶ τὴν Ἀττικήν, οὔπω τῶν Μεγάρων ἐκτισμένων. διόπερ οὐδ᾽ ὁ ποιητὴς μέμνηται τῶν τόπων τούτων ἰδίως, ἀλλ᾽ Ἀθηναίους καλῶν τοὺς ἐν τῇ Ἀττικῇ πάντας, συμπεριείληφε καὶ τούτους τῷ κοινῷ ὀνόματι Ἀθηναίους νομίζων. ὡς ὅταν φῇ ἐν τῷ καταλόγῳ·

Οἳ δ᾽ ἄρ Ἀθήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον·

δέχεσθαι δεῖ καὶ τοὺς νῦν Μεγαρέας, ὡς καὶ αὐτοὺς μετασχόντας τῆς στρατείας. Σημεῖον δέ· ἡ γὰρ Ἀττικὴ τὸ παλαιὸν Ἰωνία καὶ Ἰὰς ἐκαλεῖτο. καὶ ὁ ποιητὴς ὅταν φῇ,

Ἔνθα δὲ Βοιωτοὶ καὶ Ἰάονες—.

τοὺς Ἀθηναίους λέγει. ταύτης δ᾽ ἦν καὶ ἡ Μεγαρὶς μέρος. Καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν ὁρίων ἀμφισβητοῦντες πολλάκις οἵ τε Πελοποννήσιοι καὶ οἱ Ἴωνες, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ Κρομμυωνία, συνέβησαν, καὶ στήλην ἔστησαν ἐπὶ τοῦ συνομολογηθέντος τόπου περὶ αὐτὸν τὸν ἰσθμόν, ἐπιγραφὴν ἔχουσαν ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τὴν Πελοπόννησον μέρους·

Τάδ᾽ ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία·

ἐπὶ δὲ τοῦ πρὸς τὰ Μέγαρα·

Τάδ᾽ οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ᾽ Ἰωνία.

Οἵ τε δὴ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες, πολλὰ διαφωνοῦντες, τοῦτό γε ὁμολογοῦσιν, οἵ γε λόγου ἄξιοι, ὅτι τῶν Πανδιονιδῶν τεσσάρων ὄντων, Αἰγέως τε, καὶ Λύκου, καὶ Πάλαντος, καὶ τετάρτου Νίσου· καὶ τῆς Ἀττικῆς εἰς τέτταρα μέρη διαιρεθείσης, ὁ Νῖσος τὴν Μεγαρίδα λάχοι, καὶ κτίσαι τὴν Νίσαιαν. Φιλόχορος μὲν οὖν ἀπὸ ἰσθμοῦ μέχρι Πυθίου διήκειν αὐτοῦ φησὶ τὴν ἀρχήν. Ἄνδρων δὲ μέχρι Ἐλευσῖνος καὶ τοῦ Θριασίου πεδίου. Τὴν εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν, ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων, ἀρκεῖ ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν. φησὶ δ᾽ ὁ Αἰγεύς·

Ὅτι ὁ πατὴρ ὥρισεν ἐμοὶ μὲν ἀπελθεῖν εἰς ἀκτάς,
Τῆς δὲ γῆς, πρεσβεῖα νείμας.
Τῷ δὲ Λύκῳ τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμον.
Νίσῳ δὲ τὴν ὅμαλον ἐξαίρει χθόνα
Σκείρωνος ἀκτῆς, τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς νότον
Ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων
Εἴληχε Πάλλας.

ὅτι

ὅτι μὲν οὖν ἡ Μεγαρὶς τῆς Ἀττικῆς μέρος ἦν, τούτοις χρῶνται τεκμηρίοις. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον καὶ τὸν τῆς χώρας μερισμὸν, ὑπ' αὐτῶν καὶ τῶν συγκατελθόντων αὐτοῖς Δωριέων, ἐκπεσεῖν τῆς οἰκείας συνέβη πολλοὺς εἰς τὴν Ἀττικὴν, ὧν ἦν καὶ ὁ τῆς Μεσσήνης βασιλεὺς Μέλανθος. οὗτος δὲ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑκόντων, νικήσας ἐκ μονομαχίας τὸν Βοιωτῶν βασιλέα Ξάνθον. Εὐανδρούσης δὲ τῆς Ἀττικῆς διὰ τοὺς φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, προτρεψάντων αὐτοὺς μάλιστα τῶν ἐν Κορίνθῳ, καὶ τῶν ἐν Μεσσήνῃ, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν δὲ ὅτι Κόδρος ἐβασίλευε τῆς Ἀττικῆς τότε ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. ἡττηθέντες δὲ μάχῃ, τῆς μὲν ἄλλης ἀπέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον, τήν τε πόλιν ἔκτισαν τὰ Μέγαρα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, Δωριέας ἀντὶ Ἰώνων ἐποίησαν. ἠφάνισαν δὲ καὶ τὴν στήλην τὴν ὁρίζουσαν τούς τε Ἴωνας, καὶ τοὺς Πελοποννησίους. Πολλαῖς δὲ κέχρηται μεταβολαῖς ἡ τῶν Μεγαρέων πόλις, συμμένει δ' ὅμως μέχρι νῦν. Ἔσχε δέ ποτε καὶ φιλοσόφων διατριβὰς τῶν προσαγορευθέντων Μεγαρικῶν, Εὐκλείδην διαδεξαμένων Σωκρατικὸν ἄνδρα Μεγαρέα τὸ γένος. καθάπερ καὶ Φαίδωνα μὲν τὸν Ἠλεῖον, οἱ Ἠλιακοὶ διεδέξαντο, καὶ τοῦτον Σωκρατικόν· ὧν ἦν καὶ Πύρρων. Μενέδημον δὲ τὸν Ἐρετριέα οἱ Ἐρετριακοί. Ἔστι δ' ἡ χώρα τῶν Μεγαρέων παράλυπρος, καθάπερ καὶ ἡ Ἀττική, καὶ τὸ πλέον αὐτῆς, ἐπέχει τὰ καλούμενα Ὄνεια ὄρη, ῥάχις τις μηκυνομένη μὲν ἀπὸ τῶν Σκειρωνίδων πετρῶν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν καὶ τὸν Κιθαιρῶνα; διείργουσα δὲ τὴν κατὰ Νίσαιαν θάλασσαν ἀπὸ τῆς κατὰ Κρίσαν, Ἀλκυονίδος προσαγορευομένης. Πρόκειται δ' ἀπὸ Νισαίας πλέοντι ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, πέντε νησία. εἶτα Σαλαμὶς, ἑβδομήκοντά που σταδίων οὖσα τὸ μῆκος, οἱ δ' ὀγδοήκοντά φασιν. ἔχει δ' ὁμώνυμον πόλιν, τὴν μὲν ἀρχαίαν ἔρημον πρὸς Αἴγιναν τετραμμένην, καὶ πρὸς νότον, καθάπερ καὶ Αἰσχύλος εἴρηκεν·

Αἴγινα δ' αὕτη πρὸς νότου κεῖται πνοάς.

Τὴν δὲ νῦν ἐν κόλπῳ κειμένην ἐπὶ χερρονησώδους τόπου συνάπτοντος πρὸς τὴν Ἀττικήν. Ἐκαλεῖτο δ' ἑτέροις ὀνόμασι τὸ παλαιόν. καὶ γὰρ Σκιρὰς, καὶ Κυχρεία, ἀπό τινων ἡρώων, ἀφ' οὗ μὲν Ἀθηνᾶ τε λέγεται Σκιρὰς, καὶ τόπος Σκίρα ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ Ἐπισκίρωσις ἱεροποιΐα τις, καὶ ὁ μὴν ὁ Σκιροφοριών. ἀφ' οὗ δὴ καὶ Κυχρείδης ὄφις, ὅν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως, ἐξελαθῆναι ὑπὸ Εὐρύκλου λυμαινό-

His ergo argumentis docent Megaridem Atticæ fuisse partem. Post Heraclidarum reditum & regionis partitionem usu uenit, ut multi ab ijs & Doriensibus unà cũ ijs reuersis, suis sedibus pulsi in Atticam migrarent. è quibus fuit etiam Melanthus Messenę rex. qui cum singulari pugna Xanthum uicisset Bœotorum regem, ultrò ab Atheniensibus rex est creatus. Cùm autem exsulum frequentia faceret, ut copia uirorũ floreret Attica, metuentes sibi Heraclidæ, instigantibus eos maximè Corinthijs & Messenijs, illis ob uicinitatẽ, his quod tum Codrus Melanthi F. regnum Atticæ tenebat, bellum Atticæ intulerunt. uictiq; prœlio, & ex Attica profligati, Megaricam tamen occupauerũt, & Megaris urbe condita, incolas ex Ionibus fecerunt Dorienses. aboleuerunt etiam columnam, quæ Iones à Peloponneso distinguebat. Vrbs Megarensium, quanquã multas est passa mutationes, tamẽ etiamnum durat. *Megara.* Habuit aliquando etiam scholam philosophorum, qui Megarici dicebantur, successores Euclidis Socratici, patria Megarensis. quomodo Phœdoni Eleo Elæaci successerunt, ipsi quoq; Socratico: de quibus Pyrrho fuit: & Menedemo Eretriensi Eretriaci. Est autem regio Megarẽsium subaspera, sicut & Attica: & maiorem eius partem occupant Onij mõtes, (quasi Asininos diceres.) Dorsum è Scironijs saxis porrectum uersum Bœotiam & Cithæronem, & mare quod ad Nisæam est à Crissæo distinguens, quod Alcyonium dicitur. Nauiganti à Nisæa uersus Atticam, quinque exiguæ insulæ occurrunt. Inde est Salamin, longitudine LXX ferè, aut ut alij uolunt XXC stadiorum. urbem habet cognominem. & prisca quidem Aeginæ & austro obuersa, deserta est. situm etiam Aeschylus notauit.

Aegina uersus Austri flatus est sita.

noua autem in sinu sita est in loco peninsulam referente, & Atticam attingente. Antiquitus alia habuit nomina. dicebatur enim Sciras, & Cychrea, à quibusdam heroibus. unde & Minerua Sciras, & Scira locus Atticæ, & Episcirosis sacrificium quoddam, & mensis Scirophorion. hinc & Cychriodes serpens, quem alitum à Cychreo, Hesiodus ait ab Euryclo profligatum fuisse cùm insu-

lam

lam infestaret, receptumque Eleusine à Cerere in locum administri. Pityussa etiam à pinu, quæ Græcis est pitys, dicta fuit. Claruit autē insula hæc cùm propter Aeacidas. qui eam tenuerunt, præsertim Aiacem Telamonis F: tum quod ibi uictus nauali prælio â Græcis Xerxes, fuga domum contendit. Quin & Aeginetæ in partem gloriæ eo prœlio partæ euenerunt, uicini & qui memorabilem præbuissent classem. Amnis est insulæ Salaminæ Bocarus, qui nunc Bocalias appellatur. Nunc Athenienses possident insulam, quondam cum Megarensibus de ea contenderunt. feruntquè Pisistratum, aut (ut alij uolunt) Solonem, post uersum Bœotiæ hunc

557. A' Salamine aderat cum bis sex nauibus Aiax,

inserto per fallaciam hoc,

Quas statuit, ubi Athenarum stabat cita classis:

Homeri testimonio docuisse insulam antiquitus Atheniensium fuisse. Verùm critici id non admittunt, quod multi alij uersus contrà testimonium præbeant. Cur enim Aiacis nauium statio ultimo fuit loco, non iuxta Athenienses, sed Thessalos qui cum Protesilao uenerant?

Iliad.ν.686. Hîc naues Aiacis erant, & Protesilai.

Et Agamemno exercitum obiens,

Iliad.δ.327. Repperit hîc Petei fortemque Menesthea natum,

Circùm & Erechtidas pugnaci robore stantes.

Ponè Cephallenis cinctusquè cohortibus acer

Adstabat Laërtiades.—.

de Aiace autem & Salaminijs alibi,

273. Venit ad Aiaces—

& iuxta illos,

Illic Idomeneus—

non Menestheus. Athenienses ergo putantur huiusmodi ab Homero testimonium petiuisse. Megarenses autem illis sic occiuisse:

A' Salamine aderat cum bis sex nauibus Aiax,

—eque Polichna,

Eque Aegirusa, Niseaque, Tripodisque.

quæ sunt Megarica loca. & Tripodi Tripodiscium dicuntur, ubi nunc situm est forum

μένον τὴν νῆσον, ὑποδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα, καὶ γενέσθαι ταύτης ἀμφίπολον. ὠνομάσθη δὲ καὶ Πιτυοῦσα ἀπὸ τοῦ φυτοῦ. Ἐπιφανὴς δὲ ἡ νῆσος ὑπῆρξε διά τε τοὺς Αἰακίδας ὑπάρξαντας αὐτῆς, καὶ μάλιστα δι᾽ Αἴαντα τὸν Τελαμῶνος, καὶ διὰ τὸ περὶ τὴν νῆσον ταύτην καταναυμαχηθῆναι Ξέρξην ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, καὶ φυγεῖν εἰς τὴν οἰκείαν. συναπέλαυσαν δὲ καὶ Αἰγινῆται τῆς περὶ τὸν ἀγῶνα τοῦτον δόξης, γείτονές τε ὄντες καὶ ναυτικὸν ἀξιόλογον παρασχόμενοι. Βώκαρος δ᾽ ἐστὶν ἐν Σαλαμῖνι ποταμὸς, ὁ νῦν Βωκαλίας καλούμενος. Καὶ νῦν μὲν ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον, τὸ δὲ παλαιὸν πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρχεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς. καὶ φασὶν οἱ μὲν Πεισίστρατον, οἱ δὲ Σόλωνα παραγράψαντα ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο,

Αἴας δ᾽ ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

ἑξῆς τοῦτο,

Στῆσε δ᾽ ἄγων ἵν᾽ Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες·

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ, τοῦ τὴν νῆσον ἐξ ἀρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. Οὐ παραδέχονται δὲ τοῦθ᾽ οἱ κριτικοί, διὰ τὸ πολλὰ τῶν ἐπῶν ἀντιμαρτυρεῖν αὐτοῖς. Διὰ τί γὰρ ναυλοχῶν ἔσχατος φαίνεται ὁ Αἴας, οὐ μετ᾽ Ἀθηναίων, ἀλλὰ μετὰ τῶν ὑπὸ Πρωτεσιλάου Θετταλῶν;

Ἔνθ᾽ ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου.

Καὶ ἐν τῇ ἐπιπωλήσει Ἀγαμέμνων

Εὗρ᾽ υἱὸν Πετεῶο Μενεσθῆα πλήξιππον.

Ἑσταότ᾽, ἀμφὶ δ᾽ Ἀθηναῖοι μήστωρες ἀϋτῆς.

Αὐτὰρ ὁ πλησίον ἑστήκει πολύμητις Ὀδυσσεύς,

Πὰρ δὲ Κεφαλλήνων ἀμφὶ στίχες.—

Ἐπὶ δὲ τὸν Αἴαντα καὶ τοὺς Σαλαμινίους πάλιν·

Ἦλθεν δ᾽ ἐπ᾽ Αἰάντεσσι—

Καὶ παρ᾽ αὐτούς·

Ἰδομενεὺς δ᾽ ἑτέρωθεν.—

οὐ Μενεσθεύς. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τοιαύτην τινὰ σκήψασθαι μαρτυρίαν παρ᾽ Ὁμήρου δοκοῦσιν. Οἱ δὲ Μεγαρεῖς ἀντιπαρῳδῆσαι αὐτοῖς οὕτως·

Αἴας δ᾽ ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας.

—Ἔκ τε Πολίχνης,

Ἔκ τ᾽ Αἰγειρούσης, Νισαίης τε, Τριπόδων τε·

ἅ ἐστι χωρία Μεγαρικά, ὧν οἱ Τρίποδοι Τριποδίσκιον λέγονται, καθ᾽ ὃ ἡ νῦν ἀγορὰ τῶν Μεγα-

Μεγαρέων κεῖται. Τινὲς δ' ἀπὸ τοῦ τὴν ἱέρειαν τῆς πολιάδος Ἀθηνᾶς χλωροῦ τυροῦ, τοῦ μὲν ἐπιχωρίου μὴ ἅπτεσθαι, ξενικὸν δὲ μόνον προσφέρεσθαι, χρῆσθαι δὲ καὶ τῷ Σαλαμινίῳ, ξένην φασὶ τῆς Ἀττικῆς τὴν Σαλαμῖνα, οὐκ εὖ. καὶ γὰρ τὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων νήσων τῶν ὁμολογουμένως τῇ Ἀττικῇ προσχώρων προσφέρεται, ξενικὸν ταῦτα τὸν διαπόντιον νοησάντων τῶν ἀρξάντων τοῦ ἔθους τούτου. Ἔοικε δὲ τὸ παλαιὸν ἡ νῦν Σαλαμὶς καθ' αὑτὴν τάττεσθαι, τὰ δὲ Μέγαρα τῆς Ἀττικῆς ὑπάρξαι μέρος. Ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Σαλαμῖνα, κεῖσθαι συμβαίνει τὰ ὅρια τῆς Μεγαρικῆς καὶ τῆς Ἀτθίδος, ὄρη δύο ἃ καλοῦσι Κέρατα. εἶτ' Ἐλευσὶν πόλις, ἐν ᾗ τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν τῆς Ἐλευσινίας· καὶ ὁ μυστικὸς σηκός, ὃν κατεσκεύασεν Ἰκτῖνος, ὄχλον θεάτρου δέξασθαι δυνάμενον. ὃς καὶ τὸν παρθενῶνα ἐποίησε τὸν ἐν ἀκροπόλει τῇ Ἀθηνᾷ, Περικλέους ἐπιστατοῦντος τῶν ἔργων. ἐν δὲ τοῖς δήμοις καταριθμεῖται ἡ πόλις. Εἶτα τὸ Θριάσιον πεδίον καὶ ὁμώνυμος αἰγιαλὸς καὶ δῆμος. εἶθ' ἡ ἄκρα ἡ Ἀμφιάλη, καὶ τὸ ὑπερκείμενον λατόμιον, καὶ ὁ εἰς Σαλαμῖνα πορθμός, ὅσον διστάδιος, ὃν διαχοῦν ἐπειρᾶτο Ξέρξης, ἔφθη δὲ ἡ ναυμαχία γενομένη, καὶ ἡ φυγὴ τῶν Περσῶν. Ἐνταῦθα δὲ καὶ αἱ Φαρμακοῦσαι δύο νησία, ὧν ἐν τῷ μείζονι Κίρκης τάφος δείκνυται. ὑπὲρ δὲ τῆς ἀκτῆς ταύτης, ὄρος ἐστὶν ὃ καλεῖται Κορυδαλός, καὶ ὁ δῆμος οἱ Κορυδαλεῖς. εἶθ' ὁ φώρων λιμήν, καὶ ἡ Ψυτταλία, νησίον ἔρημον πετρῶδες, ὅ τινες εἶπον λήμην τοῦ Πειραιῶς. πλησίον δὲ καὶ ἡ Ἀταλάντη, ὁμώνυμος τῇ περὶ Εὔβοιαν καὶ Λοκρούς, καὶ ἄλλο νησίον ὅμοιον τῇ Ψυτταλίᾳ καὶ τοῦτο. εἶθ' ὁ Πειραιεύς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις ταττόμενος, καὶ ἡ Μουνυχία. λόφος δ' ἐστὶν ἡ Μουνυχία χερρονησίζων, καὶ κοῖλος, καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος φύσει τε καὶ ἐπιτηδές, ὥστ' οἰκήσεις δέχεσθαι, στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχων. ὑποπίπτουσι δ' αὐτῷ λιμένες τρεῖς. Τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη Φίλωνος ἔργον. ἀξιόν τε ἦν ναύσταθμον, τετρακοσίαις ναυσίν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔστελλον Ἀθηναῖοι. Τῷ δὲ τείχει τούτῳ συνῆπτε τὰ καθειλκυσμένα ἐκ τοῦ ἄστεος σκέλη. ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη, τετταράκοντα σταδίων τὸ μῆκος, συνάπτοντα τὸ

τα τὸ

rum Megarensium. Alienam autem ab Attica esse Salaminem, quidam eo argumento uolunt docere, quod antistita Mineruæ Poliadis cùm recentem caseum Atticum non tangat, solo peregrino uescatur, ea etiam Salaminio utatur. nam & ab alijs insulis, quas ad Atticam pertinere in confesso est, allato utitur: quia nimirum huius consuetudinis autores pro peregrino duxerunt quidquid trans mare afferretur. Videtur autem quæ nũc est Salamis antiquitus peculiaris fuisse respublica, Megara autem pars fuisse Atticæ. In ora porrò maritima iuxta Salaminam fines sunt Megaricam ab Attica dirimentes, montes duo qui Cerata, id est cornua, nominantur. Sequitur urbs Eleusin, in qua templum est Eleusiniæ Cereris, & mysticum delubrum, turbæ quanta in theatro solet esse capax. opus Ictiui, qui etiam parthenonem (.domicilium uirginis intellige.) Mineruæ in arce fecit, Pericle operum procurationem sustinente urbs in demis, id est pagis seu curijs Atticis numeratur. Deinceps campus est Thriasius, eiusdemq́ nominis litus & pagus siue curia. Tum Amphiale promontorium, & superincumbens lapicidina, ac traiectus in Salaminam: quem cũ aggere ingesto complanare Xerxes conaretur, nauali prælio, suorumq́ fuga prouentus fuit. Ibi & duæ paruę sunt insulæ Pharmacusæ, in quarum maiore ostenditur sepulcrum Circes. Supra actam hanc mons est Corydalus, & Corydalenses curia Attica. Inde Furum portus, & Psyttalia, insula saxosa ac deserta, quam quidam Piræei portum appellauerunt. Vicina est Atalanta, Euboicæ Locrensiq́ cognominis: & alia parua insula Psyttaliæ similis. tum Piræeus, qui & ipse in curijs censetur. Inde Munychia tumulus peninsulæ forma, cauus & magna ex parte cuniculis subrutus partim natura, partim industria, ita ut habitationibus sit aptus. intratur in eam angustas per fauces, & infrà sunt tres portus. Antiquitus muro cincta atq́ habitata fuit Munychia, ferè quo modo Rhodiorum urbs, complexa mænib. Piræeum & portus naualium plenos, in quibus & Philonis opus fuit armamentarium. fuitq́ nauale CCCC nauibus recipiendis sufficiens: neque paucioribus constabat Atheniensium classis. Hunc murum attingebant longi muri, nunc diruti, qui crurum instar ab urbe quadraginta stadiorum longitudine producti, astu cum Piræeo

connectebant. Sed multa ista bella murum deiecerunt, ac Munychiæ propugnaculum, Piræeumque redegerunt in exiguum uicum, qui habitatur apud portus & ędem Iouis Seruatoris. eius ædis porticus parui, tabulas continent mirabiles, illustrium opera artificum: pars quæ sub dio aperta est, statuas. Longi muri deiecti sunt primùm à Spartanis, deinde à Romanis, quo tempore Sylla & Piræeum & Astu ipsum expugnauit. Astu saxū est in planicie, circumquaque domiciliis circumdatum. in eo saxo est templum Mineruæ, & uetusta Poliadis ædes, in qua semper ardens lucerna, & Parthenôn Ictini opus, in quo Minerua eburnea, Phidiæ opus. Enimuerò in multitudinem incidens eorum quæ de hac urbe cantantur, inque hominum ore uersantur, uereor ne si copiosior sim, ab instituto meo scriptio aberret. Venit enim mihi in mentem eius quod Hegesias dixit: Video arcem: signum ibi est tridentis. uideo Eleusinē, mysteria sacrorū ibi scrutor. ibi est Leocorium, hîc Theseum, non possunt singula exponi. est enim Attica deorum opus, & priscorum heroum. Verùm hic quidem unici tantùm in arce simulacri mentionem fecit. Polemo periegetes ab accurata singulorum descriptione dictus quatuor libros conscripsit de donariis in arce dedicatis. quam proportionem requirunt etiam reliquæ urbis & agri partes. cumque Eleusinem dixerit unam ex CLXX curiis (.quidem IV addunt.) reliquarum nullam nominauit. Habent autem si nō singulæ, at certè multæ fabulas complures & historias. Verbi gratia, Aphydua Helenam à Theseo raptam, & expugnata Aphydua à fratribus suis Castoribus receptā. Marathon certamen Persicum, Rhamnûs Nemesis simulacrum quod alii Diodoti, alii Agoracriti Parii opus affirmant, & mole & elegantia præstantissimum, neque Phidiæ operibus cedens. Ita & Decelia arx belli fuit Peloponnesiis bello Decelico: & à Phyla populum in Piræeum, indeque in urbem reduxit Thrasybulus. ac de multis. aliis multa narrari possunt, ut de Leocorio, Theseo, Lyceo, Olympio, quod dedicauit rex, morte interceptus semipfectum reliqt. de Academia itē, hortis philosophorum, Odeo, porticu quā Pœcile ob uarietatē dicebāt, & tēplis quæ in urbe sunt,

τα τὸ ἄστυ τοῦ Πειραιῶς. οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν, τὴν περὶ τοὺς λιμένας, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος. τοῦ δὲ ἱεροῦ τὰ μὲν στοΐδια, ἔχει πίνακας θαυμαστοὺς, ἔργα τῶν ἐπιφανῶν τεχνιτῶν. τὸ δ' ὕπαιθρον, ἀνδριάντας. Κατέσπασται δὲ καὶ τὰ μακρὰ τείχη, Λακεδαιμονίων μὲν καθελόντων πρότερον, Ῥωμαίων δ' ὕστερον, ἡνίκα Σύλλας ἐκ πολιορκίας εἷλε καὶ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸ Ἄστυ. Τὸ δ' Ἄστυ αὐτὸ, πέτρα ἐστὶν ἐν πεδίῳ περιοικουμένη κύκλῳ. ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ὅ, τε ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος· καὶ ὁ παρθενὼν ὃν ἐποίησεν Ἰκτῖνος, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φειδίου ἔργον ἐλεφάντινον, ἡ Ἀθηνᾶ. Ἀλλὰ γὰρ εἰς πλῆθος ἐμπίπτων τῶν περὶ τῆς πόλεως ταύτης ὑμνουμένων τε καὶ διαβοωμένων, ὀκνῶ πλεονάζειν, μὴ συμβῇ τῆς προθέσεως ἐκπεσεῖν τὴν γραφήν. Ἔπεισι γάρ ὅ φησιν Ἡγησίας, ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἐκεῖ τι σημεῖον. ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης. ἐκεῖνο Λεωκόρειον, τοῦτο Θησεῖον, οὐ δύναται δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον. ἡ γὰρ Ἀττικὴ θεῶν ἐστὶ κτίσμα καὶ προγόνων ἡρώων. Ἀλλ' οὗτός γε ἑνὸς μόνου ξοάνου τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει μέμνηται. Πολέμων δὲ ὁ περιηγητὴς, τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει. τὸ δ' ἀνάλογον συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων μερῶν τῆς πόλεως καὶ τῆς χώρας. Ἐλευσῖνά τε εἰπὼν ἕνα τῶν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα δήμων, πρὸς δὲ καὶ τεττάρων, ὥς φασιν, οὐδένα τῶν ἄλλων ὠνόμακεν. Ἔχουσι δὲ κἂν εἰ μὴ πάντες, οἵ γε πολλοὶ μυθοποιΐας συχνὰς καὶ ἱστορίας. καθάπερ Ἄφιδνα μὲν τὴν Ἑλένης ἁρπαγὴν ὑπὸ Θησέως, καὶ τὴν Διοσκούρων ἐκπόρθησιν αὐτῆς, καὶ ἀνακομιδὴν τῆς ἀδελφῆς. Μαραθὼν δὲ τὸν Περσικὸν ἀγῶνα. Ῥαμνοῦς δὲ τὸ τῆς Νεμέσεως ξόανον, ὅ τινὲς μὲν Διοδότου φασὶν ἔργον, τινὲς δὲ Ἀγορακρίτου τοῦ Παρίου, καὶ μεγέθει καὶ κάλλει σφόδρα κατορθωμένον, καὶ ἐνάμιλλον τοῖς Φειδίου ἔργοις. οὕτω δὲ καὶ Δεκέλεια ὁρμητήριον τῶν Πελοποννησίων κατὰ τὸν Δεκελικὸν πόλεμον. Φυλὴ δὲ, ὅθεν ἐπήγαγε τὸν δῆμον Θρασύβουλος εἰς Πειραιᾶ, κἀκεῖθεν εἰς Ἄστυ. οὕτω καὶ ἐπ' ἄλλων πλειόνων ἔστιν ἱστορεῖν πολλὰ, καὶ εἰς τὸ Λεωκόρειον, καὶ τὸ Θησεῖον, οὓς ἔχει καὶ τὸ Λύκειον, καὶ αὐτὸ τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν ὁ ἀναθεὶς βασιλεύς. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἀκαδημία, καὶ οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων, καὶ τὸ ᾠδεῖον, καὶ ἡ ποικίλη στοὰ, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἱερὰ ἔχοντα

ἔχοντα πάντα ἔργα τεχνιτῶν μνήμης ἄξια. Πολὺ δ' ἂν πλείων εἴη λόγος, εἰ τοὺς ἀρχηγέτας τοῦ κτίσματος ἐξετάζοι τις, ἀρξάμενος ἀπὸ Κέκροπος. οὐδὲ γὰρ ὁμοίως λέγουσιν ἅπαντες. τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων δῆλον· Ἀκτικὴν μὲν γὰρ ἀπὸ Ἀκταίωνος φασίν· Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν, ἀπὸ Ἀτθίδος τοῦ Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ ἔνοικοι. Μοψοπίαν δὲ ἀπὸ Μόψοπος, Ἰωνίαν δὲ ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου. Ποσειδωνίαν δὲ καὶ Ἀθήνας ἀπὸ τῶν ἐπωνύμων θεῶν. Εἴρηται δ' ὅτι κἀνταῦθα φαίνεται τὸ τῶν Πελασγῶν ἔθνος ἐπιδημῆσαν, καὶ ὅτι ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν Πελασγοὶ προσηγορεύθησαν διὰ τὴν πλάνην. Ὅσῳ δὲ πλέον ἐστὶ τὸ φιλότιμον περὶ τὰ ἔνδοξα καὶ πλείους οἱ λαλήσαντές τι περὶ αὐτῶν, τοσῷδε μείζων ὁ ἔλεγχος, ἐὰν μὴ κρατῇ τις τῆς ἱστορίας. Οἷον ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν ποταμῶν ὁ Καλλίμαχος γελᾶν φησιν εἴ τις θαρρεῖ γράφειν τὰς τῶν Ἀθηναίων παρθένους,

Ἀφύσσεσθαι καθαρὸν γάνος Ἠριδανοῖο,

οὗ καὶ τὰ βοσκήματα ἀπόσχοιτ' ἄν. Εἰσὶ μὲν οὖν αἱ πηγαὶ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος ὥς φασιν, ἐκτὸς τῶν Διοχάρους καλουμένων πυλῶν, πλησίον τοῦ Λυκείου· πρότερον δὲ καὶ κρήνη κατεσκεύαστό τις πλησίον πολλοῦ, καὶ καλοῦ ὕδατος. εἰ δὲ μὴ νῦν, τί ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ πάλαι πολὺ καὶ καθαρὸν ἦν, ὥστε καὶ πότιμον εἶναι, μετέβαλε δὲ ὕστερον. Ἐν μὲν οὖν τοῖς καθ' ἕκαστα τοιούτοις οὖσιν, οὐκ ἐνδέχεται διατρίβειν, οὐ μὴν οὐδὲ σιγῇ παρελθεῖν, ὥστε μηδ' ἐν καιρῷ μνησθῆναι τινῶν. Τοσαῦτ' οὖν ἀπόχρη προσθήσειν, ὅτι φησὶ Φιλόχορος πορθουμένης τῆς χώρας ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, οὓς ἐκάλουν Ἄονας, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυωκαίδεκα πόλεις συνοικῆσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσίς, Ἀφύδνα, (λέγουσι δὲ καὶ πληθυντικῶς Ἀφύδνας) Θόρικος, Βραυρών, Κύθηρος, Σφηττός, Κηφισσία, Φάληρος. Πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. Ἐβασίλευον μὲν οὖν Ἀθηναῖοι πρότερον, εἶτ' εἰς δημοκρατίαν μετέστησαν. τυράννων δ' ἐπιθεμένων αὐτοῖς, Πεισιστράτου καὶ τῶν παίδων, ὕστερόν τε ὀλιγαρχίας γενομένης, τῆς τε τῶν τετρακοσίων, καὶ τῆς τῶν τριάκοντα τυράννων, οὓς ἐπέστησαν Λακεδαιμόνιοι· τούτους μὲν διεκρούσαντο ῥᾳ-

& continent opera præclarorum artificum. Multoq́ etiam prolixior fieret sermo, si quis de primis Athenarum conditoribus examen institueret, facto à Cecrope initio. Nõ enim ab omnibus eadem traduntur. quod uel ipsa demonstrant nomina. Regionẽ quippe Acticam dicunt ab Actæone: Atthidem & Atticam ab Atthide Cranai F. à quo & incolæ Cranai: Mopsopiam à Mopsopo: Ioniam ab Ione Xuthi F. Posidoniam, id est Neptuniam, & Athenas, quasi Mineruiam, à dijs tutelaribus nominisq́ autoribus. Iam antè autem diximus, uideri huc quoque suis migrationibus peruenisse Pelasgorum gentem, ac fuisse ab Atticis à uagando Pelasgos denominatam. Cæterùm quanto maiore studio quis de rebus illustribus scribit, quantoque plures sunt qui de ijs disseruerunt: tanto maiori etiam est obnoxius repræhensioni, si historiam non teneat. Quale illud est, quod in congerie fluuiorũ Callimachus ridere se ait si quis ausus fuisset scribere uirgines Atheniensium

Haurire purum Eridani liquorem,

à quo etiam pecudes abstineant. Sanè scaturigines aiunt esse puræ & potabilis aquæ prope Lyceum, extra portam quæ Diocharis dicitur. olimq́ etiam fons constructus fuit in uicina, bona aqua copiosus. quod si aqua hodie nõ est pura, quis id miretur, olim ita fuisse puram ut 1 etiam potui esset, quæ 1 postmodo mutata sit? Singulis itaque, cum sint tam multa, immorari non licet: neque tamen ita silentio omnia sunt inuoluenda, ut non quorũdam fiat in tempore mentio. Hîc itaque id sufficit adiecisse, quod narrat Philochorus, cùm Atticam Cares à mari, à terra Bœoti quos uocabant Aones popularẽtur, principem Cecropẽ in duodecim urbes multitudinem composuisse, quarũ nomina sunt Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphydua (plurari etiam numero Aphyduas dicũt.) Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, Phalerus. Has deinde duodecim urbes in unam contraxisse eam quæ etiamnũ est dicitur Theseus. Principio regnum fuit Athenis, deinde in popularem reip. administrationem fuit mutatum. quam cum tyranni essent adorti Pisistratus cum filijs. pauloque post pauci summam rerum suis in manibus tenuissent, quales fuerunt cùm CCCC illi, tum XXX à Lacedæmonijs impositi tyranni: facile illorum iugum Atheni-

Athenæ.

thenienses excusserunt, popularemq́ reip. statum usq; ad Romanorum dominationem retinuerunt. Etsi enim nonnihil à Macedonicis uexati regibus, parere ijs sunt coacti: integram tamen reip. formam eandem conseruarunt. Neq; desunt qui affirment nūquam melius fuisse Atheniensium gubernatā rempublicam, atque eo tempore, quo Macedonibus Casander imperauit. Is enim quanquam alijs in rebus uideretur ad tyrānidem propensior, tamen Athenis in deditionem acceptis usus est humaniter, urbiq́ ciuem præfecit Demetrium Phalereum Theophrasti philosophi discipulum: qui non modò non destruxit, sed instaurauit potiùs popularem reip. statum: quòd eius de hoc reip. genere scripti commentarij declarant. Verùm inuidia, & cum paucis susceptæ inimicitiæ tantum ualuerunt, ut Casandro mortuo fugere in Aegyptum fuerit coactus: statuasq; eius amplius trecentis motu facto aduersarij deiecerunt, conflaueruntq;. addunt quidā, conflationem in matulas factam. Sed Romani cùm eos recepissent populari reip. forma utentes, libertatem ipsis suam legesq; incolumes conseruarunt. Bello deinde Mithridatico ingruente, ijs sub tyrannis coacti fuerunt esse, quos uellet rex. quorum potētissimum Aristionem, & uiolenter urbi imperantem Sylla Romanorū dux urbe expugnata supplicio affecit, urbique ueniam dedit. quæ hodieque libertate fruitur, & apud Romanos est in honore.

Post Piræeum Phalerenses sunt curia in proximè insequente ora. inde Halimusij, Aexonenses, Halienses Aexonici, Anagyrasij, Oreenses, Lampyrenses, Aeginenses, Anaphlystij, Azenenses. atque hi quidem usque ad Sunium promōtorium. Inter dictos pagos longum est promontorium primum post Aezonēses Zoster. deinde aliud 2 post Thoreas Astypalæa. insulæ ante alteram Phaura, ante alteram Eleussa, & ante Aexoneas Hydrusa. ad Anaphlystum autem est Paneum (.Panis sacellum.) & ædes Coliadis Veneris. in quem locum eiectas fluctib. aiunt ultimas naufragij tabulas, quòd Persæ nauali ad Salaminam pugna fecerunt. & Apollinem de ea re sic fuisse uaticinatum:

Colias horrebit uisus muliercula remis.

Ante hæc loca non procul à continente remota iacet Belbina insula, & Procli uallum.

τὸ ῥᾳδίως, ἐφύλαξαν δὲ τὴν δημοκρατίαν μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας. Καὶ γὰρ εἴ τι μικρὸν ὑπὸ τῶν Μακεδονικῶν βασιλέων παρελυπήθησαν, ὥσθ' ὑπακούειν αὐτῶν ἀναγκασθῆναι· τόν γε ὁλοσχερῆ τύπον τῆς πολιτείας τὸν αὐτὸν διετήρουν. Ἔνιοι δέ φασι καὶ βέλτιστα τότε αὐτοὺς πολιτεύσασθαι δεκαετῆ χρόνον, ὃν ἦρχε Μακεδόνων Κάσανδρος. οὗτος γὰρ ὁ ἀνὴρ πρὸς μὲν τὰ ἄλλα δοκεῖ τυραννικώτερος γενέσθαι, πρὸς Ἀθηναίους δὲ εὐγνωμόνησε λαβὼν ὑπήκοον τὴν πόλιν. ἐπέστησε γὰρ τῶν πολιτῶν Δημήτριον τὸν Φαληρέα τὸν Θεοφράστου τοῦ φιλοσόφου γνώριμον· ὃς οὐ μόνον οὐ κατέλυσε τὴν δημοκρατίαν, ἀλλὰ καὶ ἐπηνόρθωσε. δηλοῖ δὲ τὰ ὑπομνήματα ἃ συνέγραψε περὶ τῆς πολιτείας ταύτης ἐκεῖνος. Ἀλλ' οὕτως ὁ φθόνος ἴσχυσε, καὶ ἡ πρὸς ὀλίγους ἀπέχθεια, ὥστε μετὰ τὴν Κασάνδρου τελευτὴν ἠναγκάσθη φυγεῖν εἰς Αἴγυπτον. τὰς δ' εἰκόνας αὐτοῦ πλείους ἢ τριακοσίας κατέσπασαν οἱ ἐπαναστάντες, καὶ κατεχώνευσαν· ἔνιοι δὲ προστιθέασιν, ὅτι καὶ εἰς ἀμίδας. Ῥωμαῖοι δ' οὖν παραλαβόντες αὐτοὺς δημοκρατουμένους, ἐφύλαξαν τὴν αὐτονομίαν αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν. Ἐπιπεσὼν δ' ὁ Μιθριδατικὸς πόλεμος, τυράννους αὐτοῖς κατέστησεν, οὓς ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο. τὸν δ' ἰσχύσαντα μάλιστα τὸν Ἀριστίωνα, καὶ ταύτην βιασάμενον τὴν πόλιν, ἐκ πολιορκίας ἑλὼν Σύλλας ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμὼν, ἐκόλασε· τῇ πόλει δὲ συγγνώμην ἔνειμε. καὶ μέχρι νῦν ἐν ἐλευθερίᾳ τέ ἐστι καὶ τιμῇ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις.

Μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ, Φαληρεῖς δῆμος, ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ. εἶθ' Ἁλιμούσιοι, Αἰξωνεῖς, Ἁλιεῖς οἱ Αἰξωνικοί, Ἀναγυράσιοι, εἶθ' Ὠρεεῖς, Λαμπυρεῖς, Αἰγινεῖς, Ἀναφλύστιοι, Ἀζηνιεῖς. οὗτοι μὲν οἱ μέχρι τῆς ἄκρας τοῦ Σουνίου. Μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων, μακρὰ ἄκρα πρώτη μετὰ τοὺς Αἰξωνέας, Ζωστήρ. εἶτ' ἄλλη μετὰ Θορέας, Ἀστυπάλαια, ὧν τῆς μὲν πρόκειται νῆσος Φαύρα, τῆς δὲ Ἐλεοῦσσα, καὶ κατὰ τοὺς Αἰξωνέας Ὑδροῦσσα. περὶ δὲ Ἀνάφλυστόν ἐστι τὸ Πανεῖον, καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν, εἰς ὃν τόπον ἐκκυμανθῆναι τὰ τελευταῖα τὰ ἐκ τῆς περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίας τῆς Περσικῆς ναυάγια φασί. περὶ ὧν καὶ τὸν Ἀπόλλω προειπεῖν·

Κωλιάδες δὲ γυναῖκες ἐρετμοῖσι φρίξουσι.

Πρόκειται δὲ καὶ τούτων τῶν τόπων Βέλβινα νῆσος, οὐ πολὺ ἄπωθεν. καὶ ὁ Πρόκλου χάραξ.

ἔρημοι δ' αἱ πλεῖσται τούτων. Κάμψαντι δὲ τὴν ἐπὶ τὸ Σούνιον ἄκραν, ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον. εἶτα Θόρικος, εἶτα Ποταμὸς δῆμος οὕτω καλούμενος, ἐξ οὗ οἱ Ποτάμιοι. εἶτα Πρασία, Στειρία, Βραυρών, ὅπου τὸ τῆς Βραυρωνίας Ἀρτέμιδος ἱερόν. — —
νίδιον. ὅπου τὸ τῆς Ταυροπόλου
— — εἶτα Μυρρινοῦς, Προβάλινθος, Μαραθών, ὅπου Μιλτιάδης τὰς μετὰ Δάτιδος τοῦ Πέρσου δυνάμεις ἄρδην διέφθειρεν, οὐ περιμείνας ὑστερίζοντας Λακεδαιμονίους διὰ τὴν πανσέληνον. ἐνταῦθα μεμυθεύκασι καὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ὃν ἀνεῖλε Θησεύς. Μετὰ δὲ Μαραθῶνα Τρικόρυθος, εἶτα Ῥαμνοῦς, τὸ τῆς Νεμέσεως ἱερόν. εἶτα Ψαφὶς ἡ τῶν Ὠρωπίων. ἐνταῦθα δέ που καὶ τὸ Ἀμφιαράειόν ἐστι τετιμημένον ποτὲ μαντεῖον, ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς·

ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις,
αὐτοῖσιν ὅπλοις, καὶ τετρωρίστῳ δίφρῳ.

Ὠρωπὸς δ' ἐν ἀμφισβητησίμῳ γεγένηται πολλάκις. ἵδρυται γὰρ ἐν μεθορίῳ τῆς τε Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας. Πρόκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης, πρὸ μὲν τοῦ Θορικίου, καὶ τοῦ Σουνίου, νῆσος Ἑλένη, τραχεῖα καὶ ἔρημος, παραμήκης, ὅσον ἑξήκοντα σταδίους τὸ μῆκος. ἧς φασι μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν, ἐν οἷς Ἀλέξανδρος λέγει πρὸς τὴν Ἑλένην·

οὐδ' ὅτε σε πρῶτον Λακεδαίμονος ἐξ ἐρατεινῆς
ἔπλεον ἁρπάξας ἐν ποντοπόροισι νέεσσι,
νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ.

Ταύτην γὰρ λέγει Κραναήν, τὴν νῦν Ἑλένην, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ γενέσθαι τὴν μῖξιν. Μετὰ δὲ τὴν Ἑλένην, ἡ Εὔβοια πρόκειται τῆς ἑξῆς παραλίας, ὁμοίως στενὴ καὶ μακρὰ, καὶ τὸ μῆκος τῇ ἠπείρῳ παραβεβλημένη, καθάπερ ἡ Ἑλένη. Ἔστι δὲ ἀπὸ Σουνίου πρὸς τὸ νότιον τῆς Εὐβοίας ἄκρον, ὃ καλοῦσι λευκὴν ἀκτὴν, σταδίων τριακοσίων πλοῦς. ἀλλὰ περὶ Εὐβοίας μὲν ἐρύσεται ὕστερον. τοὺς δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ δήμους τῆς Ἀττικῆς μακρὸν εἰπεῖν διὰ τὸ πλῆθος. Τῶν δ' ὀρῶν τὰ ἐν ὀνόματι μάλιστά ἐστιν, ὅ, τε Ὑμηττὸς, καὶ Βριλησσὸς, καὶ Λυκαβηττός, ἔτι δὲ Πάρνης, καὶ Κορυδαλλός. μαρμάρου δ' ἐστὶ τῆς τε Ὑμηττίας καὶ τῆς Πεντελικῆς κάλλιστα μέταλλα πλησίον τῆς πόλεως. ὁ δ' Ὑμηττὸς καὶ μέλι ἄριστον ποιεῖ. τὰ δ' ἀργύρεια τὰ ἐν τῇ Ἀττικῇ κατ' ἀρχὰς μὲν ἦν ἀξιόλογα, νυνὶ δ' ἐκλείπει. καὶ δὴ καὶ οἱ ἐργαζόμενοι, τῆς μεταλλείας ἀσθενῶς ὑπακουούσης,

lum. Vbi promontorium circumflexoris, quòd ad Sunium est, offertur Sunium memorabilis pagus siue curia, tum Thoricus: inde Potamus pagus, cuius curiales Potamij. Sequuntur Prasia, Sterea, Brauron, ubi Dianæ Brauroniæ templum est * uides. ubi tauropoli * tum Myrrinûs, Probalinthus, Marathon. Hic Miltiades Datis Persæ copias internecione deleuit, non expectatis Lacedæmonijs, ob plenilunij obseruationem aduentum differentibus. ibidem fabulātur fuisse taurum Marathonium quem Theseus interfecit. Marathonem subsequitur Tricorythus, inde Ramnûs, ubi Nemesis templum habet. post Psaphis Oropiorum, circa quem locum oraculum fuit Amphiarai, olim cultum: ubi fugiētem Amphiaraum, ut ait Sophocles

Thebanus hausit puluis hiatu præpete,
Arma & quadrigas absorbens simul & uirum.

Oropus sæpe in controuersiam uenit. sita est enim urbs in confinio Atticæ & Bœotiæ. Ante oram hāc & Thurium ac Sunium iacet insula Helena, aspera & deserta, in longum porrecta spacio circiter LX stadiorum. Eius aiunt meminisse Homerum in his Alexandri ad Helenam uerbis,

Nec cum te primùm abreptam Lacedæmone amœna, Iliad. γ. 444.
Nauibus impositam uexi per cærula Ponti,
Insula & in Cranaa mihi gaudia prima dedisti.

Cranaam enim, id est asperam appellari, quæ à concubitu eorum deinde sit Helena dicta. Post Helenam, reliquo litori Atticæ obiecta est Eubœa, itidem arcta & in lōgum iuxta continentem porrecta, ut & Helena. A' Sunio ad austrinum Eubœæ promontorium, quod albam actam (Leucen acten) appellant, nauigatio est stadiorum CCC. Sed de Eubœa postea dicetur. Cæterùm mediterraneos pagos siue oppida Atticæ, ob eorū multitudinem longum fuerit recensere. Montes quorum nomina maximè sunt nobilia, sunt Hymettus, Brilessus, Lycabettus, Parnes, Corydallus. Prope urbem marmor Hymettium pulcerrimum effoditur, 3 ut & Pentelicum. quin & optimum mel fit in Hymetto. Sectiones argentariæ in Attica initio fuerunt uberes, nunc defecerunt. Sanè operarij, cùm metalla malignè labori responde-

rēt, excrementa uetera & scoriam recoquentes, adhuc inde eliquatum argentum inuenerunt, cùm ueteres imperitè fornacibus metalla excoxissent. Cùm autem inter omnia mellis genera optimum sit Atticum, multo omnibus præstare aiunt id quod in secturis argentarijs reperitur, & acapniston dicitur, quia citra fumum conficitur. Quod ad flumina Atticæ pertinet, Cephissus apud Trinemios ortus, per planiciem defluit, ubi est Gephyra, & Gephyrismi: quod est pons, & pontani. lapsusq; per longos muros qui ab astu ad Peræeum ducti sunt, in Phalerico litore mari miscetur, torrentis plerunque in morem fluens, æstate etiam omnino deficiens. Talis maximè est etiam Ilissus ab altera urbis parte ad idem delabens litus, ortus ex locis supra Agram & Lyceum sitis fontemque in Phædro à Platone celebratum. Atque hæc quidem de Attica.

Bœotia. Sequitur ordine Bœotia. de qua dicturum necesse est perspicuitatis gratia etiã contiguas gentes recensere: ut antè monuimus. Sic igitur describamus. Ora maritima à Sunio Thessalonicam usque extendi uersus septentrionem, cùm quidem parumper declinet à mari quod uersus orientem excedit: ita ut quæ ad occasum uergunt, quasi fasciæ quædam sint, æqualibus undique interuallis per singulas regiones protractæ. Harum prima est ea, quæ a Megaride fasciæ in morem parte orientem spectante subducit oram maritimam a Sunio usque ad Oropum & litus uicinum: parte occidua isthmum, & mare Alcyonium quod est apud Pagas usque ad loca Creusæ uicina. reliqua * 4 usque
4 ad isthmum oram, & ueluti * montanam, quæ dirimit ab * Secunda est Bœotia, fascia quædam ab ortu aduersus occasum porrecta a mari Euboico ad sinũ Crissæum, æqualis aut etiam minor longitudine Atticæ: soli tamen præstantia permultũ eam excellens. Ephorus cùm hac re Bœotiam finitimis præstare gentibus ait, tum quod sola trimaris est, copiaq; portuum maiore prædita. Nam & in Crissæo & Corinthiaco sinubus allata ex Italia, Sicilia, Africaque accipit. & ubi Eubœæ opponitur, in utranque Euripi partē se ora eius diducit. ita ut parte quæ aduersus Aulidem est, in qua Tanagra iacet & Salganeus & Anthedon, continuum habeat mare ei, quod ad Aegyptum, Cyprum, insulasq; pertingit: altera parte mare ha-

ούσης, τὴν παλαιὰν ἐκβολάδα καὶ σκωρίαν ἀναχωνεύοντες, εὕρισκον ἔτι ἐξ αὐτῆς ἀποκαθαιρόμενον ἀργύριον, τῶν ἀρχαίων ἀπείρως καμινευόντων. Τοῦ δὲ μέλιτος ἀρίστου ὄντος τῶν πάντων τοῦ Ἀττικοῦ, πολὺ βέλτιστόν φασι τὸ ἐν τοῖς ἀργυρείοις, ὃ καὶ ἀκάπνιστον καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ τρόπου τῆς σκευασίας. Ποταμοὶ δ' εἰσίν, ὁ μὲν Κηφισσὸς ἐκ Τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τοῦ πεδίου, ἐφ' οὗ καὶ ἡ Γέφυρα, καὶ οἱ Γεφυρισμοί. διὰ δὲ τῶν σκελῶν τῶν ἀπὸ τοῦ ἄστεως εἰς τὸν Πειραιᾶ καθηκόντων, ἐκδίδωσιν εἰς τὸ Φαληρικόν, χειμαρρώδης τὸ πλέον, θέρους δὲ μειοῦται τελέως. Ἔστι δὲ τοιοῦτος μάλιστα ὁ Ἰλισσός, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεως ῥέων εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν, ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Ἄγρας καὶ τοῦ Λυκείου μερῶν, καὶ τῆς πηγῆς, ἣν ὑμνηκεν ἐν Φαίδρῳ Πλάτων. περὶ μὲν τῆς Ἀττικῆς ταῦτα.

Ἑξῆς δ' ἐστὶν ἡ Βοιωτία. περὶ ἧς λέγοντας καὶ περὶ τῶν συνεχῶν ἐθνῶν ἀνάμνησιν ποιήσασθαι χρὴ τοῦ σαφοῦς χάριν. ὧν εἴπομεν πρότερον. Λέγωμεν δὲ τὴν ἀπὸ Σουνίου παραλίαν, μέχρι Θεσσαλονίκης, ὡς ἐπὶ τὰς ἄρκτους τετάσθαι μικρὸν ἐκκλίνουσαν τὴν ὑπερανέχουσαν θάλασσαν πρὸς ἕω. τὰ δ' ὑπερκείμενα πρὸς δύσιν, ὡς ἂν ταινίας τινὰς διὰ τῆς χώρας ἑκάστης τεταμένας παραλλήλους. Ὧν πρώτη ἐστὶν ἡ ἀπὸ Μεγαρίδος, ὡς ἂν ταινία τίς, τὸ μὲν ἑωθινὸν μέρος ταινιοῦσα τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι Ὠρωποῦ καὶ τὴν ταύτῃ παραλίαν, τὸ δ' ἑσπέριον τόν τε ἰσθμόν, ἔτι τὴν Ἀλκυονίδα θάλατταν τὴν κατὰ Πηγὰς μέχρι — — τῶν περὶ Κρέουσαν. τὰ δὲ λοιπὰ — — μέχρι τοῦ ἰσθμοῦ παραλίαν ἔτι τὴν ὡς ἂν — — ὀρεινήν, τὴν διείργουσαν ἀπὸ τῆς — —
Iliad β.716. urbes recensentur ab Homero, quæ Philoctetæ parebant. De his Methone alia est à Tracica illa quam Philippus euertit. de Peloponnesiaca suo loco intulimus mentionē. Ante Magnetas sitæ sunt complures insulæ. de quib. nobiles sunt Sciathus, Peparethus, Icus, Alonesus, Scyrus, urbibus cōgnominibus præditæ. Maximè celebratur Scyrus ob Lycomedis cum Achille affinitatem, ibique natum & educatum Neoptolemum Achillis F. Postea temporis Philippus uiribus auctus, cùm uideret Athenienses mare obtinere, & insulis cùm his, tum alijs imperate, fecit ut ipsi propinquæ fierent quam maximè celebres. Nam de principatu contēdens bello, semper proxima quæque adortus est. & ut Magnesiæ ac Thraciæ aliarumque circumiacentium multas partes Macedoniæ adiecit: ita & sita ante Magnesiam insulas ad se rapuit, priusque ignotæ & obscuræ quæ erant, fecit ut certatim appeterentur, essentque notæ. Scyrum præcipuè antiquitatis memoria commendat. sed tamen alia quoque sunt, quæ eius famam latè uulgant. De his est Scyriarum capellarum præstantia, & metalla uarij Scyrij lapidis: sicut & Carystij, & Deucalij, Synnadici, Hierapolitici. nam è uario marmore columnas tabulasque unico lapide constantes uidere possis Romæ, quibus publicè priuatimque urbs exornatur. fecitque ex albo la-

+ pide, non magni precij. Cæterùm Homerus eò usque oræ Magnesiæ progressus, redit ad superiorem Thessaliam, à Dolopia & Pindo principium petens.

Iliad β.729. Qui Triccamque habuere, salebrosamque Ithomam.

Hæc sunt Estiæotidis, quæ olim fuit Doris appellata. sed Perrhæbi cùm eam occupassent, qui & Eubœæ Estiæā euerterant, hominesque

καθάπερ δὲ τὴν Ἰωλκὸν αὐξηθεῖσαν ἐπὶ πλέον, κατέλυσαν αἱ στάσεις, καὶ αἱ τυραννίδες· οὕτω καὶ τὰς Φερὰς συνέξειλαν συναρθείσας ποτὲ συγκαταλυθείσας τοῖς τυράννοις. Πλησίον δὲ τῆς Δημητριάδος ὁ Ναῦρος ῥεῖ. καλεῖται δὲ συνεχὴς αἰγιαλὸς Ἰωλκός. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν συνετέλουν. Ὁ δ᾽ Ἀρτεμίδωρος ἀπωτέρω τῆς Δημητριάδος τίθησι τὸν Παγασητικὸν κόλπον εἰς τοὺς ὑπὸ Φιλοκτήτου τόπους. ἐν δὲ τῷ κόλπῳ φησὶν εἶναι τὴν Κικύνηθον νῆσον, καὶ πολίχνην ὁμώνυμον. Ἑξῆς δ᾽ ὑπὸ Φιλοκτήτου πόλεις καταλέγονται. Ἡ μὲν οὖν Μεθώνη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρακίας Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος. ἐμνήσθημεν δὲ, καὶ πρότερον τῆς ἐν Πελοποννήσῳ. Πρόκεινται δὲ τῶν Μαγνήτων νῆσοι συχναὶ μὲν, αἱ δ᾽ ἐν ὀνόματι Σκίαθός τε καὶ Πεπάρηθος, καὶ Ἰκός, Ἀλόννησός τε καὶ Σκῦρος, ὁμωνύμους ἔχουσαι πόλεις. Μάλιστα δ᾽ ἐστὶν ἐν ὀνόματι Σκῦρος διὰ τὴν Λυκομήδους πρὸς Ἀχιλλέα οἰκειότητα, καὶ τὴν Νεοπτολέμου τοῦ Ἀχιλλέως ἐνταῦθα γένεσίν τε καὶ ἐκτροφήν. Ὕστερον δὲ Φίλιππος αὐξηθεὶς, ὁρῶν Ἀθηναίους ἐπικρατοῦντας τῆς θαλάσσης καὶ τῶν νήσων ἄρχοντας καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων, ἐποίησε τὰς πλησίον ἑαυτῷ μάλιστα ἐνδόξους. Πολεμῶν γὰρ περὶ τῆς ἡγεμονίας, ἐπεχείρει πρώτοις ἀεὶ τοῖς ἐγγύθεν. καὶ καθάπερ αὐτῆς τῆς Μαγνησίας τὰ πολλὰ μέρη τὴν Μακεδονίαν ἐποίησε, τῆς Θρᾴκης καὶ τῆς ἄλλης τῆς κύκλῳ γῆς· οὕτω καὶ τὰς πρὸ τῆς Μαγνησίας νήσους ἀφῃρεῖτο, καὶ τὰς ὑπ᾽ οὐδενὸς γνωριζομένας πρότερον, περιμαχήτους, καὶ γνωρίμους ἐποίει. Τὴν δ᾽ οὖν Σκῦρον μάλιστα μὲν αἱ ἀρχαιολογίαι συνιστῶσιν. ἀλλὰ καὶ τὰ τοιαῦτα θρυλεῖσθαι ποιεῖ, οἷον αἱ τῶν αἰγῶν ἀρεταὶ τῶν Σκυρίων, καὶ τὰ μέταλλα τῆς ποικίλης λίθου τῆς Σκυρίας, καθάπερ τῆς Καρυστίας, καὶ τῆς Δευκαλίας, καὶ τῆς Συνναδικῆς καὶ Ἱεραπολιτικῆς. μονολίθους γὰρ κίονας καὶ πλάκας ὁρᾶν ἐστιν ἐν τῇ Ῥώμῃ τῆς ποικίλης λιθίας, ὑφ᾽ ἧς ἡ πόλις κοσμεῖται δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ. πεποίηκέ τε τὰ λευκόλιθα, οὐ πολλοῦ ἄξια. Ὁ δ᾽ οὖν ποιητὴς τῆς Μαγνητικῆς παραλίας μέχρι δεῦρο προελθὼν, ἐπάνεισιν ἐπὶ τὴν ἄνω Θετταλίαν, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Δολοπίας, καὶ τῆς Πίνδου.

Οἳ δ᾽ εἶχον Τρίκκην καὶ Ἰθώμην κλωμακόεσσαν.

Ταῦτα τὰ χωρία ἐστὶ μὲν τῆς Ἑστιαιώτιδος. ἐκαλεῖτο δὲ ὥς φασι πρότερον Δωρίς. κατασχόντων δὲ τῶν Περραιβῶν αὐτὴν, οἳ καὶ τῆς Εὐβοίας τὴν Ἑστιαιῶτιν κατεστρέψαντο, καὶ τοὺς ἀνθρώπους

θρώπους εἰς τὴν ἤπειρον ἀνέσπασαν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐποικησάντων Ἑστιαίων, τὴν χώραν ἀπ᾽ ἐκείνων οὕτως ἐκάλεσαν. Ἔστι δ᾽ ἡ μὲν Τρίκκη ὅπου τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἀρχαιότατον, καὶ ἐπιφανέστατον, ὅμορον τοῖς τε Δόλοψιν, καὶ τοῖς περὶ τὴν Πίνδον τόποις. Τὴν Ἰθώμην ὁμωνύμως τῇ Μεσσηνιακῇ λεγομένην, οὔ φασι δεῖν οὕτως ἐκφέρειν, ἀλλὰ τὴν πρώτην συλλαβὴν ἀφαιρεῖν, οὕτω γὰρ καλεῖσθαι πρότερον. νῦν δ᾽ Ἰθώμην μετωνομάσθαι χωρίον ἐρυμνὸν καὶ τῷ ὄντι κλωμακῶδες, ἱδρυμένον μεταξὺ τεσσάρων φρουρίων ὥσπερ ἐν τετραπλεύρῳ κειμένων, Τρίκκης τε καὶ Μητροπόλεως, καὶ Πελινναίου καὶ Γόμφων. Τῆς δὲ Μητροπολιτῶν ἐστι χώρας ἡ Ἰθώμη. ἡ δὲ Μητρόπολις πρότερον μὲν ἐκ τριῶν συνῴκιστο πολιχνίων ἀσήμων, ὕστερον δὲ καὶ πλείους προσελήφθησαν, ὧν ἦν καὶ ἡ Ἰθώμη. Καλλίμαχος μὲν οὖν φησιν ἐν τοῖς ἰάμβοις,

τὰς Ἀφροδίτας, ἡ θεὸς γὰρ οὐ μία,
τὴν Καστνιῆτιν ὑπερβάλλεσθαι πάσας τῷ
φρονεῖν.

ὅτι μόνη παραδέχεται τὴν τῶν ὑῶν θυσίαν, καὶ μὴν πολυΐστωρ εἴτις ἄλλος, καὶ πάντα τὸν βίον ὡς αὐτὸς εἴρηκεν, ὁ ταῦτα μυθεῖσθαι βουλόμενος. οἱ δ᾽ ὕστερον ἤλεγξαν οὐ μίαν Ἀφροδίτην μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείους παραδεδεγμένας τὸ ἔθος τοῦτο. ὧν εἶναι καὶ τὴν ἐν τῇ Μητροπόλει ταύτῃ οὐδεμιᾷ τῶν συνοικισθεισῶν εἰς αὐτὴν πόλεων, παραδοῦναι τὸ ἔθος ὁμοίως. ἔστι δὲ καὶ Φαρυκάδων ἐν τῇ Ἑστιαιώτιδι, ῥεῖ δι᾽ αὐτῶν ὁ Πηνειός, καὶ ὁ Κουράλιος. ὧν ὁ Κουράλιος ῥέων παρὰ τὸ τῆς Ἰθωμίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἰς τὸν Πηνειὸν ἐξίεισιν. Αὐτὸς δ᾽ ὁ Πηνειὸς ἄρχεται μὲν ἐκ Πίνδου καθάπερ εἴρηται. ἐν ἀριστερᾷ δ᾽ ἀφεὶς Τρίκκην τε, καὶ Πελινναῖον καὶ Φαρυκαδόνα, φέρεται παρά τε Ἄτρακα, καὶ Λάρισσαν· καὶ τοὺς ἐν τῇ Θετταλιώτιδι δεξάμενος ποταμούς, πρόεισι διὰ τῶν Τεμπῶν ἐπὶ τὰς ἐκβολάς. Τὴν δ᾽ Οἰχαλίαν πόλιν Εὐρύτου λεγομένην, ἔν τε τοῖς τόποις τούτοις ἱστοροῦσι, καὶ ἐν Εὐβοίᾳ, καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ, καὶ μετονομάζουσιν ἄλλως, ὃ καὶ εἴρηται ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. Περὶ δὲ τούτων ζητοῦσι, καὶ μάλιστα τίς ἦν ἡ ὑπὸ Ἡρακλέους ἁλοῦσα, καὶ περὶ τίνος συνέγραψεν ὁ ποιήσας τὴν Οἰχαλίας ἅλωσιν. ταῦτα μὲν δὴ τὰ χωρία τοῖς Ἀσκληπιάδαις ὑπέταξεν. Ἑξῆς δὲ λέγει τὴν ὑπ᾽ Εὐρυπύλῳ.

Οἳ δ᾽ ἔχον Ὀρμένιον, οἵ τε κρήνην Ὑπέρειαν:

minesque in continentem pertraxerant, ob multitudinem Estiæorum qui eò commigrauerant, ab his nomen regioni indiderunt. Apud Triccam Aesculapij templum est nobilissimum & antiquissimum, confine Dolopibus & locis ad Pindum sitis. Ithomen, quæ idem cum Messeniaca nomen habet, aiunt prima syllaba ademta Thomam debere appellari, si uetustum nomen ei reddere uelimus. Oppidum est natura munitum, & uere id quod dicitur asperis ac saxosis adscensuum difficultatibus præditum. iacet inter quatuor oppida quasi in quadrilateri figuram disposita: Triccam, Metropolin, Pelinnam, Gomphos. Metropolitarum regionis est Ithome. Metropolis autem primùm è tribus obscuris fuit conflata oppidulis: posteà plures sunt adsumtæ, de quibus etiam Ithoma. Callimachus quidem in iambis ait.

Veneres, Dea est non una quoniam hæc, cæteras
Sapientia omnes Castinæa uicerit.

quia scilicet sola porci sacrificium admittit. Sanè qui hoc dixit, uideri uoluit plurimarum rerum peritus, in idque se toto uitę tempore incubuisse profitetur. Posteriores aũt demonstrauerunt non unam modo Venerem, sed complures hunc ritum usurpasse: de quibus sit etiam quæ in hac colitur Metropoli. quæ nulli urbium, quas in se conduxit, eum tradiderit morem. Est etiam Pharycadon oppidum Estiæotidis, per quod Peneus fluit & Curalius. hic quidem Ithomiæ Mineruæ templum pręterlapsus in Peneum se effundit. Peneus è Pindo, ut diximus, ortus, ad læuam relictis Tricca, Pelinnæo, Pharycadone, præter Atracem ac Larissam fertur: & receptis è Thessaliotide amnibus per Tempe ad ostia meat. Oechaliam, quæ urbs Euryti dicitur, cùm in his ponunt locis, tum in Eubœa, & in Arcadia, aliterque denominant: sicut in descriptione etiam Peloponnesi diximus. De his & alia in disputationem ueniunt, & hoc maximè, quæ nam sit quam cepit Hercules, & de qua scripserit autor carminis, cui titulus Oechaliæ exscidium. Hæc ergo loca Aesculapio natis parebant. Deinceps Eurypyli ditionem describit.

Tum quos Ormenium misit, quos fons Hyperea Iliad. β. 734.

Et

Οἵ τ᾽

Et quos Asteriū, Titani iuga candida quosque.

23 Ormenium 23 hodie Orminium dicitur. pagus est sub Pelio pone Pagasæum sinum, in Demetriadem unà cum aliis contractus, ut docuimns. Necesse est autem Bœbeidem quoque paludem in propinquo esse, cùm ut Ormenium, ita Bœbe quoque fuerit de circumiacentibus Demetriadem Pagis. Abest Ormeniū à Demetriade terrestri itinere stadia XXVII. in quo Iolci locus situs à Demetriade VII stadia, reliqua XX ab Ormenio abest. Scepsius Ormenium Phœnicis patriam facit, eumq; inde profugisse ait à patre Amyntore Ormenida Phthiam ad regem Peleum. Nam oppidū isthmo ab Ormeno fuisse conditum, Cercaphi F. Aeoli N. & filios Ormeni fuisse Amyntorem atq; Euęmonem: quorum ille Phœnicis fuerit, hic Eurypyli pater. & quia Phœnix è familia sua abscesserit, communem hęreditatem ad Eurypylum rediisse. itaque pro his uerbis

Iliad. ι. 447. —λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα

scribendum—λίπον Ὀρμένιον πολύμηλον.

Craces Phœnicem Phocensem facit: coniecturam sumens è Megetis galea, qua Vlisses usus est cùm noctu exploratum castra hostia iret. de qua poëta sic.

Iliad. κ. 662. Hanc Eleone, domum tacita cùm fraude forasset

Ormenidæ uersutus Amyntoris abstulit olim

Autolycus.—.

nam Eleonem oppidulum esse in Parnasso: & Amyntorem Ormeni F. alium nullum dici quā Phœnicis patrem: atq; Autolycum Parnassi incolam more furum uicinorū parietes perfodere, non procul dissitorum consueuisse. Scepsius neque ullum in Parnasso Eleonem esse locum ait: sed Neonem, & quidem post bellum demum Troianum conditam: neque uicinorum modò ædes à furib. perfodi. Sunt & alia quæ dici possent. me immorari piget. Aliį ex Heleone scribunt, qui est uicus Tanagricus. absurdè id dictum oostendunt hæc:

Iliad. ι. 475. Inde fuga solus peruasiq; Hellada latam,

Et Phthiam ueni.—

Hyperea fons est in media Pheræorum urbe * Titanus, id est calx, ab accidente

οἵ τ' ἔχον Ἀστέριον, Τιτάνοιό τε λευκὰ κάρηνα.

Τὸ μὲν οὖν Ὀρμένιον καλεῖται νῦν Ὀρμίνιον. ἔστι δ' ὑπὸ τῷ Πηλίῳ κώμη παρὰ τὸν Παγασητικὸν κόλπον τῶν συνῳκισμένων εἰς τὴν Δημητριάδα πόλεων ὡς εἴρηται. Ἀνάγκη δὲ καὶ τὴν Βοιβηίδα λίμνην εἶναι πλησίον, ἐπειδὴ καὶ ἡ Βοίβη τῶν περιοικίδων ἦν τῆς Δημητριάδος, καὶ αὐτὸ τὸ Ὀρμένιον. τὸ μὲν οὖν Ὀρμένιον ἀπέχει τῆς Δημητριάδος πεζῇ σταδίους ἑπτά, καὶ εἴκοσι. ὁ δὲ τῆς Ἰωλκοῦ τόπος ἐν ὁδῷ κείμενος, τῆς Δημητριάδος ἑπτὰ σταδίους διέστηκε, τοῦ Ὀρμενίου τοὺς λοιποὺς εἴκοσι σταδίους. φησὶ δ' ὁ Σκήψιος ἐκ τοῦ Ὀρμενίου τὸν Φοίνικα εἶναι, καὶ φεύγειν αὐτὸν ἐνθένδε παρὰ τοῦ πατρὸς Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο, ἐς τὴν Φθίαν ἐς Πηλέα ἄνακτα. ἐκτίσθαι γὰρ ὑπὸ Ὀρμένου τὸ χωρίον τοῦ, τοῦ Κερκάφου, τοῦ Αἰόλου. παῖδας δὲ τοῦ Ὀρμένου γενέσθαι τόν τε Ἀμύντορα, καὶ Εὐαίμονα· ὧν τοῦ μὲν, εἶναι Φοίνικα, τοῦ δ' Εὐρύπυλον. φυλαχθῆναι δὲ τῷ Εὐρυπύλῳ τὴν διαδοχὴν κοινήν, ὡς ἂν ἀπελθόντος τοῦ Φοίνικος ἐκ τῆς οἰκίας. καὶ δεῖν γράφειν οὕτως.

Οἷον ὅτε πρῶτον λίπον Ὀρμένιον πολύμηλον. ἀντὶ τοῦ

—λίπον Ἑλλάδα καλλιγύναικα.

Κράτης δὲ Φωκέα ποιεῖ τὸν Φοίνικα, τεκμαιρόμενος ἐκ τοῦ κράνους τοῦ Μέγητος, ᾧ ἐχρήσατο Ὀδυσσεὺς ἐπὶ τὴν νυκτεγερσίαν, περὶ οὗ φησὶν ὁ ποιητής. ὅτι

Τήν ῥά ποτ' ἐξ Ἐλεῶνος Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο

Ἐξέλετ' Αὐτόλυκος πυκινὸν δόμον ἀντιτορήσας.

Τόν τε γὰρ Ἐλεῶνα ἐν τῷ Παρνασσῷ πολίχνιον εἶναι, τόν τε Ὀρμενίδην Ἀμύντορα οὐκ ἄλλον τινὰ λέγεσθαι, ἢ τὸν τοῦ Φοίνικος πατέρα. καὶ τὸν Αὐτόλυκον οἰκοῦντα ἐν τῷ Παρνασσῷ τοιχωρυχεῖν τὰ τῶν γειτόνων, ὅ περ κοινόν ἐστι τοιχωρύχου παντὸς, οὐ τὰ πόρρωθεν. ὁ δὲ Σκήψιος φησὶ μήτε Ἐλεῶνα μηδένα τόπον τοῦ Παρνασσοῦ δείκνυσθαι, ἀλλὰ Νεῶνα· καὶ ταύτην οἰκισθεῖσαν μετὰ τὰ Τρωϊκά. μήτ' ἐκ γειτόνων τὰς τοιχωρυχίας γενέσθαι μόνον. Καὶ ἄλλα δ' ἐστὶν ἃ λέγοι τις ἄν. ἀλλ' οὖν ὀκνῶ διατρίβειν ἐπὶ πλέον. Ἄλλοι δὲ γράφουσιν ἐξ Ἐλεῶνος. Ταναγρικὴ δέ ἐστιν αὕτη. καὶ μᾶλλον ἐλέγχοι ἄτοπως ἂν τὸ λεγόμενον τό,

Φεῦγον ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο

Φθίην δ' ἐξικόμην.—

Ἡ δ' Ὑπέρεια κρήνη ἐστὶν ἐν μέσῃ τῇ Φεραίων πόλει μεταλαιοῦσα. Τίτανος δ' ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος

βεβηκότος ὠνομάσθαι. λευκόγεων γὰρ ἐστὶ τὸ χωρίον Ἄρνης πλησίον. καὶ τὸ Ἀστέριον δ' οὐκ ἄπωθεν τούτων ἐστί. Συνεχεῖς τῇ μερίδι ταύτῃ λέγονται οἱ ὑπὸ τοῦ Πολυποίτου.

οἳ δ' Ἄργισσαν ἔχον καὶ Γυρτώνην ἐνέμοντο.
Ὄρθην, Ἠλώνην τε, πόλιν τ' Ὀλοοσσόνα λευκήν.

ταύτην τὴν χώραν πρότερον μὲν ᾤκουν Περραιβοί, τὸ πρὸς τῇ θαλάσσῃ μέρος νεμόμενοι, καὶ τοῦ Πηνειοῦ μέχρι τῶν ἐκβολῶν αὐτοῦ καὶ Γυρτῶνος πόλεως Περραιβίδος. ἔπειτα ταπεινώσαντες ἐκείνους εἰς τὴν ἐν τῇ μεσογαίᾳ ποταμίαν, Λαπίθαι κατέσχον αὐτῶν τὰ χωρία, Ἰξίων, καὶ ὁ υἱὸς Πειρίθους, ὃς καὶ τὸ Πήλιον κατεκτήσατο, βιασάμενος τοὺς κατασχόντας Κενταύρους ἄγριόν τι φῦλον. τούτους μὲν οὖν ἐκ τοῦ Πηλίου ὦσε, καὶ Αἰθίκεσσι πέλασσε, τοῖς δὲ Λαπίθαις τὰ πεδία παρέδωκε. τινὰ δ' αὐτῶν, καὶ οἱ Περραιβοὶ κατεῖχον τὰ πρὸς τοῦ Ὀλύμπου. ἐστὶ δ' ὅπου, καὶ ὅλοι ἀναμὶξ τοῖς Λαπίθαις ᾤκουν. Ἡ μὲν οὖν Ἄργισσα ἡ νῦν Ἄργουρα ἐπὶ τοῦ Πηνειοῦ κεῖται. Ὑπέρκειται δ' αὐτῆς Ἄτραξ ἐν τετταράκοντα σταδίοις τοῦ ποταμοῦ πλησιάζουσα καὶ αὐτή. τὴν δ' ἀνὰ μέσον ποταμίαν εἶχον Περραιβοί. Ὄρθην δέ τινες τὴν ἀκρόπολιν τῶν Φαλανναίων εἰρήκασιν. Ἡ δὲ Φάλαννα Περραιβικὴ πόλις πρὸς τοῦ Πηνειοῦ πλησίον τῶν Τεμπῶν. Οἱ μὲν οὖν Περραιβοὶ καταδυναστευθέντες ὑπὸ Λαπιθῶν, εἰς τὴν ὀρεινὴν ἀπανέστησαν, οἱ πλείους τὴν περὶ Πίνδον, καὶ Ἀθαμᾶνας καὶ Δόλοπας, τὴν δὲ χώραν καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας τῶν Περραιβῶν, κατέσχον Λαρισσαῖοι, πλησίον μὲν οἰκοῦντες τοῦ Πηνειοῦ, γειτνιῶντες δ' ἐκείνοις, νεμόμενοι δὲ τὰ εὐδαιμονέστατα μέρη τῶν πεδίων, πλὴν εἴ τι σφόδρα κοῖλον πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ Νεσσωνίδι, εἰς ἣν ὑπερκλύζων ὁ ποταμὸς ἀφῃρεῖτό τι τῆς ἀροσίμου τοὺς Λαρισσαίους. ἀλλ' ὕστερον παραχώμασιν ἐπηνώρθωσαν Λαρισσαῖοι. οὗτοι δὲ κατεῖχον τέως τὴν Περραιβίαν, καὶ φόρους ἔπραττον, ἕως Φίλιππος κατέστη κύριος τῶν τόπων. Λάρισσα δ' ἐστὶ καὶ ἐν τῇ Ὄσσῃ χωρίον. καὶ ἡ Κρεμαστή, ὑπό τινων δὲ Πελασγία λεγομένη, καὶ ἐν Κρήτῃ πόλις ἡ νῦν εἰς Ἱεράπυτναν συνοικισθεῖσα, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ὑποκείμενον πεδίον νῦν Λαρίσιον καλεῖται. καὶ ἐν Πελοποννήσῳ, ἥ τε τῶν Ἀργείων ἄκρα καὶ ὁ τὴν Ἠλείαν ἀπὸ Δύμης διορίζων Λάρισος ποταμός. Θεόπομπος δὲ, καὶ πόλιν λέγει ἐν τῇ αὐτῇ μεθορίᾳ κειμένην Λάρισσαν. καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ,

nomen habet. albicat enim locus ille, haud procul Arna. & Asterium quoque non procul inde abest. Post hanc Thessaliæ partem continenter recensentur quos Polypoëta duxit:

Argissam quicunque, & Gyrtonen coluerunt, Iliad. β. 738.
Orthamque, Elonemque, albisque Oloossona muris.

Hanc regionem principio tenuerunt Perrhæbi, partem quæ ad mare est & Peneum usque ad ostia huius & Gyrtona Perrhæbicam urbem. Hos deinde oppresserunt, & in regionem fluuio uicinam ac mediterraneam compulerunt, eorumque agros obtinuerũt Lapithæ: Ixion, ac filius eius Perithous, qui etiam Pelium montem occupauit, ui expulsis Centauris, gente fera. Hos ergo ille Pelio eiectos compulit eò, ut cum Aethicibus habitarent: & campos Lapithis tradidit. Iliad. β 745. quasdam ad Olympum partes etiã Perrhæbi obtinuerunt. alicubi etiam toti illis permixti incoluerunt. Proinde Argissa, quæ nunc Argura, ad Peneum sita est. Super eam ad XL stadia sita est Atrax, ipsa quoque Peneo uicina. fluuio adiacentem reliquam in medio regionem obtinuerunt Perrhæbi. Orthen quidam pro Phalannæorum arce accipiunt. est autem Phalanna urbs Perrhæbica ad Peneum, prope Tempe. Sed Perrhæbi à Lapithis oppressi, in montana recesserunt, plerique ad Pindum, Athamanas, & Dolopas, regionem & Perrhæborum reliquias Larissæi occupauerunt, propè Peneum habitantes, illisque uicini, & fertilissimam planiciem colentes, nisi ubi quid nimis depressum accedit ad Nessonidem paludem, ubi sese effundens nonnihil orationi aptę telluris abscindit. ei tamen malo Larissæi structis aggeribus remedium fecerunt. Atque hi quidem eò usque Perrhæbiam obtinuerunt, & stipendia exegerunt, donec Philippus ista loca in suam redegit potestatem. Larissa autem est etiam ad Ossam oppidum. & pensilis illa Cremaste, quæ Pelasgia etiam dicitur. & in Creta rursum alia, quæ nunc in Iapygiam est cõtracta: à qua & subiectus campus nunc Larisium dicitur. est & in Peloponneso Argiuorum arx Larissa: & Larissus fluuius Eleam à Dyma diuidens. Theopompus urbem quoque in illo ipso confinio ponit Larissam. & in A-

sia est Larissa Phriconis Cumæ uicina, & ad Hamaxitum Troadis alia. sed & Ephesia est Larissa: & ad Sinam Mitylenes sunt Larissæa saxa, in itinere quod Methymnam ducit. est etiam Larissa in Attica: & alia in campo Caystrio super Sardes stadijs XXX, terrestri itinere propter Matris Isodromæ templum: eiusdem situs & naturæ cum pensili illa Larissa, quia & aquis & uitib. abundat. fortasse hinc nomen est Ioui Larisio. sed & in læua parte Ponti Larissa est pagus, propinquus Aemi extremitatibus. Oloosson quoque, quam ob albedinem argillæ candidam uocat poeta, & Elone, Perrhæbicæ sunt urbes. itemq; Gonnos. Elone mutato nomine dicta fuit Limone: est autem diruta. ambæ iacent sub Olympo, nõ procul ab Eurota fluuio, quem Homerus Titaresium uocat. De his, & Perrhæbis idem statim hæc subiungit.

Iliad. β. 748. Viginti atque duo, Guneô ducente, carinæ.
Ibant his Enenienes, & acris turma Peræbûm,
Algida queis Dodona domus; quique arua fatigant
Hîc ubi iucundo repit Titaresius amne.

Hæc ergo loca Perrhæbis tribuit, qui partem Estiotidis etiam occupauerunt. erant * autem etiam sub Polypoeta quædã Perrhæborum pars. adsignauit autem Lapithis, propterea quòd promiscuè habitabant: & Lapithæ planiciem, citerioremq; occupabant Perrhæbicam maiore ex parte: Perrhæbi autem montana ad Olympum & Tempe sita: ut Cyphum. Dodonam, & Titaresio adiacentia. Hic è Titaro monte, Olympum finibus suis attingente, ortus, in uicina Tempibus loca in Perrhæbia fluens, ibidem ferè in Peneum se euoluit. Enimuerò Penei aqua pura est: Titaresij pingue quadam ex materia. itaque Homerus ait eum nõ misceri Peneo, sed aquis eius olei in morem supernatare. Quia uerò promiscuè habitabant Perrhæbi & Lapithæ, uno nomine eos Pelasgiotas uocat Simonides qui uersus orientem habitant Solem, intellige accolas ostiorũ Penei, Gyrtonem, Ossam, Pelium, Demetriadem, campestria, Larissam, Scotussam, Cranonem, Mopsi-

σία, ἥ τε Φρικωνὶς ἡ περὶ τὴν Κύμην, καὶ ἡ κατὰ Ἁμαξιτὸν τῆς Τρωάδος. καὶ ἡ Ἐφεσία Λάρισσά ἐστι, καὶ ἐν Σίνᾳ τῆς Μιτυλήνης ἀπὸ πεντήκοντα σταδίων εἰσὶ Λαρισσαῖαι πέτραι, κατὰ τὴν ἐπὶ Μηθύμνης ὁδόν. καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ δ' ἐστὶ Λάρισσα, καὶ τῶν Τραλλέων διέχουσα κώμη τριάκοντα σταδίους ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπὶ Καΰστρου πεδίῳ διὰ τῆς μεσογαίας ἰόντων κατὰ τὸ τῆς Ἰσοδρόμης Μητρὸς ἱερόν, ὁμοίαν τὴν θέσιν καὶ τὴν ἀρετὴν ἔχουσα τῇ κρεμαστῇ Λαρίσσῃ. καὶ γὰρ εὔυδρος καὶ ἀμπελόφυτος. ἴσως δὲ καὶ ὁ Λαρίσιος Ζεὺς ἐκεῖθεν ἐπωνόμασται. καὶ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς δὲ τοῦ Πόντου κώμη τις καλεῖται Λάρισσα, πλησίον τῶν ἄκρων τοῦ Αἵμου. Καὶ Ὀλοοσσὼν δὲ λευκὴ προσαγορευθεῖσα ἀπὸ τοῦ λευκάργιλος εἶναι, καὶ ἡ Ἠλώνη Περραιβικαὶ πόλεις, καὶ Γόννος. ἡ δ' Ἠλώνη μετέβαλε τοὔνομα, Λειμώνη μετονομασθεῖσα. κατέσκαπται δὲ νῦν. ἄμφω δ' ὑπὸ τῷ Ὀλύμπῳ κεῖνται, οὐ πολὺ ἄποθεν τοῦ Εὐρώτα ποταμοῦ, ὃν ὁ ποιητὴς Τιταρήσιον καλεῖ. Λέγει δὲ καὶ περὶ τούτων, καὶ περὶ τῶν Περραιβῶν ἐν τοῖς ἑξῆς ὁ ποιητής, ὅταν φῇ.

Γουνεὺς δ' ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας.
Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί,
Οἳ περὶ Δωδώνην δυσχείμερον οἰκί' ἔθεντο.
Οἵ τ' ἀμφ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο.

Λέγει μὲν οὖν τούτους τοὺς τόπους τῶν Περραιβῶν ἀπὸ μέρους τῆς Ἑστιώτιδος ἐπειληφότας. ἦσαν δέ, καὶ ὑπὸ τῷ Πολυποίτῃ ἐκ μέρους Περραιβικαί. τοῖς μὲν τοι Λαπίθαις προσένειμε διὰ τὸ ἀναμὶξ οἰκεῖν, ἔτι τὰ μὲν πεδία κατέχειν τοὺς Λαπίθας, καὶ τὸ ἐν τούτῳ Περραιβικόν, ὑπὸ τούτοις τετάχθαι ὡς ἐπὶ πλέον, τὰ δ' ὀρεινότερα χωρία πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ καὶ τοῖς Τέμπεσι, τοὺς Περραιβούς· καθάπερ τὸν Κύφον, καὶ τὴν Δωδώνην, καὶ τὰ περὶ τὸν Τιταρήσιον. ὃς ἀπὸ ὄρους Τιταρίου συμφυοῦς τῷ Ὀλύμπῳ ῥέων, εἰς τὰ πλησίον τῶν Τεμπῶν χωρία τῆς Περραιβίας, αὐτοῦ που τὰς συμβολὰς ποιεῖται πρὸς Πηνειόν. Τὸ μὲν οὖν τοῦ Πηνειοῦ καθαρόν ἐστιν ὕδωρ. τὸ δὲ τοῦ Τιταρησίου, λιπαρὸν ἔκ τινος ὕλης, ὥστ' οὐ συμμίσγεται.

Ἀλλά τε μιν καθύπερθεν ἐπιτρέχει ἠΰτ' ἔλαιον.

διὰ δὲ τὸ ἀναμὶξ οἰκεῖν Σιμωνίδης Περραιβούς, καὶ Λαπίθας καλεῖ τοὺς Πελασγιώτας ἅπαντας τοὺς τὰ ἑῷα κατέχοντας τὰ περὶ Γυρτῶνα καὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πηνειοῦ, καὶ Ὄσσαν καὶ Πήλιον, καὶ τὰ περὶ Δημητριάδα, καὶ τὰ ἐν τῷ πεδίῳ, Λάρισαν, Κραννῶνα, Σκοτοῦσαν, Μόψι-

Μόψιον, Ἄτρακα, καὶ τὰ περὶ τὴν Νεσωνίδα λίμνην καὶ Βοιβηΐδα. ὧν ὁ ποιητὴς ὀλίγα μέμνηται, διὰ τὸ μὴ οἰκισθῆναί ποτ' ἄλλα, ἢ φαύλως οἰκισθῆναι διὰ τοὺς κατακλυσμοὺς, ἄλλοτ' ἄλλους γιγνομένους. ἐπεὶ οὐδὲ τῆς Νεσωνίδος μέμνηται λίμνης, ἀλλὰ τῆς Βοιβηΐδος μόνον πολὺ ἐλάττονος οὔσης. ταύτης δὲ μόνης μενούσης. ἐκείνης δὲ, ὡς εἰκὸς τοτὲ μὲν πληρουμένης ἀτάκτως, τοτὲ δ' ἐκλειπομένης. Τῆς δὲ Σκοτούσσης ἐμνήσθημεν καὶ ἐν τοῖς περὶ Δωδώνης λόγοις, καὶ τοῦ μαντείου τοῦ ἐν Θετταλίᾳ, ὅτι περὶ τοῦτον ὑπῆρξε τὸν τόπον. Ἔστι δ' ἐν τῇ Σκοτούσσῃ χωρίον τι, Κυνὸς κεφαλαὶ καλούμενον· περὶ ὃ Ῥωμαῖοι μετ' Αἰτωλῶν, καὶ Τίτος Κοΐντιος ἐνίκων μάχῃ μεγάλῃ Φίλιππον τὸν Δημητρίου, Μακεδόνων βασιλέα. Πέπονθε δέ τι τοιοῦτον καὶ ἡ Μαγνῆτις. Κατηριθμημένων γὰρ ἤδη πολλῶν αὐτῆς τόπων, οὐδένα τούτων ὠνόμακε Μάγνητας Ὅμηρος ἀλλ' ἐκείνους μόνους οὓς τυφλῶς καὶ οὐ γνωρίμως διασαφεῖ,

Οἳ περὶ Πηνειὸν καὶ Πήλιον εἰνοσίφυλλον
Ναίεσκον.

Ἀλλὰ μὴν περὶ τὸν Πηνειὸν, καὶ τὸ Πήλιον οἰκοῦσι καὶ οἱ τὴν Γυρτῶνα ἔχοντες, οὓς ἤδη κατέλεξε, καὶ τὸ Ὀρμένιον καὶ ἄλλοι πλείους. καὶ ἔτι ἀπωτέρω τοῦ Πηλίου, ὅμως Μάγνητες ἦσαν ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν ὑπ' Εὐμήλῳ κατά γε τοὺς ὕστερον ἀνθρώπους. Ἐοίκασιν οὖν διὰ τὰς συνεχεῖς μεταστάσεις καὶ ἐξαλλάξεις τῶν πολιτειῶν καὶ ἐπιμίξεις, συγχεῖν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ ἔθνη. ὥστε τοῖς νῦν ἔσθ' ὅτε ἀπορίαν παρέχειν, καθάπερ τοῦτο πρῶτον μὲν ἐπὶ Κραννῶνος, καὶ Γυρτῶνος γεγένηται. Τοὺς μὲν γὰρ Γυρτωνίους Φλεγύας πρότερον ἐκάλουν, ἀπὸ Φλεγύου τοῦ Ἰξίονος ἀδελφοῦ. τοὺς δὲ Κραννωνίους, Ἐφύρους ὥστε διαπορεῖν ὅταν φῇ ὁ ποιητὴς,

Τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης Ἐφύρους μετὰ θωρήσσεσθον
Ἠὲ μετὰ Φλεγύας μεγαλήτορας·—

τίνας ποτὲ βούλεται λέγειν. Ἔπειτα τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν Περραιβῶν, καὶ τῶν Ἀθαμάνων συνέβη. Ὅμηρος μὲν γὰρ συνέζευξεν αὐτοὺς ὡς πλησίον οἰκοῦντας ἀλλήλων. καὶ δὴ καὶ λέγεται ὑπὸ τῶν ὕστερον ἐπὶ χρόνον συχνὸν ἡ οἴκησις τῶν Ἀθαμάνων ἐν τῷ Δωτίῳ γεγενῆσθαι πεδίῳ. τοῦτο δ' ἐστὶ πλησίον τῆς ἄρτι λεχθείσης Περραιβίας καὶ τῆς Ὄσσης, καὶ ἔτι τῆς Βοιβηΐδος λίμνης, ἐν μέσῃ μέν πως τῇ Θετταλίᾳ, λόφοις δὲ ἰδίοις περικλειόμενον. περὶ οὗ Ἡσίοδος οὕτως εἴρηκεν.

Ἢ οἵη διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνοὺς

Mopsium, Atracem: & quæ sunt circa Nesonidem paludem atque Bœbeidem. quorum poëta paucis meminit, quòd uel non culta fuerunt, uel ob diluuia malè culta, quæ frequenter aliis temporibus alia sunt subsecuta. etenim Nesonidis quoque paludis mentionem Homerus nullam facit, Bœbeidis tantùm. quòd hęc sola uidelicet permaneret, illa citra ordinem aliâs impleretur, aliâs euacuaretur. Scotussę facta est mentio etiam cùm de Dodona loqueremur. oraculum Thessaliæ ibi locorum fuit. Ad Scotussam locus est Cynos Kephalæ, quod capita cauum significat: ubi Romani Aetolis adiuuantibus duce T. Quinctio Flaminio Philippum Demetrij F. Macedoniæ regem magno prœlio uicerunt. Magnetidis quoque & magnetum, quanquam multis eorum locis enumeratis, Homerus nominatim nō meminit: tantùm obscurè significat.

Peneum propter, frondosum & Pelion ortos. Iliad.β. 757.

Atqui circa Peneum & Peleum habitabant etiam Gyrtonij, quos iam recensuerat, Ormenijque, & alij plures. atque etiam longiùs à Pelo Magnetes erant, incipientes ab Eumeli subditis: ut quidem posteriores censuerunt. Sed uidetur ob continentes migrationes, mutationes, permixtionesque communitatum, etiam nomina gentesque confusas esse. unde factum, ut nostris hominibus nonnunquam offeratur perplexitas. ueluti primùm de Crannonijs & Gyrtonijs. Quippe Gyrtonijs antiquitus Phlegyæ sunt nominati, à Phlegya Ixionis fratre: Crannonij autem Ephyri. Itaque ubi poëta dicit,

E' Thraca fortes Ephyros quando incessebant, Iliad.ν.301.
Aut animi nimios Phlegyas:—

quæritur quosnam dicat. Idem accidit de Perrhæbis & Athamanibus. Nam Homerus hos tanquam in uicinia habitantes coniunxit. & quidem posteri affirmant longo tempore Athamanes in Dotio campo habitasse: qui propinquus est Perrhæbiæ & Ossæ ac Bœbeidi paludi in medio ferè Thessalia, proprijs inclusus collibus. De quo sic Hesiodus cecinit.

Aut qualis sacros geminos colit inclyta colles

Dotium apud campumq́, feracẽ Amyrumque Lycæi
Virgo intacta, pedes Bœbeide quæ lauit unda.

Enimuerò Athamanes plerique à Lapithis in Oetam sunt eiecti: ibiq́ue obtinuerunt, cùm & Doriensibus & Maliensibus quædam eripuissent loca, usque ad Heracleam & Echinum. quidã apud Cyphum manserunt, montem Perrhæbicum cum pago eiusdem nominis. At Perrhæborum quidam coacti ad occiduas Olympi partes, finitimi Macedonibus ibi permanserunt. maior pars in montes ad Athamaniam Pindumq́ue elapsa est. nunc aut nihil de ijs, aut exiguum superest uestigium. Qui uero ab Homero in Thessalorum recensione ultimi nominantur Magnetes, ij sunt intelligendi, qui intra Tempe à Peneo & Ossa usque ad Pelium sunt, Pieriotis Macedonibus contermini, qui trans Peneum usque ad mare accolunt. atque ijs adscribendum est Homolium, siue Homolis: nam utroque modo enunciatur. Dictum est autem in Macedoniæ descriptione esse ipsum ad Ossam sub initium Penei ubi is per Tempe se euoluit. quod si usque ad oram maritimam sit progrediendum quæ Homolio est proxima, id consentaneum est: ut Rizuntem quoque attribuamus & Erymnas, in ora Philoctetæ & Eumelo subdita sitas. Id ergo dubium relinquamus. Sed & ordo reliquorum usq; ad Peneum locorum, obscurè est propositus. tamen non multum refert hoc, cum ipsa loca sint obscura. Verùm Sepias acta & in tragœdijs celebratur, & postea temporis fama eius increbruit, deleta ibi Persica classe. litus est Sepias acta saxosum. inter Sepiadem uerò & Casthanæam pagum sub Pelio situm litus est, ubi cum Xerxis classis stationem haberet: Subsolanus uehemẽter flans nauium alias in aridam subitò eiecit atq; confregit: aliæ ad Hypnuntem, asperum locum ponè Pelium, aliæ ad Casthanæam delatæ perierunt. Tota circa Peneum nauigatio aspera est, circiter XXC stadiorum. talisq́ue & tanta etiam Ossæ. Interiacet sinus CC stadiorum atque ampliùs. in eo sita est Meliboea. Tota uerò nauigatio à Demetriade ad Peneum, si quis sinus intret, CIↃ est stadijs prolixior. ab Euripo autem CIↃ CIↃ IↃCCC, Hieronymus campestris Thessaliæ & Magnesiæ circulum tria

Δωτίῳ ἐν πεδίῳ πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο
Νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα παρθένος ἀδμής.


Οἱ μὲν οὖν Ἀθαμᾶνες οἱ πλέιους εἰς τὴν Οἴτην ἐξελάθησαν ὑπὸ Λαπιθῶν. κἀνταῦθα δ' ἐδυνάστευσαν ἀφελόμενοι τῶν τε Δωριέων τινὰ μέρη, καὶ τῶν Μαλιέων, μέχρι Ἡρακλείας καὶ Ἐχίνου. τινὲς δ' αὐτῶν ἔμειναν περὶ Κύφον, Περραιβικὸν ὄρος, ὁμώνυμον κατοικίαν ἔχον. Οἱ δὲ Περραιβοὶ τινὲς μὲν συσταλέντες περὶ τὰ ἑσπέρια τοῦ Ὀλύμπου μέρη, κατέμενον αὐτόθι, πρόσχωροι ὄντες Μακεδόσι. τὸ δὲ πολὺ μέρος, εἰς τὰ περὶ Ἀθαμανίαν ὄρη, καὶ τὴν Πίνδον ἐξέπεσε. νυνὶ δὲ μικρὸν, ἢ οὐδὲν αὐτῶν ἴχνος σώζεται. Τοὺς δ' οὖν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεχθέντας Μάγνητας ὑστάτους ἐν τῷ Θετταλικῷ καταλόγῳ, νομιστέον τοὺς ἐντὸς τῶν Τεμπῶν ἀπὸ τοῦ Πηνειοῦ, καὶ τῆς Ὄσσης ἕως Πηλίου, Μακεδόνων τοῖς Πιεριώταις ὁμόρους, τοῖς ἔχουσι τὴν τοῦ Πηνειοῦ περαίαν μέχρι θαλάττης. Τὸ μὲν οὖν Ὁμόλιον, ἢ τὴν Ὁμόλην, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως, ἀποδοτέον αὐτοῖς. εἴρηται δ' ἐν τοῖς Μακεδονικοῖς, ὅτι ἐστὶ πρὸς τῇ Ὄσσῃ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ Πηνειοῦ διὰ τῶν Τεμπῶν διεκβολῆς. εἰ δὲ καὶ μέχρι τῆς παραλίας προϊτέον τῆς ἐγγυτάτω τοῦ Ὁμολίου, λόγον ἔχει, ὥστε τὸν Ῥιζοῦντα προσνέμειν, καὶ Ἐρυμνὰς ἐν τῇ ὑπὸ Φιλοκτήτῃ παραλίᾳ κειμένας, καὶ ὑπὸ Εὐμήλῳ. Τοῦτο μὲν οὖν ἐν ἀσαφεῖ κείσθω. Καὶ ἡ τάξις δὲ τῶν ἐφεξῆς τόπων μέχρι Πηνειοῦ, οὐ διαφανῶς λέγεται. ἀδόξων δ' ὄντων τῶν τόπων, οὐδ' ἡμῖν περὶ πολλοῦ θετέον. Ἡ μέντοι Σηπιὰς ἀκτὴ καὶ τετραγῴδηται, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξύμνηται διὰ τὸν ἐνταῦθα ἀφανισμὸν τοῦ Περσικοῦ στόλου. ἔστι δ' αὕτη μὲν ἀκτὴ πετρώδης. μεταξὺ δὲ αὐτῆς καὶ Κασθαναίας κώμης ὑπὸ τῷ Πηλίῳ κειμένης αἰγιαλός ἐστιν, ἐν ᾧ ὁ Ξέρξου στόλος ναυλοχῶν, ἀπηλιώτου πολλοῦ πνεύσαντος, ὁ μὲν, εὐθὺς αὐτοῦ πρὸς τὸ ξηρὸν ἐξώκειλε, καὶ διελύθη παραχρῆμα. ὁ δ' εἰς Ὑπνοῦντα τόπον τραχὺν τοῦ Πήλιον παρενεχθεὶς, ὁ δ' εἰς Μελίβοιαν, ὁ δ' ἐς τὴν Κασθαναίαν διεφθάρη. Τραχὺς δ' ἐστὶν ὁ παράπλους πᾶς ὁ τοῦ Πηνειοῦ. ὅσων σταδίων ὀγδοήκοντα. τοσοῦτος δὲ καὶ ὁ τῆς Ὄσσης. Μεταξὺ δὲ κόλπος οὗτος καὶ ὁ τῆς Ὄσσης. Μεταξὺ δὲ κόλπος πλειόνων, ἢ διακοσίων σταδίων, ἐν ᾧ ἡ Μελίβοια. Ὁ δὲ πᾶς ἀπὸ Δημητριάδος ἐγκολπίζοντι ἐπὶ τὸν Πηνειὸν, μείζων τῶν χιλίων. ἀπὸ δ' Εὐρίπου δισχιλίων ὀκτακοσίων. Ἱερώνυμος δὲ τῆς πεδιάδος Θετταλίας, καὶ Μαγνήτιδος τὸν κύκλον, τρισχιλίων

χιλίων σταδίων ἀποφαίνεται. ᾠκεῖσθαι δ' ὑπὸ τῶν Πελασγῶν· ἐξελαθῆναι δὲ τούτους εἰς Αἰτωλίαν ὑπὸ Λαπιθῶν. εἶναι δὲ τὸ νῦν καλούμενον Πελασγικὸν πεδίον ἐν ᾧ Λάρισσα, καὶ Γυρτώνη, καὶ Φεραὶ, καὶ Μόψιον καὶ Βοιβηΐς, καὶ Ὄσσα, καὶ Ὁμόλη, καὶ Πήλιον, καὶ Μαγνῆτις. Μόψιον δ' ὠνομάσθαι οὐκ ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως τοῦ Τειρεσίου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Λαπίθου τοῦ συμπλεύσαντος τοῖς Ἀργοναύταις. ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψος ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. Καθ' ἕκαστα μὲν ταῦτα περὶ Θετταλίας. Καθόλου δ', ὅτι πρότερον ἐκαλεῖτο Πυρραία ἀπὸ Πύρρας τῆς Δευκαλίωνος γυναικός. Αἱμονία δὲ ἀπὸ Αἵμονος. Θετταλία δὲ ἀπὸ Θετταλοῦ τοῦ Αἵμονος. Ἔνιοι δὲ διελόντες δίχα, τὴν μὲν πρὸς νότον λαχεῖν φασὶ Δευκαλίωνι, καὶ καλέσαι Πανδώραν ἀπὸ τῆς μητρός. τὴν δ' ἑτέραν Αἵμονι, ἀφ' οὗ Αἱμονίαν λεχθῆναι. μετωνομάσθαι δὲ τὴν μὲν Ἑλλάδα ἀπὸ Ἕλληνος τοῦ Δευκαλίωνος, τὴν δὲ Θετταλίαν ἀπὸ τοῦ υἱοῦ Αἵμονος. τοὺς δὲ ἀπὸ Ἐφύρας τῆς Θεσπρωτίδος ἀπογόνους Ἀντίφου, καὶ Φιλίππου τῶν ἐν Θετταλίᾳ τοῦ Ἡρακλέους ἐπελθόντων, ἀπὸ δὲ Θετταλοῦ τοῦ ἑαυτῶν προγόνου τὴν χώραν ὠνομάσαι. Καὶ Νεσωνὶς δὲ ὠνομάσθη ποτὲ ἀπὸ Νέσωνος τοῦ Θετταλοῦ, καθάπερ καὶ ἡ λίμνη.

stadiorum millia continere affirmat. habitatam primò à Pelasgis, quos Lapithæ in Aetoliam expulerint. qui nunc uocatur Pelasgicus campus, in eo esse Larissam, Gyrtonem, * Pheras, Mopsium, Bœbeidem lacum, Ossam, Homolen, Pelium, & Magnetidem. porrò Mopsium nomen habere non à Mopso Tiresiæ F. uate, sed à Mopso Lapitha, qui Argonautis socius expeditionis fuerit. alium esse Mopsum, à quo Attica Mopsopiæ appellationem acceperit. Hæc ergo singulatim de Thessalia dicta sunto. In uniuersum uerò, scias olim eam fuisse Pyrrhæam nuncupatam à Pyrrha Deucalionis uxore: Aemoniam ab Aemonæ: Thessaliam à Thessalo Aemonis F. Quidam in duas partes diuidunt. quarum altera uersus meridiem sita obtigerit sorte Deucalioni, & is eam à matre sua Pandoram denominauerit: altera Aemoni, unde dicta sit Aemonia. Antiphi porrò posteros ab Ephyra Thesprotica profectos & Philippi in Thessalia † Herculis posteritas redux, † à Thessalo sui generis autore regioni nomen Thessaliæ imposuit. Quinetiam Nesonis aliquando fuit uocata, à Nesone Thessali filio. à quo etiam Nesonis palus nomen habet.

FINIS.

# IN LIBRVM NONVM INTERPRETIS ANNOTATIONES.



PSIVS sub initium libri recitatur Eudoxi quædam mutilata descriptio: cuius sensus ex tabulis geographicis locorumq; intelligi potest descriptione: uerba nisi ex codice restitui non possunt. Sicut & Sophoclis de Atticæ diuisione uersus, quos malui qualesquales relinquere, quàm meas coniecturas obtrudenda temeritatis me obligare.

1 Etiam potui esset.] ὥστε καὶ πότιμον εἶν. legebatur ποταμὸν, fluuium, ualdè inepte, ut & paulo ante φιλόδημον pro φιλόζωμον. neque sum nescius Eridanum inter Atticæ amnes recenseri à Pausania. Sed huc illud, & ad refellendum Callimachũ nihil admodum facit. Brauronem etiam & Cephißiam restitui, ab amne Cephisso sumta coniectura.

2 Post Thoreas.] Θορέας. atqui horum nulla præceßit mentio forte ὠρέας. Paneum Pausanias ait stabulum fuisse in specu quodam, ibiq; caprarum lauacra & saxa earum similia. στενιεα Stephano est στήνια. De Brauronia Diana Pausanias disputat in Atticis, & accuratiùs Laconicis. Locus autem est mutilus. Sensus hîc uidetur esse. Non procul Braurone esse Halas Araphenides (.νιδες adhuc super est in textu.) ubi Tauricæ Dianæ fuerit simulacrum ab Oresta positum. Vide responsum Mineruæ sub finem Iphigeniæ Tauricæ apud Euripidem: dices me non male coniecisse. De Psaphide & τετρωρίσω dubitare (.puto.) licet, & Thurio. quod in Epitoma omissum est: forte pro Thorico positum.

3 Vt & Pentelicum.] Καὶ τοῖς Πεντελικῆς. sic ausus sum corrigere, cum mutilata uox ελίκης me moneret. neque est ut à me expectes Pentelici lapidis commendationem cuius etiã in Policola Plutarchi mentio est, ne de Pausania dicam Gephyra proprium esse putaui aliâs pontem significat.

4 Vsque ad isthmum.] Locus miserè mutilatus. Videtur autem indicasse Strabo lineam, quæ à Creusa seu Creuside (.Sic enim Stephanus.) porrecta per obliquum ab occasu ortum uersus & Oropum, Cithæronis montis etiam in eam alicubi incidente portione, Atticam (.cuius pars Megaris.) à Bœotia disiungat, quam lineam in Sophiani Græciæ accuratißima tabula, mirificè ad hos libros Strabonis utili, facilè obseruabis. Sed & mox post κατώρθωσαν deest aliquid sententiæ, quod suppleui in uersione.

5 Indicatum fuisset.] Verba hæc Κακουργήσασαν περὶ τῶν γυναικῶν δικαστῶν, nullum sensum gignunt: forte εἴτε κακουργήσουσι περὶ τῆς γυναικός οἱ δικασταί. Sed & reliqua non satis cohærent ubique.

6 Nonnulli Græam.] Τινὲς δὲ τὴν Ταναγραν τὴν αὐτὴν φασι. Eustathius hæc citans in principium Bœotiæ, sic legit. Τινὲς δὲ τὴν αὐτὴν φασι τῇ Ταναγρᾳ τὴν Γραῖαν. id sum secutus, & Ποιμανδρία habet pro Ποιμανδρις. Ex eodem ὅμορον pro ὅμοιον restitui, & pro Τανάγρᾳ ταναγρικῇ mox.

Ad dextram Hyria.] Sic legi, ἐν δεξιᾷ δὲ ἐστιν αὐ Υρία, καὶ ἡ Υρία δὲ &c. nam ex Eustathio liquet ἐν ἀριστερᾷ ad Tanagram pertinere. Hyria unico ρ, omnino scribenda. Mox, Eleon.] Legebatur ἐαολέων corrupte ego uocem ex Homero restitui initio Catalogi & pro ἐλαιῶν ἑλῶν reposui ex Eustathio.

7 Orobiæ.] Ὀρύβαι hîc mendosè. Ad initium decimi & hîc in epitomis rectè ὀρόβιαι. quod & reposui. Qui de Iso & Nisa sequitur locus, à me emendari non potuit. quid tamen sentirem, ex uersione intelliges. Vide Eustathium etiam: quem secutus hîc quædam sustuli menda.

8 Eilesion.] Εἰλέσιον. Sic restitui fidem Homeri secutus. Iliad. β. 499. Nam Heilensium nusquam reperi. de Larymnis locus non uidetur uitij expers. Infrà Phanoteos scripsi Stephanum & alios secutus.

9 Sed & huius.] Deest aliquid, ad alicuius fluuij pertinens descriptionem. Triphylia porrò tàm huc facit, quàm canis in balneum. Et totus locus est laceratus miserè.

10 Scarphe.] Legebatur Σκάφλαι. Sed Eustathius qui in principium Bœotiæ Homericæ hæc pœnè omnia adducit, Σκάρφη habet, itemq; epitome Stephani, ex utrisque etiam locum de Potnijs emendaui.

11 Pindarus etiam.] Lego enim Χωρίον φύσει Πίνδαρος καὶ. aliâs locus erit mancus. uox Cuarius ualdè mihi suspecta est, forte Curalius, Κουράλιος. Sed tamen infrà rursum legitur ita: etiam in Theßaliæ descriptione.

12 Teumesso.] Vt suprà, & Stephanus. Temissum enim nullum noui. infrà de Tarna in Homero non legitur τέκτονος, sed μόνος, quod magis quadrat ad ostendendum ubi fuerit Tarne. nolui tamen mutare in Græco.

13 Incolis.] Ex Eustathio Græca correxi. Mox in descriptione Phocidis ἡ γὰρ Δαφνοῦς ἦν ποτε τῆς Λοκρίδος uide ne Phocidis, φωκίδος, cum sequatur nunc esse Locrorum. Locus est, ut permulta huius libri, mancus.

14 Quod ortum.] Sic emendaui ex epitoma & sensu, & Κορύνιον scripsi cum eadem Stephano, alijs. Infrà ubi locus mutilatus est, ex ipsa re ἀκτὴς lego, pro ἀρκτίς. & post μέχρι τοῦ addo Σηπιάδος. Sed alia qua non cohærent.

15 Circa prius à Crissæis.] Lego enim ἡ μὲν πρότερον ὑπὸ Κριςαίων, αὐτὴ δὲ ἡ Κρίσα ὕστερον. Sunt & alia mutilata, sensu interim utcunq; liquente: quem conatus sum in uersione exprimere, pro χάραν, χώραν legi.

16 Apheroris limen.] Cùm correxissem sic è cõiectura, inueni deinde apud Eustathium in uerba Homeri citata sic legi. Reliqua sine libro emendare non licet.

Τῶν δὲ μὲν.] Fortasse τῶν δὲ βωμῶν, τὸν μὲν. de Delphicis pecunijs & opibus uide Diodorum Siculum lib. 16. & alios. Machæreum alibi Macarium legi, nisi memoria labor.

17 Καμισμοῖς καὶ τὸ.] Locus lacet, uidetur ἀκισμοῖς scriptum fuisse, & sensus hic esse: dactylum laudando Apollini, iambum insectando serpenti Pythoni inseruiuisse: nam ad maledicta & conuitia iambum esse aptissimum, unde ἰαμβίζειν sit proscindere maledictis, nota est Archilochi historia. Vide etiam Suidam in ἴαμβος.

18 Thucydides Megaram.] Hæc liquidò falsa intelliges, si 2. lib. Thucydidis intuearis. Ego monere possum, corrigere uel non possum, uel non audeo. De Ambryso & Amphryso diximus alibi. De Daulide & alijs, uide Eustathij in Bœotiam. maximè de Cyparisso. Ego in uersione sum secutus, quod uidebar mihi tueri posse. Quod infra in Elateæ descriptione Thessaliam pro mari (Θεσσαλίαν ἀντὶ θαλάσσης.) posui, nemo reprehendet, qui superiora legit, & situm Elateæ considerauit.

19 Hoc epigramma sic corrigendum duxi, unica cantum syllaba de meo adiecta. Locus de Eleis Opuntijs non cohæret.

20 Nam & hæc à densitate.] Inclusi hæc Parenthesi. Nam Eustathius quidem non ad Scarphen, sed ad Tarphen, quæ alia Homero est à Scarpha, disertè refert, & uox Τάρφος non huic sed illi concinit. tamen idem Pharygas ait postmodo dictas, quæ olim fuerit Scarphe. In Stephani epitoma Pharygæ cum Tarpha, eædem habentur, idq; bis in τάρφη, & in φαρύγαι: planè contra quàm Eustathius habet.

21 Inter Trachinem.] Μεταξὺ αὐτῆς pro αὐτοῦ scripsi, & ad Trachinem retuli. situs quidem congruit, & ὑπ' ἐκείνῳ de Achille accepi. hæ sunt coniecturæ de locis non integris, nam Θερμοπύλων quidem facilè fuit mutare, & rectè legitur apud Eustathium. Infrà μελίταιαν scripsi, quia supra μελιταιεῖς fuerunt nominati, & sic Stephanus habet. Hoc semel dictum uolo atque intellectum: quoties non cohærebat oratio, aut diuinare pigebat, me asteriscum uersioni adiunxisse.

22 Antronis asinus.] Pro ὄρος ὄνος legit etiam interpres. Antronij asini prouerbium explicant & Eustathius, & Suidas, & Diogeniduus: atque hic quidem de magnis feris, ignauisq; accipit, quod Antrone magni asini nascerentur. Alij de ijsdem, & ad uidendum aptis: quod molares lapides qui asini dicuntur, ibi commodè reperirentur. Notus est sacrarum litterarum ὄνος μυλικὸς Matth. 18. & alibi. Fieri potest, ut Strabo mentionem prouerbij fecerit, aliterq; id explicauerit. Sed nescio quid hæc ad ἔρημα ὕφαλον: aut quid hoc ipsum sibi uelit. Διονυσίαν in δύο νησίδας mutare libuit, cùm id etiam interpres fecisset. In sequentibus etiam uerba non cohærent. Totus hic liber miserrimè est adfectus.

23 Hodie Orminium.] Sic interpres etiam legit. Ego ex Eustathio restitui quod Græco defuit. Infrà legitur galea Μέγηλος, cùm sit Merionæ. Lapsus memoriæ, aut librarij, uersus ex Homero impleui. Inferiùs è consensu Strabonis & Stephani codicum Ἄργυρα pro Ἄργυσα reposui.

FINIS.

# STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER DECIMVS.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

## ARGVMENTVM.

*Decimus liber Aetoliam continet & circumiacentes insulas, Cretam etiam omnem, in qua diutius immoratur, Ius ciuile illius edisserés, & Curetum, & Idæorum insuper Dactylorum in eadem genesin & honorificentiam & Orgya prosequens. Priuatam etiam prosapiam suam Strabo ex Creta repetit praeterea positas circum Cretam insulas multas numero in libro existentes, inter quas & Sporades sunt & de Cycladibus nonnullæ.*

## ὙΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ δέκατον, περιέχει τὰ περὶ Αἰτωλίαν καὶ τὰς παρακειμένας νήσους. ἔτι δὲ Κρήτην πᾶσαν, ἣν καὶ μάλιστα ἐγχρονίζει, νόμιμά τε αὐτῆς διηγούμενος, καὶ τῶν Κουρήτων πρός γε καὶ Ἰδαίων δακτύλων τὴν ἐν αὐτῇ γένεσιν, καὶ τιμὴν, καὶ ὄργια ἐπεξιών. καὶ τὸ ἴδιον γένος Στράβων ἀπὸ Κρήτης λέγει. ἔτι δὲ καὶ τὰς περὶ Κρήτην νήσους, περὶ τὸ βιβλίον πολλὰς οὔσας. ἐν αἷς εἰσὶ, καὶ αἱ Σποράδες, καὶ τῶν Κυκλάδων ἔνιαι.

IAm cùm Eubœa iuxta totam hanc orã maritimam porrigatur quæ à Sunio est usque ad Thessaliam, exceptis utrinque extremitatibus: commodè eius insulæ descriptio superioribus annectetur, deinde ad Aetoliam Acarnaniamquè pertinentia exponemus, quæ solæ partes Europæ supersunt enarrandæ.

Eubœæ descriptio. EVBOEA insula oblonga est, à Cenæo ad Geræstum porrecta ad stadia circiter CIↃ CC. Latitudo inæqualis est, ubi maxima, stadiorum ferè CL. Cenæum Thermopylis opponitur, & quæ extra eas non procul sita
1 sunt: Geræstus 1 & Petalia Sunio. Itaque insula hæc opponitur Atticæ, Bœotiæ, Locridi, Maliẽsibus, freto intercipiente. Ob angustiã porrò & q̃ diximus longitudinẽ, ab antiquitus

Ἐπεὶ δὲ ἡ Εὔβοια παρὰ πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτην παραβέβληται, τὴν ἀπὸ Σουνίου μέχρι Θετταλίας πλὴν τῶν ἄκρων ἑκατέρωθεν· οἰκεῖον ἂν εἴη συνάψαι τοῖς εἰρημένοις τὰ περὶ τὴν νῆσον, εἶθ' οὕτω μεταβῆναι πρός τε τὰ Αἰτωλικὰ, καὶ τὰ Ἀκαρνανικὰ, ἅπερ λοιπά ἐστι τῶν τῆς Εὐρώπης μερῶν.

Παραμήκης μὲν τοίνυν ἐστὶν ἡ νῆσος ἐπὶ χιλίους σχεδὸν καὶ διακοσίους σταδίους ἀπὸ Κηναίου πρὸς Γεραιστόν. τὸ δὲ πλάτος ἀνώμαλον, κατὰ τὸ πλέον ὅσον πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν σταδίων. Τὸ μὲν οὖν Κήναιον ἐστὶ κατὰ Θερμοπύλας, καὶ τὰ ἔξω Θερμοπυλῶν ἐπ' ὀλίγον. Γεραιστὸς δὲ καὶ Πεταλία πρὸς Σούνιον. γίνεται οὖν ἀντίπορθμος τῇ τε Ἀττικῇ καὶ Βοιωτίᾳ καὶ Λοκρίδι καὶ τοῖς Μαλιεῦσι. διὰ δὲ τὴν στενότητα καὶ τὸ λεχθὲν μῆκος ὑπὸ τῶν παλαιῶν

λαιὸν Μάκρις ὠνομάσθη. Συνάπτει δὲ τῇ ἠπείρῳ κατὰ Χαλκίδα μάλιστα, κυρτὴ προπίπτουσα πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Αὐλίδα τόπους τῆς Βοιωτίας, καὶ ποιοῦσα τὸν Εὔριπον, περὶ οὗ διὰ πλειόνων εἰρήκαμεν. σχεδὸν δέ τι, καὶ περὶ τῶν ἀντιπόρθμων ἀλλήλοις τόπων κατά γε τὴν ἤπειρον καὶ κατὰ τὴν νῆσον ἐφ᾽ ἑκάτερα τοῦ Εὐρίπου τά τε ἐντὸς καὶ τὰ ἐκτός. Εἰ δέ τι ἐλλέλειπται, νῦν προσδιασαφήσομεν. Καὶ πρῶτον, ὅτι τῆς Εὐβοίας τὰ κοῖλα λέγουσι τὰ μεταξὺ Αὐλίδος καὶ τὸν περὶ Γεραιστὸν τόπον. κολποῦται γὰρ ἡ παραλία, πλησιάζουσα δὲ τῇ Χαλκίδι, κυρτοῦται πάλιν πρὸς τὴν ἤπειρον. οὐ μόνον δὲ Μάκρις ἐκλήθη ἡ νῆσος, ἀλλὰ καὶ Ἀβαντίς. Εὔβοιαν γοῦν εἰπὼν ὁ ποιητής, τοὺς ἀπ᾽ αὐτῆς Εὐβοέας οὐδέποτε εἴρηκεν, ἀλλ᾽ Ἄβαντας ἀεί.

Οἳ δ᾽ Εὔβοιαν ἔχον μένεα πνείοντες Ἄβαντες.

Τῷ δ᾽ ἅμ᾽ Ἄβαντες ἕποντο.

Φησὶ δ᾽ Ἀριστοτέλης ἐξ Ἄβας τῆς Φωκικῆς Θρᾷκας ὁρμηθέντας ἐποικῆσαι τὴν νῆσον, καὶ ἐπονομάσαι Ἄβαντας τοὺς ἔχοντας αὐτήν. οἱ δ᾽ ἀπὸ ἥρωός φασι. καθάπερ καὶ Εὔβοιαν ἀπὸ ἡρωΐνης. τάχα δ᾽ ὥσπερ Βοὸς αὐλὴ λέγεταί τι ἄντρον ἐν τῇ πρὸς Αἰγαῖον τετραμμένῃ παραλίᾳ, ὅπου τὴν Ἰὼ τεκεῖν φασιν Ἔπαφον, καὶ ἡ νῆσος ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἔσχε τοῦτο τοὔνομα, καὶ Ὄχη δὲ ἐκαλεῖτο ἡ νῆσος. καὶ ἔστιν ὁμώνυμον αὐτῇ τὸ μέγιστον τῶν ἐνταῦθα ὀρῶν. Καὶ Ἐλλοπία δ᾽ ὠνομάσθη ἀπὸ Ἔλλοπος τοῦ Ἴωνος. οἱ δὲ Αἴκλου καὶ Κόθου ἀδελφόν φασιν, ὃς καὶ τὴν Ἐλλοπίαν κτίσαι λέγεται χωρίον ἐν τῇ Ὠρείᾳ καλουμένῃ τῆς Ἱστιαιώτιδος πρὸς τῷ Τελεθρίῳ ὄρει, καὶ τὴν Ἱστίαιαν προσκτίσασθαι καὶ τὴν Περιάδα καὶ Κήρινθον, καὶ Αἰδηψὸν καὶ Ὀροβίας, ἐν ᾧ μαντεῖον ἦν ἀψευδέστατον. ἦν δὲ μαντεῖον καὶ τοῦ Σελινουντίου Ἀπόλλωνος. μετῴκησαν δὲ τὴν Ἱστίαιαν οἱ Ἐλλοπεῖς, καὶ ηὔξησαν τὴν πόλιν Φιλιστείδου τοῦ τυράννου βιαζόμενοι μετὰ τὰ Λευκτρικά. Δημοσθένης δ᾽ ὑπὸ Φιλίππου κατασταθῆναι τύραννόν φησι καὶ τῶν Ὠρειτῶν τὸν Φιλιστείδην. οὕτω γὰρ ὠνομάσθησαν ὕστερον οἱ Ἱστιαιεῖς, καὶ ἡ πόλις ἀντὶ Ἱστιαίας Ὠρεός. ἔνιοι δ᾽ ὑπ᾽ Ἀθηναίων ἀποικισθῆναί φασι τὴν Ἱστίαιαν ἀπὸ τοῦ δήμου τῶν Ἱστιαίων, ὡς καὶ ἀπὸ τοῦ Ἐρετριέων τὴν Ἐρέτριαν. Θεόπομπος δέ φησι Περικλέους χειρουμένου τὴν Εὔβοιαν, τοὺς Ἱστιαιέας καθ᾽ ὁμολογίας εἰς Μακεδονίαν μεταστῆναι, δισχιλίους δ᾽ ἐξ Ἀθηναίων ἐλθόντας τὸν Ὠρεὸν οἰκῆσαι, δῆμον ὄντα πρότερον τῶν Ἱστιαίων. Κεῖται δ᾽ ὑπὸ τῷ

tiquitus fuit Macris nominata. Ad continentem proximè accedit apud Chalcidem, ubi incuruata ad Bœotiæ loca Aulidi propinqua uergit, Euripumq́ efficit. de quo copiosiùs diximus, nec non de locis continentis atque insulæ ab utraque parte Euripi interuentu diremtis externis atque internis. si quid prætermissum fuit, id iam nunc explicabitur. Principiò caua Eubœæ uocantur, quidquid loci est inter Aulidem & Geræstum. nam in sinum ibi ora maritima flectitur: ad Chalcidem autem appropinquās, rursum ad continētem incuruatur. Non modò autem Macridis nomen gessit Eubœa, sed Abantidis etiam. Equidem Homerus cùm Eubœam nominet, eius incolas nusquam uocat Eubœ̄nses, sed semper Abantes.

Eubœæ ciues, spirantes robur Abantes. & Iliad. 6. 536.

– – cohors illi come ibat Abantum. ibid 542.

Aristoteles ait Thraces Abis Phocidis urbe profectos insulam hanc occupasse, & incolis Abantum nomen imposuisse. Alij id ab heroë quodam ductum dicunt, ut & Eubœæ ab heroina. Fortassis autem sicut antrum quoddam in ora mari Aegæo obuersa Bouis aula dicitur, ubi Io Epaphum enixa dicitur: ita hinc insula quoque Eubœa fuit nuncupata. Quin & Oche appellata fuit: quod nomen etiam maximus Euboicorum montium gerit. & z Ellopia, ab Ellope Iouis F. Hunc Ellopem sunt qui Aecli & Cothi fratrem faciant, ab eoq́ue conditam dicant Ellopiam, qui est locus in Oria Histiæensis regionis ad montem Telethrium. præterea quoque eum condidisse Histiæam, Periadē, Cerinthum, Aedepsum, & Orobias, ubi fuit ueracissimum Apollinis Selinuntij oraculum. Cæterùm Ellopenses Histiæam commigrauerunt, urbemq́ eam auxerunt, coacti à Philistida tyrāno post Leuctricam pugnam. Demosthenes Philistidam etiam Oreitis tyrannum impositum à Philippo ait. nam Histiæenses postmodo Oreitæ, urbsq́ ipsa pro Histiæa Oreus dicta fuit. Alij ab Atheniensibus & Histiæa curia coloniā hinc deductam tradunt, ut Eretriam ab Eretriensi. Theopompus scribit Eubœa à Pericle subacta, Histiæenses ex pacto in Macedoniam commigrasse, duo autem Atheniensium millia Oreum in coloniam iuisse, qui anteà populus seu curia Histiæensis fuissent. Oreus. Sita est urbs Histiæa. sub

sub monte Telethrio in loco qui Drymus, id est nemus seu saltus, appellatur, iuxta Callantem fluuium in saxo sublimi. itaque fortassis Ellopienses accolæ cùm essent montani, hoc nomen Oreo fecerunt: cùm Oros mons sit. Videtur etiam Orion ibi enutritus, inde nomen tulisse. Quidam narrant Oritas, cùm peculiarem haberent urbem, ab Ellopiensibus bello pressos transisse ad Histiæenses, & cum iis habitasse. itaq'ue unam de duabus factam urbibus, utroque nomine promiscuè usam: sicut eadem urbs Sparta & Lacedæmon usurpatur. Dictum uerò est in Thessalia quoque Histiæotidem esse denominatam ab iis, quos hinc Perrhæbi auellerunt. Sed quoniam Ellopia nobis causam dedit descriptionem ab Histiæa & Oreo ordiendi, dicamus porrò quæ his locis sunt continua. Oreo Cenæum promontorium est uicinum, & ad illum situm Dium, atque Athenæ Diades, ab Atheniensibus conditum oppidum supra fretum Cenæo propinquum. à Dio Canas Aeolidis urbem deducta est colonia. Hæc ergo sunt iuxta Histiæam, & Cerinthus præterea oppidulum mari imminēs: ac ponè Budorus flumen, idem nomen gerens cum monte apud Salaminam Atticę uicino.

*Carystus.* Carystus sub monte Ocha sita est. in propinquo Styra, & Marmarium, ubi Carystiæ exscinduntur columnæ, & templum ibi Marmorei Apollinis: unde traiectus est ad Halas Araphenidas. Apud Carystum lapis nascitur, qui plectitur & texitur, atque ex eo mantilia conficiuntur. quę ubi Sordem contraxerunt, in flammam iniecta purgātur, perinde atque lotione linteorum maculæ eluuntur. Ferunt hæc loca culta à colonis è tetrapoli Marathonia eò profectis, & Styriensibus. Styra euersa sunt bello Maliaco, ab Atheniensium duce Phædro. locum Eretrienses obtinent. Carystus etiam in Laconica locus est in Aegy uersus Arcadiem: unde uinum Carystium Alcman dixit.

*Geræstus.* Geræstus in catalogo nauium non nominatur. meminit tamen alibi poëta:

*Odyss. γ. 177.* Sub noctem naues ita peruenere Gerēstum.

ostenditq'ue ex Asia in Atticam traiicientibus opportunè sitam esse, Sunio propinquam. templum habet Neptuni, eorum quæ ibi sunt nobilissimum, & memorabilem incolarum multitudinem.

*Eretria.* Post Geræstum Eretria est, Euboicarum urbium, demta

ὑπὸ τῷ Τελεθρίῳ ὄρει, ἐν τῷ Δρυμῷ καλουμένῳ παρὰ τὸν Καλλαντα ποταμὸν, ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς. ὥστε τάχα καὶ διὰ τοὺς Ἐλλοπιεῖς ὀρείους ὄντας τοὺς προσοικήσαντας, ἐτέθη τοὔνομα τῇ πόλει, δοκεῖ δὲ καὶ ὁ Ὠρίων ἐνταῦθα τραφεὶς οὕτως ὀνομασθῆναι. ἔνιοι δὲ τοὺς Ὠρείτας πόλιν ἔχοντας ἰδίαν, φασὶ πολεμουμένους ὑπὸ τῶν Ἐλλοπιέων, μεταβῆναι καὶ συνοικῆσαι τοῖς Ἱστιαιεῦσι. μίαν δὲ γενηθεῖσαν πόλιν, ἀμφοτέροις χρῆσθαι τοῖς ὀνόμασι, καθάπερ Λακεδαίμων τε καὶ Σπάρτη ἡ αὐτὴ, εἴρηται δ' ὅτι καὶ ἐν Θετταλίᾳ Ἱστιαιῶτις ἀπὸ τῶν ἀνασπασθέντων ἐνθένδε ὑπὸ Περραιβῶν ὠνόμασται. ἐπεὶ δ' ἡ Ἐλλοπία τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς Ἱστιαίας, καὶ τοῦ Ὠρεοῦ προηγάγετο ἡμᾶς ποιήσασθαι, τὰ συνεχῆ λέγομεν τοῖς τόποις τούτοις. Ἔστι δὲ τῷ Ὠρεῷ τούτῳ, τό τε Κήναιον πλησίον, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ Δῖον, καὶ Ἀθῆναι αἱ Διάδες, κτίσμα Ἀθηναίων, ὑπερκείμενον τοῦ ἐπὶ Κῦνον πορθμοῦ. ἐκ δὲ τοῦ Δίου, Κάναι τῆς Αἰολίδος ἐπῳκίσθησαν. ταῦτά τε δὴ τὰ χωρία περὶ τὴν Ἱστιαίαν ἐστὶ, καὶ ἔτι Κήρινθος πολίδιον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ. ἐγγὺς δὲ Βούδορος ποταμὸς ὁμώνυμος τῷ κατὰ τὴν Σαλαμῖνα ὄρει τῷ πρὸς τῇ Ἀττικῇ. Κάρυστος δ' ἐστὶν ὑπὸ τῷ ὄρει τῇ Ὄχῃ. πλησίον δὲ τὰ Στύρα, καὶ τὸ Μαρμάριον, ἐν ᾧ τὸ λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων, ἱερὸν ἔχον Ἀπόλλωνος Μαρμαρίνου, ὅθεν διάπλους εἰς Ἅλας τὰς Ἀραφηνίδας. ἐν δὲ τῇ Καρύστῳ, καὶ ἡ λίθος φύεται ἡ ξαινομένη, καὶ ὑφαινομένη, ὥστε τὰ ὑφάσματα χειρόμακτρα γίνεσθαι, ῥυπωθέντα δ' εἰς φλόγα βάλλεσθαι καὶ ἀποκαθαίρεσθαι τῇ πλύσει τὸν πίνον παραπλησίως. ᾠκῆσθαι δὲ τὰ χωρία ταῦτα φασὶν ὑπὸ τῶν ἐκ Τετραπόλεως τῆς περὶ Μαραθῶνα καὶ Στυριαίων. κατεστράφη δὲ τὰ Στύρα ἐν τῷ Μαλιακῷ ὑπὸ Φαίδρου τοῦ Ἀθηναίων στρατηγοῦ. τὴν δὲ χώραν ἔχουσιν Ἐρετριεῖς. Κάρυστος δ' ἐστὶ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τόπος τῆς Αἴγυος πρὸς Ἀρκαδίαν, ἀφ' οὗ Καρύστιον οἶνον Ἀλκμὰν εἴρηκε. Γέραιστος δ' ἐν μὲν τῷ καταλόγῳ τῶν νεῶν οὐκ εἴρηται. μέμνηται δ' ὁ ποιητὴς ὅμως αὐτοῦ.

Ἐς δὲ Γέραιστον ἐννύχιαι κατάγοντο.

Καὶ δηλοῖ διότι τοῖς διαίρουσιν ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἐπικαιρίως κεῖται τῷ Σουνίῳ πλησιάζον τὸ χωρίον. ἔχει δ' ἱερὸν Ποσειδῶνος ἐπισημότατον τῶν ταύτῃ, καὶ κατοικίαν ἀξιόλογον. Μετὰ δὲ τὴν Γέραιστον Ἐρέτρια πόλις μεγίστη τῆς Εὐβοίας μετὰ

hæc enim Phrygijs sacris conueniunt. Neque uerò absurdum est, quemadmodum ipsi Phryges Thracum sunt colonij, ita eos sacra sua quoque inde transtulisse. Bacchum etiam cum Edono Lycurgo coniungentes, sacrorum inter se similitudinem innuunt. A' cantilena autem, numeris, instrumentisq; etiam musica omnis Thracia & Asiatica censetur. Atque hoc de locis intelligi potest, ubi Musæ cultæ fuerunt.

Nam

Nam Pieria, Olympus, Pimpla, Libethrum antiquitus Thracica fuere loca & montes: nunc Macedones obtinent. & Heliconem Musis consecrauerunt Thraces Bœotiæ inquilini, ut & antrum Libethridum Nympharum. Iam qui antiquam procurauerunt musicam, Thraces perhibentur, Orpheus, Musæus, Thamyris: & Eumolpo nomen inde factum fuit. Et cum Baccho totam Asiam ad Indiam usque consecrauerint, magnam quoque musicæ partem inde transferunt. atque alius dicit Citharam pulsans Asiatida: alius Berecynthiam uocat fistulam aut Phrygiam. Instrumentis quoque plerisque nomina sunt barbara, nablũ, sambuca, quæ & barbitos, magades, alia. Athenienses quemadmodum aliàs morem suum peregrina adsciscendi, ita etiam quod ad deos attinet tenuerunt. multa enim sacra peregrina receperũt, quo nomine etiã in comœdijs exagitati sunt:

1. repub fine. interque hęc Thracia & Phrygia. Bendidiorum enim mentio est apud Platonem, Phrygiorum apud Demosthenem: ubi Aeschinis matrem uituperat, atque ipsum qui matri sacrificanti adfuerit, unaque thiasos duxerit, & acclamauerit Euœ, Sabœ, Hyes, Attes, Attes Hyes. hæc enim Sabazij & magnæ Matris sacrorum sunt. Porrò autem cùm hæc de genijs istis & nominum eorum uarietate reperiat aliquis: tũ non administros modò eos deorum, sed ipsos quoque deos appellari. Hesiodus enim 14 Hecatæi & Phoronei filiæ quinque ait fuisse filias

pro corona.

14

Vnde deæ nymphæ prognatæ Oreades exstant,
Vanorumque genus Satyrorum & inania tractans,
Curetesque dij lusores, saltatores.

Is qui Phoronidem scripsit, tibicines Phrygios facit Curetas. alij terrigenas, & æreis scutis armatos. Ille autem non Curetas facit Phryges, sed Corybantes: illos autem Curetes. arma uerò ænea sumsisse primùm in Eubœa, indeque Chalcidenses ab ære (. quod est chalcos.) dictos. Alij a Titanibus Rheæ datos famulos armatos Corybantes, è Bactriana (. alij è Colchis aiunt.) profectos. In Cretensi historia Curetes Iouis alumni dicuntur & custodes in Cretam è Phrygia exciti à Rhea. Alij cum nouem in Rhodo essent Telchines, eos Rheæ in Cretam fuisse comites aiunt, ibique Iouem enutriuisse, & Curetas di-

Πιερία γὰρ καὶ Ὄλυμπος, καὶ Πίμπλα, καὶ Λείβηθρον τὸ παλαιὸν ἦν Θρᾴκια χωρία καὶ ὄρη· νῦν δὲ ἔχουσι Μακεδόνες. τόν τε Ἑλικῶνα καθιέρωσαν ταῖς Μούσαις Θρᾷκες οἱ τὴν Βοιωτίαν ἐποικήσαντες, οἵπερ καὶ τὸ τῶν Λειβηθριάδων Νυμφῶν ἄντρον καθιέρωσαν. οἵ τ' ἐπιμεληθέντες τῆς ἀρχαίας μουσικῆς, Θρᾷκες λέγονται, Ὀρφεύς τε, καὶ Μουσαῖος, καὶ Θάμυρις, καὶ τῷ Εὐμόλπῳ δὲ τοὔνομα ἐνθένδε. καὶ τῷ Διονύσῳ τὴν Ἀσίαν ὅλην καθιερώσαντες μέχρι τῆς Ἰνδικῆς, ἐκεῖθεν καὶ τὴν πολλὴν μουσικὴν μεταφέρουσι. καὶ ὁ μέν τις φησί, κιθάραν Ἀσιᾶτιν ῥάσσων, ὁ δέ, τοὺς αὐλοὺς Βερεκυντίους καλεῖ, καὶ Φρυγίους. καὶ τῶν ὀργάνων ἔνια βαρβάρως ὠνόμασται, νάβλα, καὶ σαμβύκη, ἣ καὶ βάρβιτος, καὶ μαγάδις, καὶ ἄλλα πλείω. Ἀθηναῖοι δ' ὥσπερ περὶ τὰ ἄλλα φιλοξενοῦντες διατελοῦσιν, οὕτω καὶ περὶ τοὺς θεούς. πολλὰ γὰρ τῶν ξενικῶν ἱερῶν παρεδέξαντο, ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν. καὶ δὴ καὶ τὰ Θρᾴκια, καὶ τὰ Φρύγια, τῶν μὲν γὰρ Βενδιδείων Πλάτων μέμνηται, τῶν δὲ Φρυγίων Δημοσθένης, διαβάλλων τὴν Αἰσχίνου μητέρα καὶ αὐτόν, ὡς τελούσῃ τῇ μητρὶ συνόντα, καὶ συνθιασεύοντα, καὶ ἐπιφθεγγόμενον εὐοῖ, σαβοῖ, ὕης, ἄττης, καὶ ἄττης ὕης. ταῦτα γάρ ἐστι Σαβάζια, καὶ Μητρῷα. Ἔτι δ' ἄν τις καὶ ταῦτα εὕροι περὶ τῶν δαιμόνων τούτων, καὶ τῆς τῶν ὀνομάτων ποικιλίας, καὶ ὅτι οὐ πρόπολοι θεῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ θεοὶ προσηγορεύθησαν. Ἡσίοδος μὲν γὰρ Ἑκαταίου, καὶ τῆς Φορωνέως θυγατρὸς πέντε γενέσθαι θυγατέρας φησίν,

Ἐξ ὧν ὄρειαι νύμφαι θεαὶ ἐγένοντο.
Καὶ γένος οὐτιδανῶν, Σατύρων, καὶ ἀμηχανοεργῶν
Κουρῆτές τε θεοὶ φιλοπαίγμονες ὀρχηστῆρες·

Ὁ δὲ τὴν Φορωνίδα γράψας, αὐλητάς, καὶ Φρύγας τοὺς Κουρῆτας λέγει. ἄλλοι δὲ γηγενεῖς, καὶ χαλκάσπιδας. ὁ δ' οὐ τοὺς Κουρῆτας λέγει, ἀλλὰ τοὺς Κορύβαντας Φρύγας, ἐκείνους δὲ Κουρῆτας. περιθέσθαι δ' ὅπλα χαλκᾶ πρώτους ἐν Εὐβοίᾳ· διὸ καὶ Χαλκιδέας αὐτοὺς κληθῆναι. οἱ δ' ὑπὸ Τιτάνων Ῥέᾳ δοθῆναι προπόλους ἐνόπλους τοὺς Κορύβαντας ἐκ τῆς Βακτριανῆς ἀφιγμένους· οἱ δ' ἐκ Κόλχων φασίν. Ἐν δὲ τοῖς Κρητικοῖς λόγοις οἱ Κουρῆτες Διὸς τροφεῖς λέγονται, καὶ φύλακες, εἰς Κρήτην ἐκ Φρυγίας μεταπεμφθέντες ὑπὸ τῆς Ῥέας. οἱ δὲ Τελχίνων ἐν Ῥόδῳ ἐννέα ὄντων, Ῥέᾳ συνακολουθήσαντας εἰς Κρήτην, καὶ τὸν Δία κουροτροφήσαντας, Κουρῆτας ὀνομασθῆναι.

θῆναι. Κορύβαντα δὲ τούτων ἕτερον ἱεραπύδνης ὄντα κτίστην, παρὰ τοῖς Ῥοδίοις παραχεῖν πρόφασιν τοῖς Πρασίοις, ὥστε λέγειν ὡς εἶεν Κορύβαντες δαίμονές τινες Ἀθηνᾶς, καὶ Ἡλίου παῖδες. Ἔτι δὲ Κρόνου τινὲς τοὺς Κορύβαντας. οἱ δὲ τοῦ Διὸς καὶ Καλλιόπης φασί, τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις ὄντας. ἀπελθεῖν δὲ τούτους εἰς Σαμοθρᾴκην καλουμένην πρότερον Μελίτην. τὰς δὲ πράξεις αὐτῶν μυστικὰς εἶναι. Ταῦτα δ᾽ οὐκ ἀποδεξάμενος ὁ Σκήψιος, ὁ τοὺς μύθους συναγαγὼν τούτους, ὡς μηδενὸς ἐν Σαμοθρᾴκῃ μυστικοῦ λόγου περὶ Καβείρων λεγομένου· παρατίθησιν ὁμοίως καὶ Στησιμβρότου τοῦ Θασίου δόξαν, ὡς τὰ ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἱερὰ τοῖς Καβείροις ἐπετελεῖτο. καλεῖσθαι δέ φησιν αὐτοὺς ἐκείνους, ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ ἐν τῇ Βερεκυντίᾳ Καβείρου. Οἱ δ᾽ Ἑκάτης προπόλους νομίζουσι τοὺς Κουρῆτας τοὺς αὐτοὺς τοῖς Κορύβασιν ὄντας. Φησὶ δὲ πάλιν ὁ Σκήψιος ἐν τῇ Κρήτῃ τὰς τῆς Ῥέας τιμὰς μὴ νομίζεσθαι, μηδ᾽ ἐπιχωριάζειν, ὑπεναντιούμενος τῷ Εὐριπίδου λόγῳ· ἀλλ᾽ ἐν τῇ Φρυγίᾳ μόνον, καὶ τῇ Τρῳάδι. τοὺς δὲ λέγοντας μυθολογεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν. Πρὸς τοῦτο δέ, καὶ τὴν τῶν τόπων ὁμωνυμίαν συμπρᾶξαι τυχὸν ἴσως αὐτοῖς. Ἴδη γὰρ τὸ ὄρος τότε Τρωϊκόν, καὶ τὸ Κρητικόν, καὶ Δίκτη τόπος ἐν τῇ Σκηψίᾳ, καὶ ὄρος ἐν Κρήτῃ. Τῆς δὲ Ἴδης λόφος Πύτνα, ἀφ᾽ οὗ Ἱεράπυτνα ἡ πόλις. Ἱπποκόρωνά τε τῆς Ἀδραμυττηνῆς, καὶ Ἱπποκορώνιον ἐν Κρήτῃ. Σαμώνιόν τε τὸ ἑωθινὸν ἀκρωτήριον τῆς νήσου, καὶ πεδίον ἐν τῇ Νεανδρίδι, καὶ τῇ Ἀλεξανδρέων. Ἀκουσίλαος δ᾽ ὁ Ἀργεῖος ἐκ Καβείρης καὶ Ἡφαίστου Κάμιλον λέγει. τοῦ δέ, τρεῖς Καβείρους, ὧν νύμφας Καβειράδας. Φερεκύδης δ᾽ ἐξ Ἀπόλλωνος καὶ Ῥυτίας Κύρβαντας ἐννέα· οἰκῆσαι δ᾽ αὐτοὺς ἐν Σαμοθρᾴκῃ. ἐκ δὲ Καβείρης τῆς Πρωτέως, καὶ Ἡφαίστου, Καβείρους τρεῖς, καὶ νύμφας τρεῖς Καβειρίδας. ἑκατέροις δ᾽ ἱερὰ γενέσθαι. μάλιστα μὲν οὖν ἐν Λήμνῳ, καὶ Ἴμβρῳ τοὺς Καβείρους τιμᾶσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐν Τροίᾳ κατὰ πόλεις. τὰ δ᾽ ὀνόματα αὐτῶν ἐστι μυστικά. Ἡρόδοτος δὲ καὶ ἐν Μέμφει λέγει τῶν Καβείρων ἱερά, καθάπερ καὶ τοῦ Ἡφαίστου. διαφθεῖραι δ᾽ αὐτὰ Καμβύσην. ἔστι δ᾽ ἀοίκητα τὰ χωρία τῆς τῶν δαιμόνων τούτων τιμῆς, τότε Κορυβάντιον τὸ ἐν τῇ Ἁμαξιτίᾳ τῆς νῦν Ἀλεξανδρέων χώρας ἐγγὺς τοῦ Σμινθίου, καὶ ὁ Κορύβισσα ἐν τῇ Σκηψίᾳ περὶ ποταμὸν Εὐρύεντα, καὶ κώμην ὁμώνυμον, ἔτι δὲ χείμαρρον Αἰθαλόεντα. πιθανὸν δέ φησιν ὁ Σκήψιος Κουρῆτας καὶ Κορύβαντας εἶναι τοὺς αὐτούς, οἱ περὶ τὰς τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἁγιστείας πρὸς ἐνόπλιον ὄρχησιν ἤθεοι

ctos. eorum socium Corybantē Pydnæ conditorem apud Rhodios Prasijs occasionem dedisse dicendi, Corybantes esse genios Mineruæ & Solis filios. alij Saturni prolem eos faciunt. Sunt qui Ioue & Calliopa natos autument, eosdem cum Cabiris: eosque uenisse in Samothracen, quæ ante Melita dicebatur. eorum actiones esse mysticas. Hæc non probans Scepsius qui fabulas istas conscripsit, quia in Samothrace nulla de Cabiris mystica feratur: tamen Stesimbroti Thasij refert opinionem, quæ sacrificia Samothracica Cabiris adscribit. nomenque eorum deducit à monte Berecyntiæ Cabiro. Alij censent Hecates administros fuisse Curetas, eosdem cum Corybantibus. Rursus autem Scepsius ait in Creta honores Rheæ non esse in usu, neque receptos ibi ritus eius: sed in Phrygia tantum ac Troade: qui aliter affirment, eos fabulam potius quam historiam tradere. Ad quam rem eos fortasis nomina locorum ambigua induxerunt. Ida enim mons est & Troiæ & Cretæ: itemq; Dicte in Scepsia locus, & mons in Creta. & Pytna Idæ collis, unde urbs Hierpytna. & in Hippocorona Adramyttenæ, inque Creta Hippocoronium. tum Samonium Cretæ orientale promontorium, & planicies in Neandride & Alexandreorum solo. Acusilaus Argiuus Cabira & Vulcano natū ait Camilum: hoc tres Caberos, ex his nymphas Caberadas. Pherecydes ex Apolline & Rytia nouem Corybātes, qui habitauerint in Samothrace. e Cabdra Protei filia & Vulcano Cabiros tres, & nymphas Caberidas. utrisque sua sacra fuisse. maxime autem in Lemno & Imbro Cabdros cultos, sed & secundum urbes Troiæ. nomina eorum sunt mystica. Herodotus autor est etiam apud Memphin templa fuisse ut Vulcani ita etiam Cabirorum, sed esse à Cambyse deleta. Loca honoribus istorum geniorum consecrata deserta sunt, Corybantium in Hamaxitia quæ nunc Alexandreorum ad territorium pertinet, prope Sminthium: & Corybissa in Scepsia ad fluuium Euryentem, uicumque eiusdem nominis, & torrentem Aethaloenta. Scepsius perhibet uerisimile esse Curetas & Corybantas fuisse eosdem, qui ad cultum Matris deûm adsciti adolescen- *Thalea.*

Cc ἢ κόροι

dolescentes & pueri in armis saltarent. dictosq; Corybantas, quia Koryptontes bænaen, quia cum saltatione incederent. quos etiam betarmones Homerus appellat:

Odyss.θ.250. Huc age Phæacum betarmones excellentes.

Quando autem Corybantes saltare & instinctu diuino concitari solebant: etiam hos Corybantes uocamus, qui furiosè mouentur.

Dactyli Idæi. Dactylos autem Idæos sunt qui dicant uocatos primos cultores radicum Idæ montis. nam imas montium partes uocari pedes, ut summas uertices. singulæ autem montium Idęorum extremitates magnę Matri fuerunt consecrati. Sophocles censet, quinque primos mares fuisse, qui primi ferrum inuenerint atque cuderint, multaque alia ad uitam utilia repererint. quinque etiam his fuisse sorores. à numero autem Dactylos, id est digitos, nomen accepisse. Alij aliter fabulantur, incertis incerta annectentes, diuersos & numeros & nomina ponentes, Salaminum, Damnaneum, Herculem, & Acmonem inter eos referentes. alij indigenas Idæ, alij inquilinos faciunt. In hoc consentiũt, primùm ab ijs sub Ida ferrum fabricatum. ab omnib. etiam impostores creditos esse, famulos magnæ Matris, & in Phrygia apud Idam habitasse. cùm quidem Phrygiæ nomine Troadem, quia Phryges uicini eam occupauerũt Troia euastata, intelligerẽt. Suspicantur etiam Idæorum Dactylorum posteros esse Curetas & Corybantes. primos c uiros in Creta natos, Dactylos Idæos cognominatos. ab his progenitos ix Curetas, quorum quiuis x filios genuerit, qui Idæi Dactyli sint appellati. Quanquam minimè delector fabulis, tamen ut copiosiùs de his dicerẽ me istud mouit, quia ad theologiam res istæ pertinent. Omnis autẽ de dijs disputatio antiquas perpendit opiniones ac fabulas: priscis sub inuoluero quas habebant de rebus naturalibus sententias proponentibus, semperque fabulam eis annectentibus. Sanè omnia ænigmata dissoluere & explicare penitus, non est in procliui: multitudine autem fabularum in medium collata, quarum aliæ consentiunt inter se, aliæ discrepant, facile est eas inter se comparare, uerumq; cõiiciendo elicere. Verbi gratia, quòd in montibus uagari cùm administri deorum, tũ ipsi dij perhibẽtur, ac in-

καὶ κόροι τυγχάνουσι παρειλημμένοι. Κορύβαντες δὲ ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν ὀρχηστικῶς, οὓς καὶ βητάρμονας λέγει ὁ ποιητής.

Δεῦτε δ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες ὅσσοι ἄριστοι.

Τῶν δὲ Κορυβάντων ὀρχηστικῶν καὶ ἐνθουσιαστικῶν ὄντων, καὶ τοὺς μανικῶς κινουμένους, κορύβαντας φαμέν. Δακτύλους δ' ἰδαίους φασί τινες κεκλῆσθαι τοὺς πρώτους οἰκήτορας τῆς περὶ τὴν ἴδην ὑπωρείας. πόδας μὲν γὰρ λέγεσθαι τὰς ὑπωρείας, κορυφὰς δὲ, τὰς ἄκρα τῶν ὀρῶν. αἱ οὖν περὶ μέρος ἐσχατιαὶ καὶ πᾶσαι τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱεραὶ περὶ τὴν ἴδην. Σοφοκλῆς δ' οἴεται, πέντε τοὺς πρώτους ἄρσενας γενέσθαι, οἳ σίδηρόν τε ἐξεῦρον καὶ εἰργάσαντο πρῶτοι, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων. πέντε δὲ καὶ ἀδελφὰς τούτων. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ δακτύλους κληθῆναι. ἄλλοι δ' ἄλλως μυθεύουσιν, ἀπόροις ἄπορα συνάπτοντες. διαφόροις δὲ, καὶ τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοῖς ἀριθμοῖς χρῶνται, ὧν Σαλαμῖνον ὀνομάζουσί τινα, καὶ Δαμναμενέα, καὶ Ἡρακλέα, καὶ Ἄκμονα. καὶ οἱ μὲν, ἐπιχωρίους τῆς ἴδης, οἱ δὲ, ἐποίκους. πάντες δὲ σίδηρον εἰργάσθαι ὑπὸ τούτων ἐν ἴδῃ πρῶτον φασί. πάντες δὲ καὶ γόητας ὑπειλήφασι, καὶ περὶ τὴν μητέρα τῶν θεῶν, καὶ ἐν Φρυγίᾳ ᾠκηκότας περὶ τὴν ἴδην. Φρυγίαν τὴν τρῳάδα καλοῦντες διὰ τὸ τοὺς Φρύγας ἐπικρατῆσαι πλησιοχώρους ὄντας, τῆς Τροίας ἐκπεπορθημένης. Ὑπονοοῦσι δὲ τῶν ἰδαίων δακτύλων ἐκγόνους εἶναι τούς τε Κουρῆτας καὶ τοὺς Κορύβαντας. τοὺς γοῦν πρώτους γεννηθέντας ἐν Κρήτῃ ἑκατὸν ἄνδρας ἰδαίους δακτύλους κληθῆναι. τούτων δ' ἀπογόνους φασὶ Κουρῆτας ἐννέα γενέσθαι. τούτων δ' ἕκαστον δέκα παῖδας τεκνῶσαι τοὺς ἰδαίους καλουμένους δακτύλους. Προήχθημεν δὲ διὰ πλειόνων εἰπεῖν περὶ τούτων καίπερ ἥκιστα φιλομυθοῦντες, ὅτι τοῦ θεολογικοῦ γένους ἐφάπτεται τὰ πράγματα ταῦτα. πᾶς δὲ ὁ περὶ τῶν θεῶν λόγος ἀρχαίας ἐξετάζει δόξας, καὶ μύθους, αἰνιττομένων τῶν παλαιῶν, ἃς εἶχον ἐννοίας φυσικῶς περὶ τῶν πραγμάτων, καὶ προστιθέντων ἀεὶ τοῖς λόγοις τὸν μῦθον. ἅπαντα μὲν οὖν τὰ αἰνίγματα λύειν ἐπ' ἀκριβὲς οὐ ῥάδιον· τοῦ δὲ πλήθους τῶν μυθευομένων ἐκτεθέντος εἰς τὸ μέσον, τῶν μὲν ὁμολογούντων ἀλλήλοις, τῶν δ' ἐναντιουμένων, εὐπορώτερον ἂν τις δύναιτο εἰκάζειν ἐξ αὐτῶν τἀληθές. οἷον τὰς ὀρειβασίας τῶν περὶ τὸ θεῖον σπουδαζόντων καὶ αὐτῶν τῶν θεῶν, καὶ τοὺς ἐνθουσιασ-

θουσιασμούς, εἰκότως μυθεύουσι κατὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, καθ' ἣν καὶ οὐρανίους νομίζειν τοὺς θεοὺς καὶ προνοητικούς, τῶν τε ἄλλων, καὶ τῶν προσημασιῶν. τῇ μὲν οὖν ὀρειβασίᾳ τὸ μεταλλευτικόν, καὶ τὸ θηρευτικόν, καὶ ζητητικὸν τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων ἐφάνη συγγενής. τῶν δ' ἐνθουσιασμῶν, καὶ θρησκείας, καὶ μαντικῆς τὸ ἀγυρτικόν, καὶ γοητείας ἐγγύς. τοιοῦτον δέ, καὶ τὸ φιλότεχνον μάλιστα τὸ περὶ Διονυσιακὰς τέχνας, καὶ τὰς Ὀρφικάς. ἀλλ' ἀπόχρη περὶ αὐτῶν.

Ἐπεὶ δὲ πρῶτον περὶ τῆς Πελοποννήσου, τῶν τε ἄλλων νήσων διήλθομεν, τῶν ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ καὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ, περὶ Κρήτης ἐφεξῆς ῥητέον. καὶ γὰρ αὐτῆς τῆς Πελοποννήσου ἐστί, καὶ εἴτις τῶν πρὸς ἕω νήσων τῶν περὶ Κρήτην. ἐν δὲ ταύταις αἵ τε Κυκλάδες εἰσί, καὶ αἱ Σποράδες· αἱ μὲν, ἄξιαι μνήμης, αἱ δ' ἀ-

stinctibus citari, probabiliter fabulantur eadem de causa, ob quam etiam cœlestes deos censemus ac prouidos cùm aliarum rerum, tum signorum cœlestium. Montanæ porrò uagationi uenatio & indagatio rerum ad uitam utilium uidebatur cognata. furoribus, cultui, & diuinationi præstigiæ sunt adfines. talis est etiam curiositas histrionum & Orphicarum artium. Sed de his satis.

Quoniam uerò primùm de Peloponneso diximus & insulis q̃ in Corinthiaco sunt sinu, aut ante eum: deinceps de Creta disseramus, Peloponneso uicina, aliisq; inde uersus orientem Solem insulis circa Cretam. in quibus Cyclades etiam sunt & Sporades, aliæ nobiliores, obscuriores aliæ. Nunc de *Cretæ descriptio.*




σημότεραι. νυνὶ δὲ περὶ τῆς Κρήτης λέγομεν. Εὔδοξος μὲν οὖν ἐν τῷ Αἰγαίῳ φησὶν αὐτὴν ἱδρῦσθαι. δεῖ δὲ μὴ οὕτως. ἀλλὰ κεῖσθαι μὲν μεταξὺ τῆς Κυρηναίας, καὶ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι Λακωνικῆς, ἐπὶ μῆκος ταύταις ταῖς χώραις παράλληλον ἀπὸ τῆς ἑσπερίας ἐπὶ τὴν ἕω. κλύζεσθαι δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγαίῳ πελάγει, καὶ τῷ Κρητικῷ, ἀπὸ δὲ νότου τῷ Λιβυκῷ τῷ συνάπτοντι πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος. τῶν δὲ ἄκρων τὸ μὲν ἑσπέριον ἐστὶ τὸ περὶ Φαλάρνα, πλάτος ἔχον διακοσίων σταδίων, καὶ εἰς δύο ἀκρωτήρια μεριζόμενον, ὧν τὸ μὲν νότιον καλεῖται Κριοῦ μέτωπον. τὸ δ' ἀρκτικὸν Κίμαρος. τὸ δ' ἑῷον τὸ Σαμώνιον ἐστίν, ὑπερπίπτον τοῦ Σουνίου οὐ πολὺ πρὸς ἕω. μέγεθος δὲ Σωσικράτης μέν, ὅν φησιν ἀκριβοῦν Ἀπολλόδωρος τὰ περὶ τὴν νῆσον, ἀφορίζει μήκει μὲν πλειόνων ἢ δισχιλίων σταδίων,

Creta dicamus. Eudoxus eam in Aegeo mari sitam ait: nõ rectè. Iacet inter Cyrenaicam & Græciam quæ à Sunio usque ad Laconicam est, in longum æquali interuallo iuxta has regiones ab occasu uersus ortum porrecta. Alluitur à septentrionibus mari Aegæo atque Cretico, à meridie Libyco, quod contiguum est Aegyptio. De extremitatibus occidua est circa Phalarna, lata CC stadia, scissaque in duo promontoria: de quibus meridionale Criũ metopon (id est arietis frons.) uocatur, septentrionale Cimarus. Orientalis autem est Samonium promõtorium, Sunium non procul excedens uersus ortum. Magnitudinem insulæ Sosicrates, quem res huius insulæ exquisitè tradidisse Apollodorus ait, in lõgitudinem definit stadiis CIↃ CIↃ

 καὶ τριακοσίων·

ccc & ampliùs: latitudine longitudini non respondente. ita ut fiat ambitus Cretæ non maior IↃↃ stadijs Artemidorus IV millia & c. Hieronymus longitudini CIↃ CIↃ tribuens, latitudinem inæqualem pronunciat es-
15 se, ut pluribus circulum faciat 15 quàm Artemidorus, tertia parte longitudinis. * Exinde isthmus est fere C stadiorum, in quo ad latus septẽtrionale est pagus maritimus, ad austrinum Phœnix Lampei. Latissima est in medio: Rursum deinde uersus meridiem coeunt litora * circiter LX stadia à Minoa per Lyctum ad Hierapytna & Libycum pelagus. urbs ea in sinu est. Deinde insula porrigitur in acutum promontorium Samonium, quod uersus Aegyptum uergit & insulas Rodo uicinas. Tota montosa est & syluestris, habetq; conualles fertiles. De montib. qui uersus occasum sunt, Leuci, id est albi, dicuntur, altitudine Ta geto non cedentes, in lõgum porrecti ad CCC stadia, faciuntque litoream crepidinem in angustias fere desinentem. In medio insulæ, qua latissima est, mons est Ida altissimus omnium qui in ea sunt, rotundus, ambitu stadiorũ LX. Sunt & alij montes Leucis æquales, alij uersus austrum, alij uersus ortum desinentes. A' Cyrenæa regione ad Kriú metopon duarũ dierum ac noctium nauigatio est. à Cimaro stadia IↃCC in medio Cythæra. A Samonio ad Aegyptum quatuor dierum, totidemque noctium: secundum alios trium. stadia IↃↃ, aut de aliorum sententia pauciora. Eratosthenes à Cyrenæa usque ad Criu metopon CIↃ CIↃ: hinc in Peloponnesum paucio-ra * ut ait poëta,

Odyss. τ. 175. Lingua alijs alia est confusè. sunt & Achæi,
Magnanimiq; Eteocretes ibi, suntque Cydones,
Dorieesq; trichaices, clariq; Pelasgi.

Staphylus partes orienti obuersus à Doriensibus, à Cydonibus occiduas ait habitatas, austrinam plagam ab Eteocretibus, quorum fuerit oppidulum Prasum, ubi est Dictæi Iouis templum. reliquos quia plus haberent uirium, campestria obtinuisse. Probabile autem est, Eteocretes & Cydones fuisse indigenas, reliquos aduenas. quos Andro scribit è Thessalia uenisse quæ olim Doris,
16 16 nunc Hestęotis dicitur. ex qua, ut ait, Do-

καὶ τριακοσίων. πλάτει δὲ οὐ κατὰ τὸ μέγεθος. ὥσθ᾽ ὁ κύκλος γίνοιτ᾽ ἂν οὐ πλέον ἢ πεντακισχίλιοι στάδιοι. Ἀρτεμίδωρος δὲ τετρακισχιλίους καὶ ἑκατόν φησιν. Ἱερώνυμος δὲ μῆκος δισχιλίους φήσας, τὸ δὲ πλάτος ἀνώμαλον, πλειόνων ἂν εἴη λέγων τὸν κύκλον, ἢ ὅσον Ἀρτεμίδωρος κατὰ τὸ τρίτον μέρος τοῦ μήκους. τὸ δ᾽ ἐντεῦθεν ἰσθμός ἐστιν ὡς ἑκατὸν σταδίων, ἔχων κατοικίαν πρὸς μὲν τῇ βορείῳ θαλάττῃ, Ἀμφαπαλίαν, πρὸς δὲ τῇ νοτίῳ, Φοίνικα τὸν Λαμπέων. πλατυτάτη δὲ κατὰ μέσον ἐστί. πάλιν δ᾽ ἐντεῦθεν εἰς τὸ νότιον τοῦ πρότερον συμπίπτουσιν ἰσθμὸν αἱ ἠϊόνες, περὶ ἑξήκοντα σταδίους τὸν ἀπὸ Μινώας τῆς Λυκτίων εἰς Ἱεράπυτναν, καὶ τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. ἐν κόλπῳ δ᾽ ἐστὶν ἡ πόλις. εἶτα πρόεισιν εἰς ὀξὺ ἀκρωτήριον τὸ Σαμώνιον ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον νεῦον, καὶ τὰς Ῥοδίων νήσους. Ἔστι δ᾽ ὀρεινή, καὶ δασεῖα ἡ νῆσος, ἔχει δ᾽ αὐλῶνας εὐκάρπους. Τῶν δ᾽ ὀρῶν τὰ μὲν πρὸς δύσιν, καλεῖται Λευκά, οὐ λειπόμενα τοῦ Ταϋγέτου κατὰ ὕψος, ἐπὶ τὸ μῆκος δ᾽ ἐκτεταμένα ὅσα τριακοσίων σταδίων, καὶ ποιοῦντα ῥάχιν, τελευτῶσάν πως ἐπὶ τὰ στενά. ἐν μέσῳ δ᾽ ἐστὶ κατὰ τὸ εὐρυχωρότατον τῆς νήσου τὸ Ἰδαῖον ὄρος ὑψηλότατον τῶν ἐκεῖ, περιφερὲς δ᾽ ἐν κύκλῳ σταδίων ἑξήκοντα. περιοικεῖται δ᾽ ὑπὸ τῶν ἀρίστων πόλεων. ἄλλα δ᾽ ἐστὶ πάρισα τοῖς Λευκοῖς τὰ μὲν ἐπὶ νότον, τὰ δ᾽ ἐπὶ τὴν ἕω λήγοντα. Ἔστι δὲ ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον δυοῖν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πλοῦς. ἀπὸ δὲ Κιμάρου εἰσὶ στάδιοι ἑπτακόσιοι· μεταξὺ δὲ Κύθηρα. ἀπὸ δὲ τοῦ Σαμωνίου πρὸς Αἴγυπτον τεττάρων ἡμερῶν, καὶ νυκτῶν πλοῦς. οἱ δέ, τριῶν φασι σταδίων δ᾽ εἶναι. τούτων τινὲς πεντακισχιλίους εἰρήκασιν, οἱ δὲ ἔτι ἐλάττονα. Ἐρατοσθένης δ᾽ ἀπὸ μὲν τῆς Κυρηναίας μέχρι Κριοῦ μετώπου δισχιλίους φησίν. ἐντεῦθεν δ᾽ εἰς Πελοπόννησον ἐλάττους. *

Ἄλλη δ᾽ ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη (φησὶν
ὁ ποιητὴς) ἐν μὲν Ἀχαιοί,
Ἐν δὲ Ἐτεόκρητες μεγαλήτορες, ἐν δὲ Κύ-
δωνες
Δωριέες τε τριχάϊκες, δῖοί τε Πελασγοί.

Τούτων φησὶ Στάφυλος τὸ μὲν πρὸς ἕω Δωριέας κατέχειν, τὸ δὲ δυσμικὸν Κύδωνας, τὸ δὲ νότιον Ἐτεόκρητας ὧν εἶναι πολίχνιον Πρᾶσον, ὅπου τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. τοὺς δ᾽ ἄλλους ἰσχύοντας πλέον οἰκῆσαι τὰ πεδία. τοὺς μὲν οὖν Ἐτεόκρητας, καὶ τοὺς Κύδωνας αὐτόχθονας ὑπάρξαι εἰκός, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐπήλυδας, οὓς ἐκ Θετταλίας ἐλθεῖν φησὶν Ἄνδρων τῆς Δωρίδος μὲν πρότερον, νῦν δὲ τῆς Ἑστιαιώτιδος λεγομένης. ἐξ ἧς ὡρμήθησαν, ὥς φησιν, οἱ περὶ τὸν Παρνασσὸν

νησὸν οἰκήσαντες Δωριεῖς, ἐκτίσαντο Ἐρινεόν τε καὶ Βοιόν καὶ Κυτίνιον, ἀφ' οὗ καὶ Τριχάϊκες ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγονται. οὐ πάνυ δὲ τὸν τοῦ Ἄνδρωνος λόγον ἀποδέχονται, τὴν μὲν τετράπολιν Δωρίδα, τρίπολιν ἀποφαίνοντος, τὴν δὲ μητρόπολιν τῶν Δωριέων ἄποικον τῶν Θετταλῶν. τριχάϊκας δὲ λέγονται, ἤτοι ἀπὸ τῆς τριλοφίας, ἢ ἀπὸ τοῦ τριχίνους ἔχειν τοὺς λόφους ἐφασαν. Πόλεις δ' εἰσὶν ἐν τῇ Κρήτῃ πλείους μὲν, μέγισται δὲ, καὶ ἐπιφανέσταται τρεῖς, Κνωσσός, Γόρτυνα, Κυδωνία. διαφερόντως δὲ τὴν Κνωσσὸν καὶ Ὅμηρος ὑμνεῖ, μεγάλην καλῶν, καὶ βασίλειον τοῦ Μίνω. καὶ οἱ ὕστερον. καὶ δὴ καὶ διετέλεσε μέχρι πολλοῦ φερομένη τὰ πρῶτα, εἶτα ἐταπεινώθη, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων ἀφῃρέθη. μετέστη δὲ τὸ ἀξίωμα εἴς τε Γόρτυναν, καὶ Λύκτον. ὕστερον δ' ἀνέλαβε πάλιν τὸ παλαιὸν σχῆμα τὸ τῆς μητροπόλεως. κεῖται δ' ἐν πεδίῳ κύκλον ἔχουσα ἡ Κνωσσὸς τὸν ἀρχαῖον τριάκοντα σταδίων μεταξὺ τῆς Λυκτίας καὶ τῆς Γορτυνίας σταδίους διακοσίους, τῆς δὲ Λύκτου, ἣν ὁ ποιητὴς Λύττον ὠνόμασεν, ἑκατὸν εἴκοσι. τῆς δὲ θαλάσσης Κνωσσὸς μὲν τῆς βορείου πέντε καὶ Γόρτυνα δὲ Λιβυκῆς ἐνενήκοντα. Λύκτος δὲ καὶ αὐτὴ τῆς Λιβυκῆς ὀγδοήκοντα. ἔχει δ' ἐπίνειον τὸ Ἡράκλειον ἡ Κνωσσός. Μίνω δέ φασιν ἐπινείῳ χρήσασθαι τῷ Ἀμνισῷ, ὅπου τὸ Εἰληθυίας ἱερόν. ἐκαλεῖτο δ' ἡ Κνωσσὸς Καίρατος πρότερον ὁμώνυμος τῷ παραρρέοντι ποταμῷ. ἱστόρηται δ' ὁ Μίνως νομοθέτης γενέσθαι σπουδαῖος, θαλαττοκρατῆσαί τε πρῶτος, τριχῇ δὲ διελὼν τὴν νῆσον, ἐν ἑκάστῳ μέρει κτίσαι πόλιν. τὴν μὲν Κνωσσὸν ἐν τῷ κατ' ἀντικρὺ τῆς Πελοποννήσου. καὶ αὐτὴ δ' ἐστὶ πρὸς βορρᾶν. Ὡς δ' εἴρηκεν Ἔφορος, ζηλωτὴς ὁ Μίνως ἀρχαίου τινὸς Ῥαδαμάνθυος δικαιοτάτου ἀνδρὸς ὁμωνύμου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, ὃς πρῶτος τὴν νῆσον ἐξημερῶσαι δοκεῖ νομίμοις καὶ συνοικισμοῖς πόλεων, καὶ πολιτείας, σκηψάμενος παρὰ Διὸς φέρειν ἕκαστα τῶν τιθεμένων δογμάτων εἰς μέσον. τοῦτον δὲ μιμούμενος καὶ ὁ Μίνως δι' ἐννέα ἐτῶν ὡς ἔοικεν ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τοῦ Διὸς ἄντρον, καὶ διατρίβων ἐνθάδε, ἀπῄει συντεταγμένα ἔχων παραγγέλματα τινὰ, ἃ ἔφασκεν εἶναι τοῦ Διὸς προστάγματα. ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ τὸν ποιητὴν οὕτως εἰρηκέναι.

—ἔνθα δὲ Μίνως
Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

Τοιαῦτα δ' εἰπόντος οἱ ἀρχαῖοι περὶ αὐτοῦ πάλιν ἄλλους εἰρήκασι λόγους ὑπεναντίους

rienses Parnasso uicini profecti sunt, & condiderunt Erineum, Bœum, ac Cytinium, unde etiam à poëta Trichaices, quasi tripartiti, dicuntur. Non admodum autem Andronis hic sermo probatur, Doridem quæ urbibus quatuor constat, tribus urbibus circumscribentis, & primariam Doriensium urbē Thessalorum facientis coloniam. Trichaicas autem intelligunt uel à triplice crista, uel quod è crinibus eas haberent ✳. Vrbes in Creta sunt complures: maximæ autem & nobilissimæ tres, Cnossus, Gortyna, Cydonia. Cnossum Homerus quoque insigniter prædicat, magnam uocans, & Minois regiam. sicut & posteriores. Diu sane primas tulit: post modò depressa est, multisq́ spoliata priuilegijs, dignitate in Gortynam & Lyctum trāslata. recuperauit tamen deinde ueterem metropolis speciem. Sita est Cnossus in planicie, ambitu antiquo stadiorum xxx, inter Lyctiā & Gortyniā, stadijs cc. à Lycto, q̄ poeta Lyttū uocauit, cxx. Cnossus à septentrionali mari abest stad. v & †, à Libyco xc. Lyctos † q̄q́ à Libyco mari xxc. Habet nauali Heracleū Cnossus. Minoëm aūt ferunt nauali usum Amniso, ubi fanum est Lucinæ. Cnossus olim Ceratus uocata fuit à flumine prærerlabente. Memoriæ proditum est Minoëm fuisse bonum legumlatorem, primumq́ in mari imperium obtinuisse, insulaque in tres partes diuisa, in quauis parte urbem condidisse. de quibus Cnossum e regione Peloponnesi, & uersus septentrionem. Ephorus ait Minoëm fuisse imitatorem cuiusdam prisci Rhadamanthyos iustissimi uiri, cognominis fratri ipsius, qui primus insulam uisus sit cicurasse legibus condendis & urbibus ac rebuspublicis: cùm fingeret se à Ioue adferre singula quæ promulgabat decreta. Illum ergo æmulatum Minoem, cùm per annos IX in antro Iouis esset commoratus, conscripta quædam præcepta attulisse, quorum autorem Iouem faceret. itaque & Homerum de eo sic scripsisse.

—ibi Minos
Regnauit, ter tres qui discipulus fuit annos
Supremi Iouis.—.

Hæc ille. Antiqui uerò de Minoë contrà dicunt, tyrannum fuisse & uiolentum, & tributo-

Odyss. τ. 178.

Minos.

Odyss. τ. 178.

butorum exactorem: tragicè decantãtes Minotaurum, ac Labyrinthum, & quæ Theseo atque Dædalo euenerunt. Difficile dictu est, utra sententiarum uera sit. Sed & de hoc non conuenientia inter se traduntur, indigena insulæ'ue, an uerò inquilinus fuerit. Homerus quidem posteriori opinioni uidetur adstipulari, cum inquit:

Iliad. v. 450 Primus Minoëm Cretæ genuit custodem.

De Creta in confesso hoc est, priscis eam temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoq; ad sui imitationem pertraxisse Græcorum præstantissimos, inq; primis Lacedæmonios. quod & Plato in Legibus docet, & Ephorus in descriptione rerump. Europæ. Postea temporis in deterius abijt admodum. post tyrannos enim qui maximè infestum nostrum mare habuerunt, Cretenses in latrocinia successerunt. Eos deinde Cilices oppresserunt. Romani autem uniuersos deleuerunt, bello captis cum Creta etiam Cilicum castellis piraticis. Cnossus nunc etiam habet coloniam Romanorum. Ac de Cnosso quidem hæc, urbe à nobis haud aliena, propter res humanas & earum mutationes atque euenta abolitis quæ nobis cum ea erant commercijs. Dorylaus enim uir ducendi exercitus gnarus, unus de amicis Mithridatis Euergetæ, iussus ob rei bellicę peritiam peregrinos cõducere milites, crebrò in Græcia erat atque Thracia, & ijs qui Cretam petebant: cùm Romani nondum eam tenerẽt insulam, magnaq; ibi esset militum stipendia merentium copia: unde etiam prędonum exercitus fuerunt impleti. Cùm in Creta esset Dorylaus, forte fortuna bellum obortum est Cnosijs aduersus Gortynios: Dorylaus à Cnosijs dux creatus, bellum celeriter & feliciter confecit, summisq; est adfectus honoribus. Cumque paulo pòst cognouisset, Sinope Euergetem dolo familiarium necatum, eiq; uxorem & liberas successisse: de rebus istis abiecta omni spe Cnosi subsedit. † Ibi è Macetide muliere, nomine Sterota, duos procreauit filios, Lagetam & Stratarcham (. de quibus Stratarcham uidi iam extrema senectute adfectum.) filiamq; unam. De duobus autem Euergetæ filijs, Mithridates cognomento Eupator in regnũ successit, annos natus XI. cũ q̃ enutrit⁹ fuit Dorylaus Phi-

Strabo de se.

ους τούτοις· ὡς τυραννικός τε γένοιτο καὶ βίαιος, καὶ δασμολόγος, τραγῳδοῦντες τὰ περὶ τὸν Μινώταυρον, καὶ τὸν Λαβύρινθον, καὶ τὰ Θησεῖ συμβάντα, καὶ Δαιδάλῳ. ταῦτα μὲν οὖν ὁποτέρως ἔχει, χαλεπὸν ἐστὶν εἰπεῖν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος οὐχ ὁμολογούμενος, τῶν μὲν ξένον τῆς νήσου τὸν Μίνωα λεγόντων, τῶν δ' ἐπιχώριον. Ὁ μέντοι ποιητὴς τῇ δευτέρᾳ δοκεῖ μᾶλλον συνηγορεῖν ἀποφάσει, ὅταν φῇ ὅτι

Ὅς πρῶτον Μίνωα τέκε Κρήτῃ ἐπίουρον.

Περὶ δὲ τῆς Κρήτης ὁμολογεῖται ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐτύγχανεν εὐνομουμένη, καὶ ζηλωτὰς ἑαυτῆς τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων ἀπέφηνεν, ἐν δὲ τοῖς πρώτοις Λακεδαιμονίους, καθάπερ Πλάτων τε ἐν τοῖς νόμοις δηλοῖ, καὶ Ἔφορος ἐν τῇ Εὐρώπης πολιτείᾳ ἀναγέγραφεν. Ὕστερον δὲ πρὸς τὸ χεῖρον μετέβαλεν ἐπὶ πλεῖστον. μετὰ γὰρ τοὺς τυράννους, οἳ μάλιστα ἐδήωσαν τὴν καθ' ἡμᾶς θάλατταν, οὗτοι εἰσὶν οἱ διαδεξάμενοι τὰ λῃστήρια. τούτους δ' ἐπόρθησαν ὕστερον οἱ Κίλικες, κατέλυσαν δὲ πάντας Ῥωμαῖοι, τήν τε Κρήτην ἐκπολεμήσαντες, καὶ τὰ πειρατικὰ τῶν Κιλίκων φρούρια. Νῦν δὲ Κνωσσὸς καὶ Ῥωμαίων ἀποικίαν ἔχει. Περὶ μὲν οὖν Κνωσσοῦ ταῦτα, πόλεως οὐκ ἀλλοτρίας ἡμῖν, διὰ δὲ τ' ἀνθρώπινα, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς μεταβολὰς, καὶ συντυχίας, ἐκλελειμμένων συμβολαίων, καὶ τῶν ὑπαρξάντων ἡμῖν πρὸς τὴν πόλιν. Δορύλαος γὰρ ἦν ἀνὴρ τακτικὸς, τῶν Μιθριδάτου τοῦ Εὐεργέτου φίλων. οὗτος διὰ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἐμπειρίαν ξενολογεῖν ἀποδειχθεὶς, πολὺς ἦν ἔν τε τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Θρᾴκῃ, πολὺς δὲ καὶ τοῖς παρὰ τῆς Κρήτης ἰοῦσιν, οὔπω τὴν νῆσον Ῥωμαίων ἐχόντων, συχνοῦ δὲ ὄντος ἐν αὐτῇ τοῦ μισθοφορικοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους, ἐξ οὗ καὶ τὰ λῃστήρια πληροῦσθαι συνέβαινεν. Ἐπιδημοῦντος δὲ τοῦ Δορυλάου, κατὰ τὴν τύχην ἐνέστη πόλεμος τοῖς Κνωσσίοις, πρὸς τοὺς Γορτυνίους. αἱρεθεὶς δὲ στρατηγὸς, καὶ κατορθώσας διὰ ταχέων, ἤρατο τιμὰς τὰς μεγίστας. καὶ ἐπειδὴ μικρὸν ὕστερον ἐξ ἐπιβουλῆς δολοφονηθέντα ἔγνω τὸν Εὐεργέτην ὑπὸ τῶν φίλων ἐν Σινώπῃ, τὴν διαδοχὴν δὲ εἰς γυναῖκας, καὶ τὰ παιδία ἥκουσαν, ἀπογνοὺς τῶν ἐκεῖ, κατέμεινεν ἐν τῇ Κνωσσῷ. τεκνοποιεῖται δ' ἐκ Μακέτιδος γυναικὸς Στερόπης τοὔνομα, δύο μὲν υἱεῖς, Λαγέταν, καὶ Στρατάρχαν, ὧν τὸν Στρατάρχαν ἐσχατόγηρων καὶ ἡμεῖς ἤδη εἴδομεν, θυγατέρα δὲ μίαν. Δυοῖν δὲ ὄντων υἱῶν τοῦ Εὐεργέτου, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Μιθριδάτης, ὁ προσαγορευθεὶς Εὐπάτωρ, ἑνδεκαέτης γεγονώς. τούτῳ σύντροφος ὑπῆρξεν ὁ τοῦ Φιλεταίρου Δορύλαος.

ρύλαος. ἦν δ' ὁ Φιλέταιρος ἀδελφὸς τοῦ πάππου Δορυλάου. Ἀνδρωθεὶς δ' ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοσοῦτον ἤρξατο τῇ συντροφίᾳ τῇ πρὸς τὸν Δορύλαον, ὥστ' οὐκ ἐκεῖνον μόνον προῆγεν εἰς τιμὰς τὰς μεγίστας, ἀλλὰ καὶ τῶν συγγενῶν ἐπεμελεῖτο, καὶ τοὺς ἐν Κνωσσῷ μετεπέμπετο. ἦσαν δ' οἱ περὶ Λαγέταν, τοῦ μὲν πατρὸς ἤδη τελευτηκότος, αὐτοὶ δ' ἠνδρωμένοι, καὶ ἧκον ἀφέντες τὰ ἐν Κνωσσῷ. τοῦ δὲ Λαγέτου θυγάτηρ ἦν ἡ μήτηρ τῆς ἐμῆς μητρός. εὐτυχοῦντος μὲν δὴ ἐκείνου, συνευτυχεῖν καὶ τούτοις συνέβαινε. καταλυθέντος δέ, ἐφωράθη γὰρ ἀφιστὰς τοῖς Ῥωμαίοις τὴν βασιλείαν, ἐφ' ᾧ αὐτὸς εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆσαι, συγκατελύθη καὶ τὰ τούτων καὶ ἐταπεινώθησαν. ὠλιγωρήθη δὲ καὶ τὰ περὶ τοὺς Κνωσσίους συμβόλαια, καὶ αὐτοὺς μυρίας μεταβολὰς δεξαμένους. Ἀλλὰ γὰρ ὁ περὶ μὲν τῆς Κνωσσοῦ λόγος τοιοῦτος. Μετὰ δὲ ταύτην δευτερεῦσαι δοκεῖ κατὰ τὴν δύναμιν ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις. συμπνέουσαί τε γὰρ ἀλλήλαις, ἅπαντας ὑπηκόους εἶχον αὗται τοὺς ἄλλους, στασιάσασαί τε διέσπων τὰ κατὰ τὴν νῆσον. προσθήκη δ' ἦν ἡ Κυδωνία μεγίστη ὁποτέροις προσγένοιτο. κεῖται δ' ἐν πεδίῳ καὶ ἡ τῶν Γορτυνίων πόλις, τὸ παλαιὸν μὲν ἴσως τετειχισμένη, καθάπερ καὶ Ὅμηρος εἴρηκε.

—Γόρτυνά τε τειχιόεσσαν.

ὕστερον δ' ἀποβαλοῦσα τὸ τεῖχος ἐκ θεμελίων, καὶ πάντα τὸν χρόνον μείνασα ἀτείχιστος. καὶ γὰρ ὁ Φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος ἀρξάμενος τειχίζειν, ὅσον ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους παρῆλθε μόνον. ἀξιόλογον δ' οὖν ἐπλήρου ποτὲ κύκλον ἡ οἴκησις, ὅσον πεντήκοντα σταδίων. διέχει δὲ τῆς Λιβυκῆς θαλάττης καὶ Λεβήνου τοῦ ἐμπορίου αὐτῆς, ἐνενήκοντα. ἔχει δὲ καὶ ἄλλο ἐπίνειον τὸ Μέταλλον. διέχει δ' αὐτῆς ἑκατὸν τριάκοντα. διαρρεῖ δ' αὐτὴν ὅλην ὁ Ληθαῖος ποταμός. Ἐκ δὲ Λεβήνου ἦν Λευκοκόμας τε καὶ ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ Εὐξύνθετος, οὓς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Ἔρωτος λόγῳ. ἄθλων δ' ὁ Λευκοκόμας τῷ Εὐξυνθέτῳ προσέταξεν, ἕνα φησὶν εἶναι τοῦτον, τὸν ἐν Πράσῳ κύνα ἀναγαγεῖν αὐτῷ. ὅμοροι δ' εἰσὶν αὐτοῖς οἱ Πράσιοι, τῆς μὲν θαλάττης. Γόρτυνος δὲ διέχοντες ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα μεταξύ. Εἴρηται δ' ὅτι τῶν Ἐτεοκρήτων ὑπῆρχεν ἡ Πρᾶσος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα τὸ τοῦ Δικταίου Διὸς ἱερόν. Καὶ γὰρ ἡ Δίκτη πλησίον, οὐχ ὡς Ἄρατος, σχεδὸν ὄρεος Ἰδαίοιο. καὶ γὰρ χιλίους ἡ Δίκτη τῆς Ἴδης ἀπέχει, πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀπ' αὐτῆς κειμένη. τοῦ δὲ Σαμωνίου ἑκατόν. Μεταξὺ δὲ τοῦ Σα-

letæri F. eius qui frater fuit Dorylai istius ductoris. Rex uerò ut ad uirilē ætatē peruenit, adeò minoris Dorylai conuictus consuetudine fuit delectatus, ut non ipsum modò ad summos promoueret honores, sed etiam cognatos eius curæ haberet, Cnossoq; ad se euocaret. erant autem Lagetas & frater, iam uiri facti, patre uita defuncto. ijq; Cnosso relicta ad Mithridatem se contulerunt. Lagetæ huius filia, meæ matris mater fuit. Rebus proinde eius florentibus, istorum quoque fortunata fuit conditio. Deiecto autem illo (.cum depræhensum esset eum regnum ad defectionem à Romanis solicitare, & imperium adfectare.) istorum quoque res adflictæ sunt atq; fractæ. commercia etiam cum Cnosijs negligi ceperunt, ipsis item plurimas perpessis mutationes. Hæc ergo de Cnosso. Secundum hanc potestas maxima fuisse Gortyniorum uidetur. Hæ enim ciuitates duæ dum consentirent, reliquas urbes omnes sub se habuerunt: discordātes, dissensionibus totam exagitauerunt insulam. utri autē parti Cydonia accederet, ei maximum adferebat momentum. Gortyna in campo fuit sita, muris fortasse olim munita, ut Homerus ait:

—cinctam Cortynaq; muris. *Iliad. β. 646.*

postea muris funditus dirutis, exinde absque mœnibus permansit. nam Ptolemæus Philopator aggressus eam muris circumdare, duntaxat ad XXC stadia perduxit opus. Aliquando illud memorabilem habuit ambitum, ad L stadia. Distat ab Africo mari & Lebene nauale suo ad stadia XC. Habet & aliud emporium Metallum: ab ea CXXX stadijs remotum. Totam ipsam perfluit Lethæus fluuius. Lebenij fuerunt Leucocomas, & amator eius Euxynthetus, quorum meminit in oratione de amore Theophrastus: aitque unum de laboribus huic ab illo impositis fuisse, ut canem Praso ei adduceret. Finitimi autem fuerunt Prasij Lebenijs iuxta mare, à Gortyne distantes interim stadia CXXC. * Diximus supra, Prason Eteocretum fuisse urbem, ibique fuisse Dictæi Iouis templum. Prope enim Dicta fuit: non (. ut Aratus ait.)

—Idæum prope montem. *Phænom 33.*

Dicte enim ab Ida uersus ortum Solis distat CIↃ stadia, à Samonio abest C. Inter Samonium

monium & Cherronesum sita est Prasos, su-
* pra mare LX stadijs, à Gortyne CXXC. deleuerunt eam Hierapytnij. Non bene etiam à Callimacho dictum ait, Britomartyn Minois uim fugientem desiluisse in retia (. dictya.) piscatorum, indeq; Dictynnam appellatam. Dicte mons est. Istis autem locis Cydonia neutiquam uicina fuit, sita in occiduis insulæ extremitatibus. Mons Cydoniæ est Tityrus, in eaq; ea templum, non Dictæum sed Dictynnæum. Cydonia ad mare sita est, Laconicam respiciens. Distat ęqualibus spacijs à Cnosso & Gortyne, ad IↃCCC stadia. ab Aptera autem XXC. à mari proximo, XL. Apteræ nauale est Cisamus. Ad uesperam Polyrrhenij sunt Cydoniatarum uicini, ubi est fanum Dictynnæ. distant à mari ad XXX stadia à Phalasarna LX. Habitabant antè per pagos. deinde Achæi & Lacones cōdiderunt, cùm muro cinxissent locum natura munitum, meridiei obuersum. Porrò de tribus urbibus, quas ciuibus frequentauit Minos, tertiam (fuit autem ea Phæstus.) diruerunt Gortynij: à Gortyne distantem stadia LX, à mare XX, à Metallo nauali XL. regionem ij occupauerunt, qui euerterunt urbem. Ad Gortynem pertinet Rhytium quoque cum Phæsto.

Iliad. β. 648. Phæstumq;, Rhytiumq;. —

Phæsto oriundum fuisse aiunt Epimenidem, qui carminibus lustrabat. Est & Olyssa Phæstiæ. Lycti, cuius supra est facta mentio. nauale est quod Cherronesus dicitur, in
ibid. 647. quo eo Britomartis templum. Vrbes, quæ una recensentur, Milytus & Lycastus, nō amplius sunt. regionem alterius Cnossij occupauerunt, urbem euerterunt. Iam cum poë-
ibid 649. ta Cretam aliâs C, aliâs XC urbes habere di-
Odyss. τ. 174. cat: Ephorus censet X urbes post belli Troiani tempestatem conditas fuisse à Doriensi-
17 bus qui eò secuti 17 Althæmenem sunt. itaq; ait Vlissem introduci, qui XC urbes ei tribuat. Hæc oratio non est uerisimilis. Alij ab Idomenei hostibus decem urbes deletas perhibent. At enim Homerus non post bellum Troianum C urbes habuisse Cretam dicit, sed suo tempore: è sua enim loquitur persona. Quod si uerba hæc fecisset alicuius qui tum uixit, sicut in Vlissea ab ipso Vlisse XC urbibus

μωνίου καὶ τὴν Χεῤῥόνησον ἡ Πρᾶσος ἵδρυτο, ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἑξήκοντα σταδίοις διέχουσα, τῆς Γορτύνης δὲ ρ' καὶ ὀγδοήκοντα. κατέσκαψαν δ' Ἱεραπύτνιοι. Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τὸν Καλλίμαχον λέγειν φασίν, ὡς ἡ Βριτόμαρτυς φεύγουσα τὴν Μίνω βίαν, ἀπὸ τῆς Δίκτης ἀλοῖτο εἰς ἁλιέα δίκτυα. καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ μὲν Δίκτυννα ὑπὸ τῶν Κυδωνιατῶν προσαγορευθείη. Δίκτη δὲ τὸ ὄρος. οὐδὲ γὰρ ὅλως ἐκ γειτόνων ἐστὶ τοῖς τόποις τούτοις ἡ Κυδωνία. πρὸς δὲ τοῖς ἑσπερίοις κεῖται τῆς νήσου πέρασι. Τῆς μὲν τοι Κυδωνίας ὄρος ἐστὶ Τίτυρος, ἐν ᾧ ἱερόν ἐστιν, οὐ Δικταῖον ἀλλὰ Δικτυνναῖον. Κυδωνία δ' ἐπὶ θαλάττῃ μὲν ἵδρυται, βλέπουσα πρὸς τὴν Λακωνικήν. διέχει δ' ἑκατέρας τὸ ἴσον τῆς τε Κνωσσοῦ καὶ τῆς Γορτύνης, οἷον ὀκτακοσίους σταδίους, Ἀπτέρας δὲ ὀγδοήκοντα. τῆς ταύτῃ δὲ θαλάττης τετταράκοντα. Ἀπτέρας δ' ἐπίνειον ἐστὶ Κίσαμος. πρὸς ἑσπέραν δ' ὅμοροι τοῖς Κυδωνιάταις Πολυῤῥήνιοι, παρ' οἷς ἐστιν τὸ τῆς Δικτύννης ἱερόν. ἀπέχουσι δὲ τῆς θαλάττης, ὡς τριάκοντα σταδίους. Φαλασάρνης δὲ ἑξήκοντα. κωμηδὸν δ' ᾤκουν πρότερον, εἶτ' Ἀχαιοὶ καὶ Λάκωνες συνῴκησαν, τειχίσαντες ἐρυμνὸν χωρίον βλέπον πρὸς μεσημβρίαν. Τῶν δ' ὑπὸ Μίνω συνῳκισμένων τριῶν, τὴν λοιπὴν (Φαιστὸς δ' ἦν αὕτη) κατέσκαψαν Γορτύνιοι, τῆς μὲν Γόρτυνος διέχουσαν ἑξήκοντα, τῆς δὲ θαλάττης εἴκοσι, τοῦ δὲ Μετάλλου τοῦ ἐπινείου, τετταράκοντα. τὴν δὲ χώραν ἔχουσιν οἱ κατασκάψαντες. Γορτυνίων δ' ἐστὶ καὶ τὸ Ῥύτιον σὺν τῇ Φαιστῷ,

Φαιστόν τε Ῥύτιόν τε. —

Ἐκ δὲ τῆς Φαιστοῦ τὸν τοὺς καθαρμοὺς ποιήσαντα διὰ τῶν ἐπῶν Ἐπιμενίδην φασὶν εἶναι. καὶ ὁ Λισσὴν δὲ τῆς Φαιστίας. Λύκτου δὲ ἧς ἐμνήσθημεν καὶ πρότερον, ἐπίνειόν ἐστιν ἡ λεγομένη Χεῤῥόνησος, ἐν ᾗ τὸ τῆς Βριτομάρτεως ἱερόν. αἱ δὲ συγκαταλεχθεῖσαι πόλεις οὐκέτ' εἰσί, Μίλητός τε καὶ Λύκαστος. τὴν δὲ χώραν, τὴν μὲν ἐνείμαντο Λύκτιοι, τὴν δὲ Κνώσσιοι, κατασκάψαντες τὴν πόλιν. Τοῦ δὲ ποιητοῦ τὸ μὲν ἑκατόμπολιν λέγοντος τὴν Κρήτην, τὸ δὲ ἐνενηκοντάπολιν, Ἔφορος μὲν ὕστερον ἐπικτισθῆναι τὰς δέκα φησὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ ὑπὸ τῶν τῷ Ἀλθαιμένει τῷ Ἀργείῳ συνακολουθησάντων Δωριέων. τὸν μὲν οὖν Ὀδυσσέα λέγειν ἐνενηκοντάπολιν ὀνομάζειν. οὗτος μὲν οὖν πιθανός ἐστιν ὁ λόγος. Ἄλλοι δ' ὑπὸ τῶν Ἰδομενέως ἐχθρῶν κατασκαφῆναι φασὶ τὰς δέκα. ἀλλ' οὐδὲ μετὰ τὰ Τρωικά φησιν ὁ ποιητὴς ἑκατοντάπολιν ὑπάρξαι τὴν Κρήτην, ἀλλὰ μᾶλλον κατ' αὐτὸν. ἐκ γὰρ τοῦ ἰδίου προσώπου λέγει. εἰ δ' ἐκ τῶν τότε ὄντων τινὸς ἦν ὁ λόγος, καθάπερ ἐν Ὀδυσσείᾳ ἐνενηκοντάπολιν φράζει,

φράζει, καλῶς ἔχειν οὕτω δέχεσθαι, ὅτι συγχωρήσαιμεν τοῦτό γε, καὶ ὁ ἑξῆς λόγος σώζοιτ' ἄν. οὔτε γὰρ κατὰ τὴν στρατείαν, οὔτε κατὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν τοῦ Ἰδομενέως, ὡς εἰκός ἐστιν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ τὰς πόλεις ἀφανισθῆναι ταύτας. ὁ γὰρ ποιητής φησι.

πάντας δ' Ἰδομενεὺς Κρήτην εἰσήγαγ' ἑταίρους,
οἳ φύγον ἐκ πολέμου, πόντος δέ οἱ οὔτιν' ἀπηύρα.

ὥστε καὶ τούτου τοῦ πάθους ἐμέμνητ' ἄν. οὐ γὰρ δήπου Ὀδυσσεὺς μὲν ἔγνω τὸν ἀφανισμὸν τῶν πόλεων, ὁ μηδενὶ συμμίξας τῶν Ἑλλήνων μήτε κατὰ τὴν πλάνην, μήθ' ὕστερον. ὁ δὲ, καὶ συστρατεύσας τῷ Ἰδομενεῖ, καὶ συνανασωθεὶς οὐκ ἔγνω τὰ συμβάντα οἴκοι αὐτῷ κατὰ τὴν στρατείαν, οὔτε κατὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκεῖθεν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν μετὰ τὴν ἐπάνοδον. εἰ γὰρ μετὰ πάντων ἐσώθη τῶν ἑταίρων, ἰσχυρὸς ἐπανῆλθεν· ὥστ' οὐκ ἔμελλον ἰσχύσειν οἱ ἐχθροὶ τοσοῦτον, ὥστε δέκα ἀφαιρεῖσθαι πόλεις αὐτόν. τῆς μὲν οὖν χώρας τῶν Κρητῶν, τοιαύτη τίς ἡ περιοδεία. τῆς δὲ πολιτείας ἧς Ἔφορος ἀνέγραψε, τὰ κυριώτατα ἐπιδραμεῖν ἀποχρώντως ἂν ἔχοι. δοκεῖ δέ, φησιν, ὁ νομοθέτης μέγιστον ὑποθέσθαι ταῖς πόλεσιν ἀγαθόν, τὴν ἐλευθερίαν. μόνην γὰρ ταύτην ἴδια ποιεῖν τῶν κτησαμένων τ' ἀγαθά· τὰ δ' ἐν δουλείᾳ τῶν ἀρχόντων, ἀλλ' οὐχὶ τῶν ἀρχομένων εἶναι. τοῖς δ' ἔχουσι ταύτην φυλακῆς δεῖν. τὴν μὲν οὖν ὁμόνοιαν διχοστασίας αἰρουμένης ἀπαντᾶν, ἣ γίνεται διὰ πλεονεξίαν, καὶ τρυφήν. σωφρόνως γὰρ καὶ λιτῶς ζῶσιν ἅπασιν, οὔτε φθόνον, οὔτε μῖσος, οὔθ' ὕβριν ἀπαντᾶν πρὸς τοὺς ὁμοίους. διόπερ τοὺς μὲν παῖδας εἰς τὰς ὀνομαζομένας Ἀγέλας κελεῦσαι φοιτᾶν, τοὺς δὲ τελείους, ἐν τοῖς Συσσιτίοις, ἃ καλοῦσιν ἀνδρεῖα, ὅπως τῶν ἴσων μετάσχοιεν τοῖς εὐπόροις οἱ πενέστεροι, δημοσίᾳ τρεφόμενοι. πρὸς δὲ τὸ μὴ δειλίαν ἀλλ' ἀνδρείαν κρατεῖν, ἐκ παίδων ὅπλοις, καὶ πόνοις συντρέφειν· ὥστε καταφρονεῖν καύματος, καὶ ψύχους, καὶ τραχείας ὁδοῦ, καὶ ἀνάντους, καὶ πληγῶν τῶν ἐν γυμνασίοις καὶ μάχαις ταῖς κατὰ σύνταγμα. ἀσκεῖν δὲ καὶ τοξικῇ, καὶ ἐνοπλίῳ ὀρχήσει, ἣν καταδεῖξαι Κουρῆτα πρῶτον, ὕστερον δὲ καὶ συντάξαντα τὴν κληθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ πυῤῥίχην· ὥστε μηδὲ τὴν παιδιὰν εἶναι ἄμοιρον τῶν πρὸς τὸν πόλεμον χρησίμων. ὡς δ' αὔτως καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Κρητικοῖς χρῆσθαι κατὰ τὰς ᾠδὰς συντονωτάτοις οὖσιν, οὓς Θα-

urbibus prædita insula dicitur: accipienda hæc sententia erat, & quæ sequuntur itidem constarent. Neque enim probabile est, uel sub expeditionem Idomenei, uel sub reditum eius, urbes istas fuisse abolitas. quippe Homerus ait:

In Cretam socios perduxit protinus omnes *Odyss. γ. 191.*
Idomeneus, nisi qui perierunt Marte cruento:
Namque illi nullum rapidi maris abstulit unda.

Itaque fuerat omnino Homerus etiam istius urbium euersionis mentionem facturus. Non enim Vlisses quidem eam poterat habere cognitam, qui cum nemine Græcorum uel in suis erroribus uel postmodo conuenisset: idemq; cùm & in expeditione socius Idomeneo fuisset & unà domum incolumis rediisset, ignorare quid ei absenti aut redeunti accidisset. Post reditum uerò fieri hoc non potuit. Nam si cum omnibus sociis rediit: plus habuit uirium, quam ut hostes ei x urbes ualerent eripere. Hæc ergo est regionis Cretensis circumscriptio. De republica eorum, quam Ephorus descripsit, sufficiet præcipua percurrere. Videtur, inquit, legũlator maximum urbibus bonum supposuisse libertatem. sola enim hæc bona propria eorum facit, qui ipsa possident: in seruitute qui sunt, horum bona non ipsorum sunt, sed dominorum. Libertate autem præditis opus est eius custodia. Concordia porrò sublatam discordiam sequitur. discordia aut ob auariciam, aut ob luxum exsistit: nam si sobriè omnes, ac frugaliter uiuant, neque inuidentia, neque odium, neque iniuria & contumelia inter æquales oritur. Itaque pueros iussit ille commeare in Agelas quas uocabant, quasi greges: perfectos in Sysitia à cõuictu sic dicta, & à uirili ætate andrea: ut publicè uictum capientes pauperes cum diuitibus ęquali conditione uiuerent. Ne autem timiditas, sed ut fortitudo obtineret, à puero armis & laboribus eos adsuefecit: ut despicere possent æstum, frigus, asperam accliuamq; uiam, & ictus quos exciperent in gymnasiis & ordinariis pugnis. Exercuit etiam eos sagittando, & armata saltatione, quam Cures primus inuenit, qui pòst etiã ab ipso dictam pyrrichen instituit. ut ne ludus quidem expers esset rerum ad bella utilium. Sic & rhythmis quos Creticos uocant uti docuit contentissimis in cantilena, quorum autor Tha-

*Cretensium respublica: & Spartanorum.*

tor Thales traditur, cui pæanes etiam, aliaq; usitata istis carmina, multaq; præterea instituta adscribuntur. Iussit etiam ueste & calceo militaribus uti, & de donis principē honorem armis deferre. Ait præterea quosdam esse qui dicant ea quæ Cretensium censentur instituta, Spartanorum esse. cùm re uera Cretenses ea excogitauerint, Spartani accuratiùs elaborauerint, neglecta rei bellicæ cura à Cretēsibus, urbibus eorum aduersas res perpessis, maximè Cnosso. esse etiam quædam instituta in usu apud Lyctios, Gortynios, & in alijs oppidulis magis quam apud Cnosios. Lyctiorum quoque mores in testimonium trahi ab his, qui Laconicos antiquiores putāt. colonos enim eos Spartanorum, seruare metropolis suę instituta. alioquin ineptum esse, ut quorum respubl. & status est melior, deteriorum æmulētur formam. Quæ quidem non rectè dicantur. Neque enim iudicium de antiquis ex præsenti statu faciendum est, inquit, utrinque in contrarium facta mutatione. nam olim Cretenses maris tenuerunt imperium, adeò ut prouerbium in eos usurpatum fuerit, qui dissimulabant eorum quæ sciebant noticiam, Cretensis mare ignorat: nunc amiserunt potentiam classicam. Neque, quia urbes quædam in Creta coloniæ sunt Spartanorum, ideò horū quoque instituta tenere coactæ sunt. cùm & coloniæ multæ patrios non sequantur mores: & in Creta multæ urbes non à Spartanis ortæ, tamen illis stent institutis. Iam Lycurgus, inquit, is qui Lacedæmonijs leges posuit, quinque ætatibus posterior fuit Althæmene coloniæ in Cretam duce. historiæ enim docent hunc Cissi F. fuisse, eius qui Argos condidit ea tempestate, Patrocles Spartam. atqui omnes in hoc consentiunt, sextum à Patrocle fuisse Lycurgum. Exempla uerò exemploribus, recentiora antiquioribus esse priora non solent. Saltatio etiam quæ in usu apud Lacedæmonios est, & rhythmi ac pæanes qui ex lege canuntur, aliaq; multa instituta, Cretensia apud eos uocantur, utpote è Creta petita. Quin & magistratus quod attinet ad administationem, utrobique eadem gerunt nomina, ut Seniorum, & Equitum. nisi quod in Creta equitibus etiā sunt equi, unde apparet apud Cretenses antiquiorem esse eorum dignitatem, quę ueritatem nomi

ὃς Θάλητα ἀνευρεῖν· ᾧ καὶ τοὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίους ᾠδὰς ἀνατιθέασι, καὶ πολλὰ τῶν νομίμων. καὶ ἐσθῆτι δὲ καὶ ὑποδέσει πολεμικῇ χρῆσθαι, καὶ τῶν δώρων τιμιώτατα αὐτοῖς εἶναι τὰ ὅπλα. λέγεσθαι ὑπό τινων ὡς Λακωνικὰ εἴη τὰ πολλὰ τῶν νομιζομένων Κρητικῶν. τὸ δ' ἀληθὲς, εὑρῆσθαι μὲν ὑπ' ἐκείνου, ἠκριβωκέναι δὲ τοὺς Σπαρτιάτας. τοὺς δὲ Κρῆτας ὀλιγωρῆσαι κακωθεισῶν τῶν πόλεων, καὶ μάλιστα τῆς Κνωσσίων τῶν πολεμικῶν. Εἶναι δέ τινα τῶν νομίμων, παρὰ Λυκτίοις καὶ Γορτυνίοις, καὶ ἄλλοις τισὶ πολιχνίοις μᾶλλον ἢ παρ' ἐκείνοις. Καὶ δὴ καὶ Λυκτίων νόμιμα ποιεῖσθαι μαρτύρια, τοὺς τὰ Λακωνικὰ πρεσβύτερα ἀποφαίνοντας. ἀποίκους γὰρ ὄντας φυλάττειν τὰ τῆς μητροπόλεως ἔθη. ἐπεὶ ἄλλως γε εὔηθες εἶναι τὸ τοὺς βέλτιον συνεστῶτας, καὶ πολιτευομένους τῶν χειρόνων ζηλωτὰς ἀποφαίνειν. Οὐκ εὖ δὲ ταῦτα λέγεσθαι. οὔτε γὰρ ἐκ τῶν νῦν καθεστηκότων τὰ παλαιὰ τεκμηριοῦσθαι δεῖ, εἰς τἀναντία ἑκατέρων μεταπεπτωκότων, καὶ γὰρ ναυκρατεῖν πρότερον τοὺς Κρῆτας· ὥστε, καὶ παροιμιάζεσθαι πρὸς τοὺς προσποιουμένους μὴ εἰδέναι, ἃ ἴσασιν, ὁ Κρὴς ἀγνοεῖ τὴν θάλασσαν. νῦν δ' ἀποβεβληκέναι τὸ ναυτικόν. οὔτε ὅτι ἄποικοί τινες γεγόνασι τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Κρήτῃ Σπαρτιατῶν, ἐν τοῖς ἐκείνων νομίμοις διαμένειν ἐπηναγκάσθαι. πολλὰς γοῦν τῶν ἀποικίδων μὴ φυλάττειν τὰ πάτρια· πολλὰς δὲ καὶ τῶν μὴ ἀποικίδων ἐν Κρήτῃ τὰ αὐτὰ ἔχειν τοῖς ἀποίκοις ἔθη. τῶν τε Σπαρτιατῶν τὸν νομοθέτην Λυκοῦργον, πέντε γενεαῖς νεώτερον Ἀλθαιμένους εἶναι, τοῦ στείλαντος τὴν εἰς Κρήτην ἀποικίαν. τὸν μὲν γὰρ ἱστορεῖσθαι Κίσσου παῖδα τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡνίκα Πατροκλῆς τὴν Σπάρτην συνῴκιζε. Λυκοῦργον δ' ὁμολογεῖσθαι παρὰ πάντων, ἕκτον ἀπὸ Πατροκλέους γεγονέναι. τὰ δὲ μιμήματα μὴ εἶναι πρότερα τῶν παραδειγμάτων, μηδὲ τὰ νεώτερα τῶν πρεσβυτέρων. τήν τε ὄρχησιν τὴν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιχωριάζουσαν, καὶ τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ παιᾶνας τοὺς κατὰ νόμον ᾀδομένους, καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν νομίμων, Κρητικὰ καλεῖσθαι παρ' αὐτοῖς, ὡς ἂν ἐκεῖθεν ὁρμώμενα. τῶν δ' ἀρχείων τὰ μὲν κατὰ τὰς διοικήσεις ἔχειν τὰς αὐτὰς ἐπωνυμίας, ὥσπερ καὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν, καὶ τὴν τῶν ἱππέων. πλὴν ὅτι τοὺς ἐν Κρήτῃ ἱππέας, καὶ ἵππους κεκτῆσθαι συμβέβηκεν, ἐξ οὗ τεκμαίρεται πρεσβυτέραν εἶναι τὴν ἐν Κρήτῃ ἱππέων τὴν ἀρχήν. σῴζειν γὰρ τὴν forte ἐτυμότητα ἐτοιμοτάτην τῆς προσηγο-

προσηγορείας. τοὺς δὲ μὴ ἱπποκρατῶν· τοὺς Ἐφόρους δὲ τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Κρήτῃ Κοσμίοις διοικοῦντας, ἑτέρως ὠνομάσθαι. τὴν δὲ Συσσιτίαν ἀνδρείαν, παρὰ μὲν τοῖς Κρησὶν εἶναι, καὶ νῦν καλεῖσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Σπαρτιάταις μὴ διαμεῖναι καλουμένην πρότερον. παρ᾽ Ἀλκμᾶνι δὲ οὕτω κεῖσθαι

Θοίναις δὲ, καὶ ἐν θιάσοισιν ἀνδρείων παρὰ
δαιτυμόνεσσι.
πρέπει παιᾶνα κατάρχειν.

ὑπὸ τῶν Κρητῶν, ὡς καὶ παρ᾽ αὐτοὺς ἀφίκοιτο Λυκοῦργος, κατὰ τοιαύτην αἰτίαν. ἀδελφὸς ἦν πρεσβύτερος τοῦ Λυκούργου Πολυδέκτης, οὗτος τελευτῶν ἔγκυον κατέλιπε τὴν γυναῖκα. τέως μὲν οὖν ἐβασίλευεν ὁ Λυκοῦργος ἀντὶ τοῦ ἀδελφοῦ. γενομένου δὲ παιδὸς, ἐπετρόπευεν ἐκεῖνον, εἰς ὃν ἡ ἀρχὴ καθήκουσα ἐτύγχανε. λοιδορούμενος δή τις αὐτῷ, σαφῶς εἶπεν εἰδέναι ὅτι βασιλεύσει. λαβὼν δ᾽ ὑπόνοιαν ἐκεῖνος ὡς ἐκ τούτου τοῦ λόγου διαβάλλοιτο ἐπιβουλὴ ἐξ αὐτοῦ τοῦ παιδὸς, δείσας μὴ ἐκ τύχης ἀποθανόντος αἰτίαν αὐτὸς ἔχῃ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀπῆρεν εἰς Κρήτην. ταύτην μὲν δὲ λέγεσθαι τῆς ἀποδημίας αἰτίαν. ἐλθόντα δὲ πλησιάσαι Θάλητι μελοποιῷ ἀνδρὶ καὶ νομοθετικῷ. ἱστορήσαντα δὲ παρ᾽ αὐτοῦ τὸν τρόπον, ὃν Ῥαδάμανθύς τε πρότερον καὶ ὕστερον Μίνως, ὡς παρὰ τοῦ Διὸς τοὺς νόμους ἐκφέρει εἰς τοὺς ἀνθρώπους· γενόμενον δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ καταμαθόντα καὶ τὰ ἐκεῖ νόμιμα. ἐντυχόντα δ᾽ ὥς φασί τινες, καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ, κατᾶραι πάλιν εἰς τὴν οἰκίαν. καταλαβεῖν δὲ καὶ τὸν τοῦ ἀδελφοῦ υἱὸν τὸν Πολυδέκτου Χαρίλαον βασιλεύοντα. εἶθ᾽ ὁρμῆσαι διαθεῖναι τοὺς νόμους, φοιτῶντα ὡς τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς, κἀκεῖθεν κομίζοντα τὰ προστάγματα, καθάπερ οἱ περὶ Μίνω ἐκ τοῦ ἄντρου τοῦ Διὸς παραπλήσια ἐκείνοις, τὰ πλείω τῶν Κρητικῶν, τὰ κυριώτατα τῶν καθ᾽ ἕκαστα τοιαῦτα εἴρηκε. γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται παρ᾽ αὐτοῖς οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες. οὐκ εὐθὺς δ᾽ ἄγονται παρ᾽ ἑαυτοῖς τὰς γαμηθείσας παῖδας, ἀλλ᾽ ἐπὰν ἤδη ἱκαναὶ ὦσι διοικεῖν τὰ περὶ τοὺς οἴκους.. φερνὴ δ᾽ ἐστὶν ἂν ἀδελφοὶ ὦσι, τὸ ἥμισυ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ μερίδος. παῖδας δὲ γράμματά τε μανθάνειν, καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς, καὶ τινα εἴδη τῆς μουσικῆς. τοὺς μὲν οὖν ἔτι νεωτέρους εἰς τὰ Συσσίτια ἄγουσι τὰ ἀνδρεῖα. χαμαὶ δὴ καθήμενοι διαιτῶνται μετ᾽ ἀλλήλων ἐν φαύλοις τριβωνίοις,

nis seruat, Lacedæmonijs equitibus equos non habentibus in sua potestate. Porrò Ephori cùm eadem agant, quæ Cosmij Cretensium, nomine duntaxat differunt Sysitia Laconum, qui est conuictus in publico, Cretensibus etiamnum Andrea à uiris dicitur, ut & olim Lacedęmonijs, qui tamen nomen mutauerunt. Alcman quidem sic cecinit.

18 In cœnis & choris apud andreorum con- 18
uiuas.

pæanem quoque à Cretensibus fuisse de * sumtum, & uenisse ad hos Lycurgum tali de causa. *Lycurgus.* Rex Spartæ fuit Polydectes, frater Lycurgi, natuq; eo maior. is moriens uxorem reliquit prægnantem. Aliquandiu fratris loco regnum gessit Lycurgus: natoque filio, tutor eius fuit, ad quem regnum pertinebat. cùm autem quidam ipsi conuiciandi causa obiecisset, certò se scire eum regem fore: sentient sibi calumniam intentari de insidijs puero à se structis, ac ueritus ne si quid huic humanitus accideret, inimici culpam in ipsum conferent, in Cretã abijt. Hæc (.ait.) peregrinationis eius causa fertur. Lycurgus ut in Cretam uenit, adiunxit se ad Thaletem qui lyrica carmina & leges condebat. cumq; ex eo didicisset modum, quem Rhadamanthus prius, deinde Minos usurpauerunt, ut leges se à Ioue acceptas promulgare dicerẽt: atque in Aegypto etiam fuisset, & eius quoque gentis instituta percepisset: & cum Homero quoque (.ut nonnulli autumant.) in Chio degente collocutus esset: domum est reuersus. cumq; ibi Charilaum Polydectæ fratris sui F. regnantem inuenisset, ad condendum leges se cõtulit, ad deum qui apud Delphos est commeans, indeq; mandata apportans, sicut Minos ex antro Iouis se afferre prætendit. Sunt autem Lycurgi instituta Cretensium simillima: de quibus ille quę pręcipua retulit, commemorabimus. * Vniuersi apud Cretenses cogebantur uxores ducere, qui eodem tempore è puerorum cœtu, (.Agelam ipsi uocant.) essent excreti. nõ autem confestim nuptas domum deducebant, sed cùm iam ad rem familiarem administrandam eæ essent redditæ idoneæ. Dos est, siquidem * soror fratri nubit, dimidium portionis fraternæ. Pueri litteras discebant, & è legibus carmina, quosdamq; modos musicos. Iuniores in sysitia adducunt, quæ andrea uocantur. ibi desidentes humi unà cibum capiunt, uestitu uili, qui idem est hyeme atque ęstate ministrant

nistrant & sibi inuicem, & uiris. In pugnam coëunt & qui eiusdem sunt sysitij, & qui diuersorum. Cuius andræorum præest puerorum magister: pædonomon ipsi uocant. Adultiores in Agelas deducuntur. Agelas conducunt puerorum illustrissimi atque potentissimi, quisque quàm potest plurimos, congregans. Vnicuique Agelæ præest plerunque pater conducentis, potestatem habens educendi ad uenationem & cursum, & puniendi detrectantem. Nutriuntur publicè. Statis quibusdam diebus Agela cuius Agela pugnam conserit accinente tibia cum rhythmo: sicut etiam in bellis consueuerunt. ictus inferunt cùm manu, tum etiam armis ferreis. Peculiarem habent amoris morem: non enim persuadendo, sed raptione amasios comparant. Prędicit amator amicis tribus aut pluribus antè diebus, se rapturum esse. illis uerò turpissimũ habetur occultare puerum, aut non sinere usitata ambulare uia: quippe sic confessuris, puerum indignum esse qui tali amatore poteret. ergo facto agmine, siquidem raptor aut æqualis aut etiam dignior puero sit, insequentes eum leuiter duntaxat reluctãtur, ut legi satisfaciant, porrò autem lęti eum sinunt abduci. si indignus sit, eum eripiunt. eò usque autem ostentant se repugnare, donec ad raptoris andræum peruenitur. Amabilem existimant non qui forma, sed qui fortitudine & modestia præstat. Raptum amator donis affectum ducit quocunque uult locorum. raptionem comitantur qui interuenerunt. conuiuio autem & uenatione usi per bimestre (.diutius enim detineri puerum non licet.) in urbem redeunt. Dimittitur puer donis acceptis, amiculo bellico, boue, & poculo. ea enim sunt legitima munera. sed accedunt alia sumtuosa: ita ut ob sumtuum magnitudinem etiam amici stipem conferant. Puer bouem Ioui immolat, & qui unà in raptione adfuere conuiuio excipit: deinde de consuetudine sua cum raptore pronunciat, grata'ne hęc ei an secus fuerit. lege hoc permittente, ut si post raptum uiolenter habitus esset amasius, discedere ab amatore & pœnas exigere possit. Formosis, & illustri genere ortis turpe est nullum habere amatorem: moribus enim hoc eorum im-

νίοις, καὶ χειμῶνος καὶ θέρους τὰ αὐτά. διακονοῦσί τε καὶ ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἀνδράσι. συμβάλλουσιν εἰς μάχην καὶ οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ συσσιτίου πρὸς ἀλλήλους, καὶ πρὸς ἕτερα συσσίτια. καθ᾽ ἕκαστον δὲ ἀνδρεῖον ἐφέστηκε παιδονόμος. οἱ δὲ μείζους εἰς τὰς Ἀγέλας ἄγονται. τὰς δ᾽ Ἀγέλας συνάγουσιν οἱ ἐπιφανέστατοι τῶν παίδων, καὶ δυνατώτατοι, ἕκαστος ὅσους πλείστους οἷός τέ ἐστιν ἀθροίζων. ἑκάστης δὲ Ἀγέλης ἄρχων ἐστὶν ὡς τὸ πολὺ, ὁ πατὴρ τοῦ συναγαγόντος, κύριος ὢν ἐξάγειν ἐπὶ θήραν, καὶ δρόμους, τὸν δ᾽ ἀπειθοῦντα κολάζειν. τρέφονται δὲ δημοσίᾳ. τακταῖς δέ τισιν ἡμέραις Ἀγέλη πρὸς Ἀγέλην συμβάλλει, μετὰ αὐλοῦ, καὶ λύρας εἰς μάχην ἐν ῥυθμῷ, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πολεμικοῖς εἰώθασιν. ἐκφέρουσι δὲ καὶ τὰς πληγὰς τὰς μὲν, διὰ χειρὸς, τὰς δὲ, καὶ δι᾽ ὅπλων σιδηρῶν. ἴδιον δ᾽ αὐτοῖς τὸ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμον. οὐ γὰρ πειθοῖ κατεργάζονται τοὺς ἐρωμένους, ἀλλ᾽ ἁρπαγῇ. προλέγει δὲ τοῖς φίλοις πρὸ τριῶν ἡμερῶν ἢ πλειόνων ὁ ἐραστὴς, ὅτι μέλλοι τὴν ἁρπαγὴν ποιεῖσθαι. τοῖς δ᾽ ἀποκρύπτειν μὲν τὸν παῖδα, ἢ μὴ ἐᾶν πορεύεσθαι τὴν τεταγμένην ὁδὸν, τῶν αἰσχίστων ἐστὶν, ὡς ἐξομολογουμένοις, ὅτι ἀνάξιος ὁ παῖς εἴη τοιούτου ἐραστοῦ τυγχάνειν. συνιόντες δ᾽ ἂν μὲν τῶν ἴσων ἢ τῶν ὑπερεχόντων τις τοῦ παιδὸς τιμῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁ ἁρπάζων, ἐπιδιώκοντες ἀνθήψαντο μόνον μετρίως, τὸ νόμιμον ἐκπληροῦντες. τ᾽ ἄλλα δ᾽ ἐπιτρέπουσιν ἄγειν χαίροντες. ἂν δ᾽ ἀνάξιος, ἀφαιροῦνται. πέρας δὲ τῆς ἐπιδιώξεως ἐστὶν ἕως ἂν ἀπαχθῇ ὁ παῖς εἰς τὸ τοῦ ἁρπάσαντος ἀνδρεῖον. ἐράσμιον δὲ νομίζουσιν, οὐ τὸν κάλλει διαφέροντα, ἀλλὰ τὸν ἀνδρείᾳ, καὶ κοσμιότητι. καὶ δωρισάμενος ἀπάγει τὸν παῖδα τῆς χώρας εἰς ὃν βούλεται τόπον. ἐπακολουθοῦσι δὲ τῇ ἁρπαγῇ οἱ παραγενόμενοι. ἑστιαθέντες δὲ καὶ συνθηρεύσαντες δίμηνον (οὐ γὰρ ἔξεστι πλείω χρόνον κατέχειν τὸν παῖδα) εἰς τὴν πόλιν καταβαίνουσιν. ἀφίεται δ᾽ ὁ παῖς δῶρα λαβὼν, στολὴν πολεμικὴν, καὶ βοῦν καὶ ποτήριον. ταῦτα μὲν τὰ κατὰ νόμον δῶρα, καὶ ἄλλα πλείω πολυτελῆ, ὥστε συνερανίζειν τοὺς φίλους διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωμάτων. τὸν μὲν οὖν βοῦν θύει τῷ Διὶ, καὶ ἑστιᾷ τοὺς συγκαταβαίνοντας. εἶτ᾽ ἀποφαίνεται περὶ τῆς πρὸς τὸν ἐραστὴν ὁμιλίας, εἴτ᾽ ἀσμενίζων τετύχηκεν, εἴτε μή. τοῦ νόμου τοῦτο ἐπιτρέψαντος, ἵν᾽ εἴ τις αὐτῷ βίᾳ προσενήνεκται κατὰ τὴν ἁρπαγὴν, ἐνταῦθα παρατιμωρεῖν ἑαυτῷ, καὶ ἀπαλλάττεσθαι. τοῖς δὲ καλοῖς τὴν ἰδέαν, καὶ προγόνων ἐπιφανῶν, ἐραστῶν μὴ τυχεῖν. ὡς διὰ τὸν τρόπον τοῦτον παθοῦσιν. ἔχουσι δὲ τιμὰς οἱ παρασταθέντες. ἔν τε γὰρ καὶ τοῖς ...

παγλύτας. ἔν τε γὰρ τοῖς δρόμοις, καὶ τοῖς θρόνοις ἔχουσι τὰς ἐντιμοτάτας χώρας. τῇ τε στολῇ κοσμεῖσθαι διαφερόντως ἐφίεται τῶν ἄλλων τῇ δοθείσῃ παρὰ τῶν ἐραστῶν. καὶ οὐ τότε μόνον, ἀλλὰ καὶ τέλειοι γενόμενοι διάσημον ἐσθῆτα φέρουσιν, ἀφ' ἧς γνωσθήσεται ἕκαστος κλεινὸς γενόμενος. τὸν μὲν γὰρ ἐρώμενον καλοῦσι κλεινόν, τὸν δ' ἐραστὴν φιλήτορα. ταῦτα μὲν τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας νόμιμα. ἄρχοντας δὲ δέκα αἱροῦνται. περὶ δὲ τῶν μεγίστων, συμβούλοις χρῶνται τοῖς γέρουσι καλουμένοις. καθίστανται δ' εἰς τοῦτο τὸ συνέδριον, οἱ τῆς τῶν Κοσμίων ἀρχῆς ἠξιωμένοι, καὶ τἄλλα δόκιμοι κρινόμενοι. Ἀξίαν δ' ἀναγραφῆς τὴν τῶν Κρητῶν πολιτείαν ὑπέλαβον διά τε τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν δόξαν. οὐ πολλὰ δὲ διαμένει τούτων τῶν νομίμων, ἀλλὰ τοῖς Ῥωμαίων διατάγμασι τὰ πλεῖστα διοικεῖται. καθάπερ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις συμβαίνει.

Περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶ νῆσοι, Θήρα μὲν ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων, καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν. λέγει δὲ Καλλίμαχος τοτὲ μὲν οὕτως.

Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ.

τοτὲ δὲ Θήρας μνησθείς,

Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης,

Ἔστι δὲ μακρὰ ἡ Θήρα διακοσίων οὖσα τὴν περίμετρον σταδίων, κειμένη δὲ κατὰ Δίαν νῆσον τὴν πρὸς Ἡρακλείῳ τῷ Κνωσσίων. διέχει δὲ τῆς Κρήτης εἰς ἑπτακοσίους σταδίους. πλησίον δ' αὐτῆς ἥ τε Ἀνάφη, καὶ Θηρασία. ταύτης δ' ἴσον ἑκατέρα ἀπέχει νησίδιον Ἴος, ἐν ᾧ κηδευθῆναί φασί τινες τὸν ποιητὴν Ὅμηρον. ἀπὸ δὲ τῆς Ἴου πρὸς ἑσπέραν ἰόντι, Σίκινος, καὶ Λάγουσα, καὶ Φολέγανδρος, ἣν Ἄρατος σιδηρείην ὀνομάζει διὰ τὴν τραχύτητα. ἐγγὺς δὲ τούτων Κίμωλος, ὅθεν ἡ γῆ ἡ Κιμωλία. ἔνθεν ἡ Σίφνος ἐν ὄψει ἐστίν, ἐφ' ἣν λέγουσι Σίφνιον ἀστράγαλον διὰ τὴν εὐτέλειαν. ἔτι δ' ἐγγυτέρω καὶ τῆς Κιμώλου καὶ τῆς Κρήτης ἡ Μῆλος ἀξιολογωτέρα τούτων, διέχουσα τοῦ Ἑρμιονικοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ Σκυλλαίου σταδίους ἑπτακοσίους, τοσούτους δὲ σχεδόν τι καὶ τοῦ Δικτυνναίου. Ἀθηναῖοι δέ ποτε πέμψαντες στρατείαν, ἡβηδὸν κατέσφαξαν τοὺς πλείστους. αὗται μὲν οὖν ἐν τῷ Κρητικῷ πελάγει. ἐν δὲ τῷ Αἰγαίῳ μᾶλλον, αὐτή τε ἡ Δῆλος, καὶ αἱ περὶ αὐτὴν Κυκλάδες, καὶ αἱ ταύταις προσκείμεναι Σποράδες· ὧν εἰσὶ καὶ αἱ λεχθεῖσαι περὶ τὴν Κρήτην. Ἡ μὲν οὖν Δῆλος ἐν πεδίῳ κειμένην ἔχει τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τὸ Λητῷον. ὑπέρκειται

putatur. Honor porrò habetur raptis. nam & in cursu, & in consessu locus ĳs primarius attribuitur. & ueste permissum est ut eximia utantur ab amatore dono data. neque tum modò, sed adulti etiam uestem gerunt insignem, qua agnoscuntur kleni fuisse. amasium enim sic uocant, quasi clarum: amatorem philetorem. Hæ sunt amoris leges. Principes diligunt decem. de summis rebus consiliarios adhibent, qui Seniores uocantur. cooptantur autem in illud collegium, qui Kosmiorum magistratu digni habiti sunt, ac aliâs probi censentur. Dignam ego descriptione Cretensium duxi rempublicam, cùm quia singularis est, tum ob gloriam. Haud multa uerò istorum institutorum permanserunt, cum (ut & in reliquis fit prouinciĳs.) pleraque Romanis constitutionibus gubernentur.

Circa Cretam insulæ sunt, Thera Cyrenæorum metropolis, Lacedæmoniorum colonia: & uicina huic Anaphe, in qua Aegletæ Apollinis est templum. De hac sic canit Callimachus: *Cretæ uicinæ insulæ.*

Atque Aegleta Anaphe, Spartanę proxima Theræ:

Et de Thera:

Nostræ insignis equis mater ea est patriæ.

Longa est Thera, ambitu stadiorum CC, sita iuxta Diam insulam quę est ad Heracleum Cnossiorum. abest à Creta ad LXX stadia. Propinquæ ei sunt Anaphe & Therasia. Ab utraque æquali interuallo abest Ios, parua insula, ubi quidam funeratum aiunt Homerum. Ab Io si occasum uersus nauiges, Sicinus est, & Lagusa, & Pholegandrus, quam ob asperitatem Aratus ferream uocat. Ponè has Cimolus, unde Cimolia terra. Hinc Siphnus conspicitur, unde ob uilitatē Siphnius taxillus prouerbio locum dedit. Vicinior Cimolo ac Cretæ iacet Melos, insula aliĳs memorabilior, distans à Scyllæo Hermionico promontorio stadĳs IↃCC, totidemq́ ferè à Dictynnæo. Athenienses aliquando misso exercitu Melios puberes omnes trucidauerunt. Hæ sunt in Cretico mari insulæ. In Aegæo autem magis Delus, & circa eam Cyclades, ac sitæ ante eas Sporades, de quibus in Creta diximus. Delus urbem habet in planicie sitam, & fana Apollinis atque Latonæ. *Delus.*

supra

supra urbem est mons excelsus atque asper Cynthus. perfluit insulam Inopus fluuius non magnus, cùm insula quoque sit parua. Antiquitus, iam inde à Saturni temporibus in magno fuit hæc insula honore. fabulæ enim perhibent ibi Latonam partus doloribus solutam in lucem edidisse Apollinem & Dianam. Nam ut Pindarus ait:

Ante erat intolerabilis
Conditio insulæ
Ob fluctus, omnigenûmque
Ventorum procellas.
Sed postquam dea sacris
Doloribus acta eam adijt,
* Continuò quatuor columnæ
Adamantinis comis decoræ
Iuxta asperum scopulum è solo
Telluris se exeruerunt,
Rectis caudicibus intentes.
Ibi dira læta partu
Prolem uidit beatam.

Cyclades. Celebrem eam fecerunt circumpositæ insulæ Cyclades, honoris causa publicè mittentes qui sacra frequentarent, tum uictimas, chores uirginum: & solennes ibi magnos agitantes conuentus. + Ab initio XII numerabantur: sed accesserunt plures. Artemidorus eas enumerat, cùm de Helena insula loquẽs, A' Thorico, inquit, ea usque ad Sunium iuxtà porrigitur, longitudine LX circiter stadiorum. ab hac incipiunt Cyclades. Nominat deinde Ceon, uicinissim à Helenę. post hanc Cythnum, Seriphũ Melum, Siphnũ, Cimolum, Prepesinthum, Olearum: item Naxũ, Parum, Syrum, Myconum, Tenum, Andrum, Gyarum. De his reliquas ego in numero XII istarum pono: Prepesinthum, Olearum, & Gyarum non perinde. Ipse cum ad Gyarum appulissem, deprædhẽdi uicum exiguum esse, a piscatoribus habitatum. Inde cum discederemus, accepimus legatum istinc ad Cæsarem missum, unum de piscatoribus (erat tum Corinthi Cæsar, ad triumphum proficiscens Actiacum.) Is ergo legatus unà nauigans percunctantibus dicebat, se missum esse petendæ tributi diminutionis gratia. nam pendere ipsos CL denarios, cum ægrè possint C. Paupertatem eorum etiam Aratus sic innuit in minutis:

Te Latona tenet, puto, ferrea nunc Pholegandrus,
Aut Gyaron nihilo meliorem forte subisti.

Delum

ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ὄρος ὑψηλὸν ὁ Κύνθος καὶ τραχύ. ποταμὸς δὲ διαρρεῖ τὴν νῆσον Ἰνωπὸς, οὐ μέγας, καὶ γὰρ ἡ νῆσος μικρά. τετίμηται δὲ ἐκ παλαιοῦ διὰ τοὺς θεοὺς ἀπὸ τῶν Κρονικῶν χρόνων ἐξαρξαμένη. μυθεύεται γὰρ ἐνταῦθα ἡ Λητὼ τὰς ὠδῖνας ἀποθέσθαι, τοῦ τε Ἀπόλλωνος καὶ τῆς Ἀρτέμιδος.

Ἦν γὰρ τὸ πάροιθεν, ὁ φορητὰ φησὶν ὁ Πίνδαρος,
Κύμασί τε, παντοδαπῶν ἀνέμων ῥιπαῖσιν
Ἀλλὰ ἡ ὁ γγίος ὁ πότ' ὀδύναισι θείαις ἐβαίνεν,
Δὴ τέσσαρες ὀρθαὶ πρεμνῶν ἀπώρουσαν χθονίων.
Ἂν δ' ἐπὶ κραναῆ σχεδὸν πέτρα ἀδαμαντοπέδιλοι κίονες.
Ἔνθα τέκοισ' εὐδαίμον' ἐπόψατο γένναν.

Ἔνδοξον δ' ἐποίησαν αὐτὴν αἱ περιοικίδες νῆσοι καλούμεναι Κυκλάδες, εἰς τιμὴν πέμπουσαι δημοσίᾳ, θεωρούς τε, καὶ θυσίας, καὶ χοροὺς παρθένων, πανηγύρεις τε ἐν αὐτῇ συνάγουσαι μεγάλας. κατ' ἀρχὰς μὲν οὖν δώδεκα λέγονται προσεγένοντο, καὶ πλείους. Ἀρτεμίδωρος δ' ἐν διαριθμεῖται περὶ τῆς Ἑλένης εἰπὼν, ὅτι ἀπὸ Θορίκου μέχρι Σουνίου παράκειται, μάκρη σταδίων ὅσον ἑξήκοντα τὸ μῆκος. ἀπὸ ταύτης γὰρ, φησιν, αἱ καλούμεναι Κυκλάδες εἰσίν. ὀνομάζει δὲ Κέω τὴν ἐγγυτάτω τῇ Ἑλένῃ. καὶ μετὰ ταύτην Κύθνον, καὶ Σέριφον, καὶ Μῆλον, καὶ Σίφνον, καὶ Κίμωλον, καὶ Πρεπέσινθον, καὶ Ὠλέαρον, καὶ πρὸς ταύταις Πάρον, Νάξον, Σύρον, Μύκονον, Τῆνον, Ἄνδρον, Γύαρον. τὰς μὲν οὖν ἄλλας τῶν δώδεκα νομίζω. τὴν δὲ Πρεπέσινθον, καὶ Ὠλέαρον, καὶ Γύαρον, ἧττον. ὧν τῇ Γυάρῳ προσορμισθεὶς, ἔγνων κώμιον ὑπὸ ἁλιέων συνοικούμενον. ἀπαίροντες δὲ ἐδεξάμεθα πρεσβευτὴν ἐνθένδε ὡς Καίσαρα προκεχειρισμένον τῶν ἁλιέων τινά. ἦν δ' ἐν Κορίνθῳ Καῖσαρ βαδίζων ἐπὶ τὸν θρίαμβον τὸν Ἀκτιακόν. συμπλέων δὴ ἔλεγε πρὸς τοὺς πυνθανομένους, ὅτι πρεσβεύει περὶ κουφισμοῦ τῶν φόρων. τελεῖν γὰρ δραχμὰς ἑκατὸν πεντήκοντα, καὶ τὰς ἑκατὸν χαλεπῶς ἂν τελοῖεν. δηλοῖ δὲ τὰς ἀπορίας αὐτῶν καὶ Ἄρατος ἐν τοῖς κατὰ λεπτόν,

Ὦ Λητοῖ, σὺ μένεις μὲν σιδηρείῃ Φολεγάνδρῳ
Δειλὴ, ἢ Γύαρον παρελεύσεαι αὐτίχ' ὁμοίην.

τὴν

Τὴν μὲν οὖν Δῆλον ἔνδοξον γενομένην οὕτως, ἔτι μᾶλλον ηὔξησε κατασκαφεῖσα ὑπὸ Ῥωμαίων Κόρινθος. ἐκεῖσε γὰρ μετεχώρησαν οἱ ἔμποροι, καὶ τῆς ἀτελείας τοῦ ἱεροῦ προσκαλουμένης αὐτοὺς, καὶ τῆς εὐκαιρίας τοῦ λιμένος. ἐν καλῷ γὰρ κεῖται τοῖς ἐκ τῆς Ἰταλίας, καὶ τῆς Ἑλλάδος εἰς τὴν Ἀσίαν πλέουσιν. ἥ τε πανήγυρις ἐμπορικόν τι πρᾶγμά ἐστι καὶ, συνήθεις ἦσαν αὐτῇ, καὶ Ῥωμαῖοι τῶν ἄλλων μάλιστα. καὶ ὅτε συνειστήκει ἡ Κόρινθος, Ἀθηναῖοι τε λαβόντες τὴν νῆσον, καὶ τῶν ἱερῶν ἅμα καὶ τῶν ἐμπόρων ἐπεμελοῦντο ἱκανῶς. ἐπελθόντες δ' οἱ τοῦ Μιθριδάτου στρατηγοὶ, καὶ ἀποστήσας τύραννος αὐτὴν διελυμήναντο πάντα, καὶ παρέλαβον ἔρημον τὴν νῆσον πάλιν οἱ Ῥωμαῖοι, ἀναχωρήσαντος εἰς τὴν οἰκείαν τοῦ βασιλέως. καὶ διετέλεσε μέχρι νῦν ἐνδεῶς πράττουσα. ἔχουσι δ' αὐτὴν Ἀθηναῖοι. Ῥήνεια δ' ἔρημον νησίδιόν ἐστιν ἐν τέτρασι τῆς Δήλου σταδίοις, ὅπου τὰ μνήματα τοῖς Δηλίοις ἐστίν. οὐ γὰρ ἔξεστιν ἐν αὐτῇ τῇ Δήλῳ θάπτειν, οὐδὲ καίειν νεκρόν. οὐκ ἔξεστιν δὲ οὐδὲ κύνα ἐν Δήλῳ τρέφειν. ὠνομάζετο δὲ καὶ Ὀρτυγία πρότερον. Κέως δὲ τετράπολις μὲν ὑπῆρξε. λείπονται δὲ δύο, ἥ τε Ἰουλὶς καὶ ἡ Καρθαία, εἰς ἃς συνεπολίσθησαν αἱ λοιπαί. ἡ μὲν Ποιήεσα εἰς τὴν Καρθαίαν, ἡ δὲ Κορεσία εἰς τὴν Ἰουλίδα. ἐκ δὲ τῆς Ἰουλίδος ὅ, τε Σιμωνίδης ἦν ὁ μελοποιὸς, καὶ Βακχυλίδης ἀδελφιδοῦς ἐκείνου. καὶ μετὰ ταῦτα Ἐρασίστρατος ὁ ἰατρὸς, καὶ τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων Ἀρίστων, ὁ τοῦ Βορυσθενίτου Βίωνος ζηλωτής. παρὰ τούτοις δὲ δοκεῖ τεθῆναί ποτε νόμος, οὗ μέμνηται καὶ Μένανδρος.

Καλὸν τὸ Κίων νόμιμόν ἐστι Φανία
Ὁ μὴ δυνάμενος ζῆν καλῶς, οὐ ζῇ κακῶς.

Προσέταττε γὰρ ὡς ἔοικεν ὁ νόμος τοὺς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότας κωνειάζεσθαι, καὶ τοῦ διαρκεῖν τοῖς ἄλλοις τὴν τροφήν. καὶ πολιορκουμένους δέ ποτε ὑπ' Ἀθηναίων, ψηφίσασθαι φασὶ τοὺς πρεσβυτάτους ἐξ αὐτῶν ἀποθανεῖν, ὁρισθέντος πλήθους ἐτῶν, τοὺς δὲ παύσασθαι πολιορκοῦντας. κεῖται δ' ἐν ὄρει τῆς θαλάττης διέχουσα ἡ πόλις ὅσον πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους. ἐπίνειον δ' ἐστὶν αὐτῆς τὸ χωρίον, ἐν ᾧ ἐστιν ἱδρυμένη ἡ Κορεσία, κατοικίαν οὐδὲ κώμης ἔχουσα. ἔστι δὲ καὶ πρὸς τῇ Κορεσίᾳ Σμινθίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν, καὶ πρὸς τῇ Ποιηέσσῃ. μεταξὺ δὲ τοῦ ἱεροῦ, καὶ τῶν τῆς Ποιηέσσης ἐρειπίων, τὸ τῆς Νεδουσίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἱδρυσαμένου Νέστορος κατὰ τὴν ἐκ Τροίας ἐπάνοδον. ἔστι δὲ καὶ Ἔλιξος ποταμὸς περὶ τὴν Κορησίαν.

Delum ergo sic celebrem, auxit euersa à Romanis Corinthus. eò enim mercatores transiuerunt, inuitante eos immunitate templi, & commoditate portus. opportunè enim sita est nauigantibus ex Italia & Græcia in Asiam. & solennis conuentus habet quippiam mercatui adfine: frequentabantque eum cùm alij, tum maximè Romani. Et Corintho instaurata, Athenienses insula potiti, sacra & negociationes diligenter procurauerunt. superuenientes autem Mithridatis duces, & tyrannus eam ad defectionem pertrahens, † omnia deuastauerunt: rursumque Romani insulam occupauerunt desertam, cùm rex domum se recepisset. exinde in hunc usque diem inops permansit. Tenent Athenienses. Rhenæa insula est exigua & deserta, intra quartum à Delo stadium, ubi monimenta sunt Deliorum. nam mortuum in Delo sepelire non est fas, neque cremare. canem quoque in Delo esse non licet. Olim dicta fuit Ortygia. Ceos urbes habuit olim quatuor. nunc duæ restant, Iulis & Carthæa, in quas reliquæ sunt translatæ: Pœeessa in Cartheã,
19 Caressus in Iulidem. Iulis patria fuit Simo 19
nidis poëtæ Lyrici, & Bacchylidis, qui fuit eius consobrinus. præterea Erasistratus medicus, & de Peripateticis philosophis Aristo, Bionis Borysthenitæ imitator ibi sunt nati. Apud hos uidetur lex fuisse posita, cuius Menander meminit etiam.

Bellum hoc Cianorum institutum est Phania:
Qui non potest uiuere bene, non malè moritur.

mandato enim, ut apparet legis qui LX annos excessissent, è uita tollebantur, ut reliquis uictus sufficeret. Obsidione etiam aliquando pressos ab Atheniẽsibus decretum edidisse aiũt, quo maximos natu de ciuibus iuberent interfici, certo annorum numero definito. eam ob rem Athenienses obsidionem soluisse. Sita est urbs in mõte à mari stadijs XXV. nauale eius est locus, in quo iacet Caressus, domicilium uix pago alicui comparandum. Est iuxta Caressum etiam Apollinis Sminthij templum & ad Pœeessam. Inter templum & rudera Pœeessæ, Nedusiæ Mineruæ fanum est, dedicatum à Nestore è Troia reuertẽte. Est & Elixus flu. apud Caressum.

ressum. Post Ceon (.siue malis Ciam.) Naxus est, & Andros, memoratu dignæ, atque Paros. Inde fuit Archilochus poeta. Parij Thasum condiderunt, & Parium urbem in Propontide. Ibi fertur ara spectabiles esse, cuius latera stadij longitudinem impleant. In Paro autem lapis Parius est, statuarijs apprimè idoneus. Sequitur Syrus, priore syllaba producta: patria Pherecydis, Badyis F. Aetate posterior illo est Pherecydes Atheniensis. Videtur sub Syriæ nomine mentionem facere Homerus, his quidem uerbis

Odyss. o. 405. Ortygiam supra Syria est quædam insu-
la.—.

Myconus est, sub qua fabulantur iacere ultimos Centaurorum ab Hercule interfectos. unde adagium est: omnia sub unā Myconum: de his qui sub unam descriptionem cogunt ea, quæ natura seiunxit. Caluos etiam Myconios quidam uocant, ideò quòd istud uitium ea in insula est nimis quàm frequens. Seriphus est, in qua, si fabulis credendum esset, Dictes retibus extraxit cistam, cui inclusus fuit Perseus, materque eius Danaë. cùm Acrisius pater eos in altum mare abiecisset. Ibi enim aiunt enutritum fuisse Perseum, & allato Gorgonis capite, ac Seriphijs ut uiderent obiecto, uniuersos in lapideam naturam conuertisse. atque hoc eum egisse, ut matrem ulcisceretur, quam rex Polydectes inuitam uxorem ducere uoluerat, adiutantibus Seriphijs. Vsque adeò autem saxosa est insula, ut comicè ludētes ei dicant hoc à Gorgone accidisse. Tenus urbem habet non magnam. sed extra urbem in luco est fanum Neptuni, dignum quod spectetur. in quo & cœnacula magnifica sunt ædificata: magnum argumentum, per multos ad illud sacrificium communicandum confluere de propinquis, ut unà Neptunia celebrent. Est & Amorgus una de Sporadibus, patria Simonidis iamborum scriptoris. & Lebinthus: & Leria.

Hoc quoque Phocylidis: Lerius malus omnis, & unus,
Excepto Patrocle. sed Patrocles Leriu' 'st.

Lerij enim ob maliciam malè audiebant. Propè est Patmos, & Corassiæ, ab Icaria uersus occcasum sitæ: ut & Icaria respectu Sami. Ipsa quidem Icaria deserta est: pascua habet, quibus Samij utuntur. Nihilominus

ρησίαν. Μετὰ δὲ ταύτην Νάξος, καὶ Ἄνδρος ἀξιόλογοι, καὶ Πάρος. ἐντεῦθεν ἦν Ἀρχίλοχος ὁ ποιητής. ὑπὸ δὲ Παρίων ἐκτίσθη Θάσος, καὶ Πάριον ἐν τῇ Προποντίδι πόλις. ἐν ταύτῃ μὲν οὖν λέγεται ὁ βωμὸς θέας ἄξιος, σταδιαίας ἔχων τὰς πλευράς. ἐν δὲ τῇ Πάρῳ ἡ Παρία λίθος λεγομένη, ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν. Σῦρος δ' ἐστὶ μηκύνουσι τὴν πρώτην συλλαβήν, ἐξ ἧς Φερεκύδης ὁ Βάβυος ἦν. νεώτερος δ' ἐστὶν ὁ Ἀθηναῖος ἐκείνου. Ταύτης δοκεῖ μνημονεύειν ὁ ποιητὴς Συρίην καλῶν.

Νῆσός τις Συρίη κικλήσκεται, εἴπου ἀκού-
εις
Ὀρτυγίης καθύπερθε.—

Μύκονος δ' ἐστὶν ὑφ' ᾗ μυθεύουσι κεῖσθαι τῶν γιγάντων τοὺς ὑστάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας. ἀφ' ὧν ἡ παροιμία, πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον· ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγόντων τὰ διηρτημένα τῇ φύσει. καὶ τοὺς φαλακροὺς δέ τινες Μυκονίους καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ. Σέριφος δ' ἐστὶν ἐν ᾗ τὰ περὶ τὸν Δίκτυν μεμύθευται, τὸν ἀνελκύσαντα τὴν λάρνακα τοῖς δικτύοις, τὴν περιέχουσαν τὸν Περσέα, καὶ τὴν μητέρα Δανάην, καταποντωθέντας ὑπ' Ἀκρισίου τοῦ πατρὸς Δανάης. τραφῆναι τε γὰρ ἐνταῦθα Περσέα φασί, καὶ κομίσαντα τὴν τῆς Γοργόνος κεφαλήν, δείξαντα τοῖς Σεριφίοις ἀπολιθῶσαι πάντας. Τοῦτο δὲ πρᾶξαι τιμωροῦντα τῇ μητρί, ὅτι αὐτὴν Πολυδέκτης ὁ Βασιλεὺς ἄκουσαν ἀγάγεσθαι προείλετο πρὸς γάμον, συμπραττόντων αὐτῷ ἐκείνων. οὕτω δ' ἐστὶ πετρώδης ἡ νῆσος, ὥστε ὑπὸ τῆς Γοργόνος τοῦτο παθεῖν αὐτήν φασιν οἱ κωμῳδοῦντες. Τῆνος δὲ πόλιν μὲν οὐ μεγάλην ἔχει. τὸ δ' ἱερὸν τοῦ Ποσειδῶνος μέγα ἐν ἄλσει τῆς πόλεως ἔξω, θέας ἄξιον. ἐν ᾧ καὶ ἑστιατόρια πεποίηται μεγάλα, σημεῖον τοῦ συνέρχεσθαι πλῆθος ἱκανὸν τῶν συνθυόντων αὐτοῖς ἀστυγειτόνων τὰ Ποσειδώνια. Ἔστι δὲ καὶ Ἀμοργὸς τῶν Σποράδων, ὅθεν ἦν Σιμωνίδης ὁ τῶν ἰάμβων ποιητής, καὶ Λέβινθος, καὶ Λερία.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω. Λέριοι κακοί· οὐχ ὁ
μέν, ὃς δ' οὔ.
πάντες, πλὴν Πατροκλέους. καὶ Πατρο-
κλῆς Λέριος.

Διεβέβληντο γὰρ ὡς κακοήθεις οἱ ἐνθένδε ἄνθρωποι. πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ἡ Πάτμος, καὶ Κορασσίαι, πρὸς δύσιν κείμεναι τῆς Ἰκαρίας. αὕτη δὲ, Σάμῳ. ἡ μὲν οὖν Ἰκαρία ἔρημός ἐστι, νομὰς δ' ἔχει, αἷς χρῶνται αὐταῖς Σάμιοι. τοιαύτη δ' οὖσα

δ' οὖσα ἔνδοξος ὅμως ἐστὶ, καὶ ἀπ' αὐτῆς Ἰκάρειον καλεῖται τὸ προκείμενον πέλαγος. ἐν ᾧ καὶ Σάμος αὐτὴ καὶ Κῶς ἐστι, καὶ αἱ ἄρτι λεχθεῖσαι Κορασσίαι, καὶ Πάτμος, καὶ Λέρος. ἔνδοξον δὲ καὶ τὸ ἐν αὐτῇ ὄρος ὁ Κορκετεὺς μᾶλλον τὸ ἀμπέλου. αὕτη δ' ὑπέρκειται τῆς Σαμίων πόλεως. Συνάπτει δὲ τῷ Ἰκαρείῳ τὸ Καρπάθιον πέλαγος πρὸς νότον. τούτῳ δὲ τὸ Αἰγύπτιον. πρὸς δὲ δύσιν, τό τε Κρητικὸν, καὶ τὸ Λιβυκόν. Καὶ ἐν τῷ Καρπαθίῳ δ' εἰσὶ πολλαὶ τῶν Σποράδων μεταξὺ τῆς Κῶ μάλιστα, καὶ Ῥόδου, καὶ Κρήτης. ὧν εἰσὶν Ἀστυπάλαιά τε καὶ Τῆλος καὶ Χαλκία, καὶ ἃς Ὅμηρος ὀνομάζει ἐν τῷ καταλόγῳ.

οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε
Καὶ Κῶ Εὐρυπύλοιο πόλιν, νήσους τε Καλύδνας.

Ἔξω γὰρ τῆς Κῶ καὶ τῆς Ῥόδου, περὶ ὧν ἐροῦμεν ὕστερον, τάς τε ἄλλας ἐν ταῖς Σποράσι τίθεμεν, καὶ δὴ καὶ ἐνταῦθα μεμνήμεθα αὐτῶν, καίπερ τῆς Ἀσίας οὐ τῆς Εὐρώπης ἐγγὺς οὐσῶν· ἐπειδὴ τῇ Κρήτῃ καὶ ταῖς Κυκλάσι καὶ τὰς Σποράδας συμπεριλαβεῖν ἐπείγετό πως ὁ λόγος. ἐν δὲ τῇ τῆς Ἀσίας περιοδείᾳ, τὰς προσεχεῖς αὐτῇ τῶν ἀξιολόγων νήσων προσπεριοδεύσομεν, Κύπρον, καὶ Ῥόδον, καὶ Κῶ καὶ τὰς ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ κειμένας, Σάμον, Χίον, Λέσβον, Τένεδον. νῦν δὲ τὰς Σποράδας, ὧν ἄξιον μνησθῆναι, λοιπὸν ἐπίωμεν. Ἡ μὲν οὖν Ἀστυπάλαια ἱκανῶς ἐστι πελαγία πόλιν ἔχουσα. ἡ δὲ Τῆλος ἐκτέταται παρὰ τὴν Κνιδίαν μακρὰ ὑψηλὴ, στενὴ, τὴν περίμετρον ὅσον ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα σταδίων, ἔχουσα ὕφορμον. Ἡ δὲ Χαλκία τῆς Τήλου διέχει σταδίους ὀγδοήκοντα, Καρπάθου δὲ τεσσαρακοσίων, Ἀστυπαλαίας δὲ, διπλασίους. ἔχει δὲ καὶ κατοικίαν ὁμώνυμον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ λιμένα. Νίσυρος δὲ πρὸς ἄρκτον μέν ἐστι Τήλου, διέχουσα αὐτῆς, ὅσον ἑξήκοντα σταδίους, ὅσους καὶ Κῶ διέχει. στρογγύλη δὲ, καὶ ὑψηλὴ, καὶ πετρώδης τοῦ μυλίου λίθου εὐποροῦσα. τοῖς γοῦν ἀστυγείτοσιν ἐγγύθεν ἐστὶν ἡ τῶν μύλων εὐπορεία, ἔχει δὲ καὶ πόλιν ὁμώνυμον, καὶ λιμένα, καὶ θερμὰ, καὶ Ποσειδῶνος ἱερόν, περίμετρος δὲ αὐτῆς ὀγδοήκοντα στάδιοι. ἔστι δὲ καὶ νησίδια πρὸς αὐτῇ Νισυρείων λεγόμενα. φασὶ δὲ τὴν Νίσυρον ἀπόθραυσμα εἶναι τῆς Κῶ· προσθέντες καὶ μῦθον, ὅτι Ποσειδῶν διώκων ἕνα τῶν Γιγάντων Πολυβώτην, ἀποθραύσας τῇ τριαίνῃ τρύφος τῆς Κῶ ἐπ' αὐτὸν βάλλοι, καὶ γένοιτο νῆσος τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρος, ὑποκείμενον ἔχουσα ἐν αὐτῇ τὸν Γίγαντα.

tamen eſt celebris, & ab ea nomen habet mare ante ipſam ſitum: in quo iacent Samus, & Cos, ac modò dictæ Coraſsiæ, Patmus, & Lerus. 20 In Samo mons eſt Cerceteus nobilis. 20 nobilior Ampelus, imminens urbi Samiorum. Verſus meridiem Carpathium mare ad Icarium eſt, & ad illud Aegyptium. uerſus occaſum, mare Creticum & Africum. In mari Carpathio multæ ſunt de Sporadibus inſulæ, maximè inter Côn, Rodum, & Cretam. ex his ſunt Aſtypalæa, Telus, Chalcia, & quas Homerus in Catalogo recenſet. *Sporades inſulæ*

Et qui Niſyrum, Crapathumq;, Caſumq; tenebant, *Iliad. β. 676.*
Eurypylique urbem Côn, æquoreasq; Calydnas.

Nã extra Coam & Rodum, de quibus poſtea loquemur, reliquas Sporadum in cenſu ponimus, & hîc mẽtionem eorum fecimus, quanquam Aſiæ ſint quàm Europæ propinquiores: quãdoquidem ipſa oratio nos quodammodo eò adduxit, ut cum Creta & Cycladibus Sporades quoq; complecteremur. In Aſiæ autem deſcriptione eas etiam deſcribemus, quæ memoratu dignæ ei adiacent, Cyprum, Rodum, Coam, & deinceps in ora ſitas Samum, Chium, Lesbum, Tenedum. nunc reliquas Sporadas, quæ mentione dignæ ſunt, percurremus. Aſtypalæa ſic ſatis in alto iacet mari, & urbem habet. Telus propter Cnidiam porrigitur in longum, alta & anguſta, ambitu circiter CXL ſtadiorum, habetq; ſtationem nauium. Chalcia à Telo abeſt ſtadia XXC, à Carpatho CCCC, ab Aſtypalæa bis tantum pagum habet eiuſdem nominis, & Apollinis fanum ac portum. Niſyros à Telo uerſus ſeptentriones ſita eſt, diſtans ab ea ſtadijs circiter LX, totidemq; à Coa. teres eſt, & ſublimis, ac ſaxoſa, & molaris lapidis copia prædita, quem uicinis affatim ſuppeditat. urbem habet eiuſdem nominis, portum, thermas, ac Neptuni templum. ambitus eius eſt ſtadiorum XXC. Circa eam ſunt & exiguæ aliquot inſulæ, Niſyriorum dictæ. Aiunt Niſyrum fragmentum eſſe ab inſula Coa auulſum. adduntq; fabulam: Neptunũ, cûm quendam de Gigantibus Polybotem perſequeretur, fruſtum inſulæ Coæ tridente defractum in eum conieciſſe, idq; inſulam Niſyron eſſe factum, ſub qua ſitus ille ſit Gigas.

gas. alij Coæ eum substratum dicunt. Carpathus autem, quam Homerus Crapathum appellat, sublimis est, ambitu stadiorum CC. Quatuor urbes ea habuit, & nomen celebre, atque ab ea pelagus etiam Carpathium dictum est. una de urbibus appellabatur. Nisyrus, cognominis insulæ Nisyro. Sita est aduersus Leucen acten (.id est litus album.) Libyæ: quæ ab Alexandria distat ad CIↃ stadia, à Carpatho ad quatuor stadiorum millia. Casus à Carpatho abest LXX stadijs, à Samonio Cretæ promontoriæ CCL: ambitu stadiorum XXC. Est in ea urbs eiusdem nominis, & insulæ sunt Casiorum complures circa eam. Calydnas autem insulas aiunt ab Homero uocari eas, quæ sunt Sporades è quibus una sit Calymna. probabile autem est sicut à Nisyro & Caso uicinæ ijsque subditæ insulæ nomen habent: ita etiam eas quæ circa Calymnam sunt, ab ea esse denominatas, tum Calydnæ nomen gerente. Alij duas insulas Calydnas esse aiunt, Lerum & Calymnam, easque ab Homero innui. Scepsius plurali numero insulam Calymnas appellari ait, ut Athenas, ut Thebas. uultque poëtæ uerba accipi traiectione quadam uerborum. non enim insulas eum uocare Calydnas: sed insulas Nisyrum dicere, & Carpathum, & Casum. ✳ Omne quidem mel, quod in insulis fit, plerunque est egregium, & Attico quod certare possit. excellit autem, & reliquis insularibus Calymnium hoc anteit.

γαιτα. τινὲς δὲ αὐτὸν ὑποκεῖσθαι τῇ Κῴων φασιν. Ἡ δὲ Κάρπαθος, ἣν Κράπαθον ἔπεν Ὅμηρος, ὑψηλή ἐστι, κύκλον ἔχουσα σταδίων σ΄. τετράπολις δ᾽ ὑπῆρξε, καὶ ὄνομα εἶχεν ἀξιόλογον, ἀφ᾽ οὗ καὶ τῷ πελάγει τοὔνομα ἐγένετο. μία δὲ τῶν πόλεων ἐκαλεῖτο Νίσυρος, ὁμώνυμος τῇ τῶν Νισυρέων νήσῳ. κεῖται δ᾽ ἐπὶ Λιβύης κατὰ Λευκὴν ἀκτήν. ἡ τῆς μὲν Ἀλεξανδρείας διέχει περὶ χιλίους σταδίους, τῆς δὲ Καρπάθου, περὶ τετρακισχιλίους. ἡ Κάσος δὲ ταύτης μὲν ἀπὸ ἑβδομήκοντά ἐστι σταδίων· τοῦ δὲ Σαμωνίου τοῦ ἄκρου τῆς Κρήτης διακοσίων πεντήκοντα. κύκλον δὲ ἔχει σταδίων ὀγδοήκοντα. ἔστι δ᾽ ἐν αὐτῇ καὶ πόλις ὁμώνυμος, καὶ Κασίων νῆσοι καλούμεναι πλείους περὶ αὐτήν. νήσους δὲ Καλύδνας τὰς Σποράδας λέγειν φασὶ τὸν ποιητήν, ὧν μίαν εἶναι Κάλυμναν. εἰκὸς δ᾽ ὡς ἐκ τῶν Νισυρίων λέγεται, καὶ Κασίων αἱ ἐγγὺς, καὶ ὑπήκοοι, οὕτως καὶ τὰς τῇ Καλύμνῃ περικειμένας, ἴσως τότε λεγομένῃ Καλύδνῃ. τινὲς δὲ δύο εἶναι Καλύδνας φασὶ, Λέρον, καὶ Κάλυμναν, ἅς περ, καὶ λέγειν τὸν ποιητήν. ὁ δὲ Σκήψιος πληθυντικῶς ὀνομάζεσθαι τὴν νῆσον Καλύμνας φησὶν ὡς Ἀθήνας, καὶ Θήβας. δεῖν δὲ ὑπερβατῶς δέξασθαι τὸ τοῦ ποιητοῦ, οὐ γὰρ νήσους Καλύγνας λέγειν. ἄλλοι δ᾽ ἄρα

Νήσους Νίσυρόν τ᾽ εἶχον Κράπαθόν τε Κάσον τε
Καὶ Κῶ Εὐρυπύλοιο πόλιν νήσους τε Καλύδνας.

ἅπαν μὲν οὖν τὸ νησιωτικὸν μέλι, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἀστεῖον ἐστὶ, καὶ ἐνάμιλλον τῷ Ἀττικῷ. τὸ δ᾽ ἐν ταῖς νήσοις, διαφερόντως μάλιστα δὲ τὸ Καλύμνιον.

IN LI-

# IN LIBRVM DECIMVM INTERPRETIS ANNOTATIONES.



T Petalia.] Quid hoc sibi uelit, non satis uideo, neque tamen mutandum duxi. Plinius 4.12. Petalias insulas quatuor ponit in Euripi Euboici primo introitu: utique procul & à Sunio distantes, & à Geræsto. mox. Inter Aulidem & Geræstum.] Epitomæ etiam scriptæ pro Aulide Caphareum habent.

2 Ellopia.] Sic omnino scribendum, non ἐλλωπίδα. o paruum alij autores omnes faciunt. Vide Eustathium in catalogo, ad uersum 538. Αἰγὰς etiam reposui ex ipso Strabone, qui & libro septimo finiente, & hoc ipso libro paulo pòst sic eum uocat. Xuthi fuit filius Cothi frater. apud Plutarchum quæst. Græc. xxij. Ardus uitiosè hactenus legebatur. de Aedepso dictum alibi. Μαντεῖον καὶ τοῦ Σελ.] καὶ abundat. Nomen Telethrij montis etiã Stephanus habet, quod apud Eustathium deest.

Τὸ περὶ Καῦνον.] Quid hîc rei Cauno Cariæ urbi? Cenæum lego. Porrò Ocham montem pro Ochtha, quod ripam interpres ineptè uertit, restitui, ex ipso autore et Eustathio. & Halæ Araphenides sunt etiam apud Stephanum. De Carystio lapide ociosa uerba sustuli. Epitomæ τῇ πλύσει τῶν λίνων habent. Quod bellum Maliacum dicat, non succurrit: Eustathius omisit.

3 Lelantus] Ληλαντον.] Sic suprà lib. I. & epitomæ etiam scriptæ, idq; constanter. Plinius flumen eodem nomine tribuit huic insulæ. 4.12. apud Eustathiũ λι per ἰῶτα legitur. mox Tamynæ.] Græca sic lego. Ἐν δὲ τῇ Ἐρετρικῇ, πόλις ἦν Τάμυναι, καὶ ἱερὸν, &c. Quis enim Tampias nouit? Stephanus autem τάμυνα habet, ex hoc ipso libro. Meminit Tamynarum etiam Plutarchus in uita Aeschinis. Μελανηὶς est apud Stephanum, & perspicuè uerum, in Eretria.

4 Ἐκπεσόντες ἀβάντες.] Ἀναβάντες puto. quanquam apud Stephanum Εὐβοία etiam Abãtum in hac re fiat mentio. Κιρεὺς & Νηλεὺς ex Eustathio reposui.

5 Leuitatis.] Εὐκαίρειαν, uox sanè haud quicquam εὔκαιρος. ἀκαίρειαν mallem, uel εὐχέρειαν. de Nerico & Nerito disputauimus alibi. de Leucata etiam suo loco. Infrà, Pterelam ego scripsi, cum legeretur Πταόλα. Vide 2. & 3. libros Apollodori bibliothecæ: coniecturam nostram probabis, & pro κοπῆς lego σκοπῆς, speculæ. Virgilius ad hoc allusisse mihi uidetur, aut simile aliquid, in Damone suo.

Præceps aërij specula de montis in altum
Deferar: extremum hoc morientis munus habeto.

quanquam, id non animaduerterint scholiastæ.

6 Incertum est.] ἀδήλων reposui pro δήλων, Eustathij fidem secutus, qui ad uersum 22. Odyss. ι. pro Nerito Νήιον à Cratete et Philoxeno scribi annotauit. Vide & in primum librum aduersum 187. annotata. Cæterum in uersu Homeri ἱππήλατος pro εὐδείελος legitur: longè quidem rectiùs, idq; in uertendo secutus sum, imitatum priùs Horatio 1. Epist. 7.

7 Palẽs autem.] Locus non integer. Sanè apud Stephanum in Κεφαλληνίᾳ, urbs Cephalleniæ Παλεὺς refertur. Paulo pòst ὄρος ἐν αὐτῇ Αἶνος.] Pro Aeno inculcarant librarij ἐν αὐτῇ. ego locum refeci ex interprete Apollonij, qui in librum secundum numero 14. sic scribit: Ἔστι γὰρ καὶ Αἶνος ὄρος τῆς κεφαλληνίας, ὅπου αἰνησίου Διὸς ἱερόν ἐστι, οὗ μνημονεύει Λέων ἐν περίπλῳ, καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς λιμέσιν. citat etiam uersum Hesiodi de Ioue Aenesio, in quo αἰνησίῳ puto malè positum pro Αἰνησίῳ, quanquam etymologia Aeneium probat. Hîc autem στεῤῥοτάτην relinquens, legi tamen in uertendo στενοτάτην.

8 Nunc aliquis.] Citatur à Plutarcho in Laconicis institutis hoc epigramma, non tamen planè integrum. Inde correxi quædam. Σαπαῖος apud Stephanum leges Σάπαιος etiam. In superioribus de Samo diuinaui. Quæ de Zacyntho sequuntur, mẽdosa sunt, & mutila. Peloponneso propior & meridionalior quam Cephallenia ponitur ab alijs geographis Zacynthus. Quid autem sibi hæc uolunt, σωμάτων αὐτήν;

9 De Chalcide locus est confusus, quid autem est εὔψυχος. quid Patrensibus Romanis in Aetolia?

10 Parthaonidæ fuerunt.] Parthaonem Oenei patrem facit, ut & alij, & Ouidius IX. Metamor. Homerus autem Portheum facit Iliad. ξ. 115. & sic legitur etiam in epitoma. Quæ etiam decimam pòst ætate Oxylum ponit, ut uideatur legisse τῇ δὲ δεκάτῃ ὕστερον γενεᾷ, idq; omnino confirmat δεκατόσπορος in epigrammate, itaque δεκάτῃ inserui.

11 Hic locus si cum epitomis comparetur, & consideretur penitiùs, uidebitur non esse integer: & excidisse de saltatione Merionis in armis mentio, quæ est apud Homerum in Iliade lib. π. uersu 617.

12 Agestin.] Ἄγεστιν sic epitomæ, etiam scriptæ, nos Αἴγεστιν habemus, quod tollere nolui, interpres Vestam reddiderat, quàm autem Vestæ conueniat cum Cybela, nihil hæc disputato: norunt litterati: Κυμένην quoq;, Cumenen, Rheam post Πυλήνην habent epitomæ: quam uocem excidisse hinc apparet. Pleraq; uidentur in hac disputatione detrimentum passa. res non est summi momenti, minuta quædam errata correximus, quorum rationem reddere erat ociosum. In uertendis dithyrambis & similibus usus sum numeris lege solutis, quod de ipso Pindaro Horatius pronunciauit 4. Carm. 2. Sunt autem pleraq; uitiosa, quid enim est ἔν-

δεκ' ἀχλάδων; unde Arasti sumserit interpres, ne suspicari quidem possum. quid illud κατὰ τὸν Ὅμηρον; Euripidea ex Euripide restitui. locum non totum adduxit autor puto: itaq; etiam non totum inculcaui. ex stat. Sed & ex Strabone Euripidem corrigas licet, ubi κτύπον ἔντ' ἄσματι uitiosè legitur pro καλλίκτυπον εὔασμα. Enare uox etiam Virgilio usui fuit 6. Aeneid. illa chorum simulans euantes origia, &c.

Euripides castigatur.

13 Antandriam.] Verba non sunt integra. Legi καλούμενοι. Εἰς μὲν ἐγγὺς τῆς Ἴδης, κατὰ τὴν Ἀντανδρίαν. Antandros etiam ex Virgilio est nota. Sophoclis prior uersus est mutilus, deest puto νῦν post μίμνων aut που. Post eos excidisse aliquid, euidēs est. Βενδίδεια autem non μενδίδεια esse sacra, notum est ex fine à πολιτ. Platonis, secundo Ἑλληνικῶν. Xenophontis, Ioue tragico Luciani, alijs. & mox infrà sic rectè legitur. Versus Aeschylei corruptiores sunt, quàm ut coniecturis sanari possint.

14 Hecatæi.] Non dubium est quin hæc sint corrupta, neq; de hoc Hecatæo quicquam inuenio. pro ὄρειαι fortaßis poetica ectasi οὔρειαι scripserat Hesiodus. pro Φορόνιδα σέψας, lego Φορωνίδα γράψας opus fuit de Phoroneo & eius rebus, citatur etiam ab alijs. Quis autem est ille ὁ δὲ οὐ τοὺς Κουρῆτας;

Κύρβαντα ἢ τούτων ἕτερον.] Lego Κορύβαντα ἢ τούτων ἑταῖρον. Pydnam quoq; & Prasios non nemo suspicetur esse deprauata uocabula. quid senserim, legendo intelliges.

παρατίθησιν ὁμοίως.] ὅμως puto.

15 Quàm Artemidorus.] Locus hic fœdè est mutilatus. Quo enim refertur isthmus ille? quam præceps enumeratio locorum? quid est Phœnix Lampei? Tabulæ te hîc expedient. Φοινικοῦς & Φοίνιξ, λιμὴν καὶ πόλις. scriptum fuisse apparet è Ptolemæo. Minoam pro Ninoa restitui. & lego διὰ τῶν Λυκτίων. Post ante Ἄλλην δ', ἄλλων, &c. non est obscurum esse hiatum.

16 Ἑστιαιῶτιδα.] Sic omnino legendum, ut ex alijs liquet locis, prima syllaba interciderat de Erineo quoque obscurum non est, & Cytinio. Sed quis sit ille, qui Andronis sententiam οὐκ ἀποδέχεται, nescio, paßiuè enim non licet.

Λόφους ἐφαμίλλους.] hanc uocem non intelligo. Epitomæ & Eustathius ostendunt, locum esse decurtatum.

Μεγίστη δὲ τὸ ἀξ.] Lego μεῖζον, aut simile aliquid Sed & in Cnoßi descriptione uitium est.

Lyttum.] Λύκτον legi, quia Eustathius ait sic quosdam legere apud Homerum Iliad. β. 647. Quid illud πέντε καὶ Γόρτυνα? aut qualis numerus? sanè è Ptolemæo liquet Cnoßum à Libyco quam Boreo mari longiùs abesse.

17 Althęmenem.] Sic legitur apud Eustathium in Iliad. β. 649. Legi autem οὐ πιθανός, non σὺν cum mox ipse refellat. Ephorum etiam Eustathius citat, qui hîc identidem εὔφορος legitur, manifesto mendo.

18 Non animaduertit interpres locum esse mutilum, & nescio quem Phthinen cōmentus est, cum θοίνη conuiuium sit Græcis, maximè poetis, quod docere est nimis superuacaneum. Polydecten non sum ueritus restituere, cum sic constanter omnes alij nominent, & mox sic rectè legatur.

LXX stadia.] Ἑπτακοσίους. Sed ego non puto uicinum dici, quod amplius XX milliaribus Germanicis iustis distat. Itaque ἑπτήκοντα legi. Porrò Σίκινος scripsi pro Σίκηνος, alios autores, etiam Latinos, secutus. Mediam quidem breuem eße, Solonis uersus monstrat. Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης. Sed hæc alibi. Cynthum autem, non Cythum, Deli esse montem, nemo nescit, neque Cythrus, sed Cythnus est una de Cycladibus.

19 Carestus.] Καρησσός lego cum Ptolemæo, aut saltem Καρησία. Obiter moneo qui Aristochius in Aristo Chius mutarunt, potuiße hinc discere, legendum eße Aristo Cius. de qua re in Onomastico nostro plura. Vocem κονιάζεσθαι non intelligo. Interpres liberè cicutam coniecit. De Pherecyde, secutus sum Laertium, nam hæc de Βάβιος non uacat disputare. Suidas quidam Atheniensem Syro facit ætate priorem. Qui Syrium faciunt, dudum conuicti sunt in re non magna erroris: si non licet à Συρίῃ Syrium dicere, sed Aßyrium illud amomum facit, ut patrocinio me ab dicem. Apud Eustathium etiam Babylonium Pherecydem genuit librarius.

20 In Samo.] Locus in Græco est lacer. Sed Ampelum Sami promontorium etiam apud Stephanum reperies. Cercetium apud Plinium 5. 31. Numeri stadiorum in Chalcia mihi sunt suspecti. In fine libri locus est ualdè mutilatus. quod asterisco expreßi, secutus sententiam & Eustathium in Dionysium.

FINIS.

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ἙΝΔΈΚΑΤΟΝ.

## ὙΠΌΘΕΣΙΣ.

Τὸ ἑνδέκατον, ἄρχεται μὲν τῆς Ἀσίας. τοῦ δὲ Ταναΐδος ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν μερῶν ἄνωθεν, ἀρχομένου διαιρεῖν τὴν Εὐρώπην τῆς Ἀσίας. περὶ δὲ τὸ βιβλίον καὶ τὰ παρακείμενα ἔθνη ταῖς ἀρχαῖς τοῦ πρὸς τῇ ἀνατολῇ, καὶ μεσημβρίᾳ, ἣ καὶ Ἀσία ἐστί. ἔστι δὲ τῇ δὲ ἔθνη βάρβαρα τῷ βιβλίῳ ἐγκείμενα ὅσα παροικεῖ τὸ Καυκάσιον ὄρος ἐν οἷς Ἀμαζόνες τε καὶ Μασσαγέται, Σκύθαι, καὶ Ἀλβανοί, καὶ Ἴβηρες, Βακτριανοί, Κάσπιοι, Μῆδοι, Πέρσαι, Ἀρμενίαι δύο ἕως τῆς Μεσοποταμίας. ἔχει δὲ καὶ Τρωγλοδύτας, καὶ Ἡνιόχους οὕτω λεγόμενα ἔθνη. καὶ Σκηπτούχους, Χοάνους, Ἀσσυρίους, Πολυφάγους, Ἀβιανούς, Σιρακούς, Ταπύρους. ἐπεμνήσθη δὲ Ἰάσονος καὶ Μηδείας, καὶ ὧν ἔκτισαν πόλεων. ἔτι δὲ Ξέρξου, καὶ Μιθριδάτου καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου.



Ἡ δ' Εὐρώπη συνεχής ἐστιν ἡ Ἀσία κατὰ τὸν Τάναϊν συνάπτουσα αὐτῇ. περὶ ταύτης οὖν ἐφεξῆς ῥητέον διελόντας, φυσικοῖς τισιν ὅροις τοῦ σαφοῦς χάριν. ὅπερ οὖν Ἐρατοσθένης ἐφ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐποίησε, τοῦθ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς Ἀσίας ποιητέον. Ὁ γὰρ Ταῦρος μέσην πως διέζωκε ταύτην τὴν ἤπειρον, ἀπὸ τῆς ἑσπερίας ἐπὶ τὴν ἕω τεταμένος· τὸ μὲν αὐτῆς ἀπολείπων πρὸς βορρᾶν, τὸ δὲ μεσημβρινόν. καλοῦσι δ' αὐτῶν οἱ Ἕλληνες, τὸ μὲν ἐντὸς τοῦ Ταύρου, τὸ δ' ἐκτός. εἴρηται δὲ ταῦθ' ἡμῖν καὶ πρότερον· ἀλλ' εἰρήσθω καὶ νῦν ὑπομνήσεως χάριν. Πλάτος μὲν οὖν ἔχει τὸ ὄρος πολλαχοῦ καὶ τρισχιλίων σταδίων, μῆκος δ' ὅσον καὶ τῆς Ἀσίας τεττάρων πως μυριάδων, καὶ πεντακισχιλίων, ἀπὸ τῆς Ῥοδίων περαίας ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς Ἰνδικῆς καὶ Σκυθίας πρὸς τὰς ἀνατολάς. διῄρηται δ' εἰς μέρη πολλά, καὶ ὀνόματα περιγραφαῖς, καὶ μείζοσι, καὶ ἐλάττοσιν ἀφωρισμένα. ἐπεὶ δ' ἐν γὰρ τοσούτῳ πλάτει τοῦ ὄρους ἀπολαμβάνεταί τινα ἔθνη, τὰ μέν, ἀσημότερα, τὰ δέ, καὶ παντελῶς γνώριμα· (καθάπερ ἡ Παρθυαία, καὶ Μηδία, καὶ Ἀρμενία καὶ Καππαδοκῶν τινες, καὶ Κίλικες, καὶ Πισίδαι) τὰ μὲν πλεονάζοντα τοῖς προσβόροις μέρεσιν, ἐνταῦθα τακτέον, τὰ δ' ἐν τοῖς νοτίοις, εἰς τὰ νότια, καὶ τὰ ἐν μέσῳ δὲ τῶν ὀρῶν κείμενα, διὰ τὰς τῶν ἀέρων ὁμοιότητας πρὸς βορρᾶν θετέον. ψυχροὶ γὰρ εἰσιν, οἱ δὲ νότιοι, θερμοί. καὶ τῶν ποταμῶν δὲ αἱ ῥύσεις ἐνθένδε οὖσαι πᾶσαι σχεδόν τε

# STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER VNDECIMVS.

## ARGVMENTVM.

*Vndecimus Asiam incipit, quam Tanais in superioribus septentrionis partibus nascens disiungit ab Europa. Continet hic liber gentes Tanaidis ortui adiacentes, orientem ac meridiem uersus, item omnes Carbaras nationes, quæ Caucasum montem accolunt, è quibus sunt Amazones Massagetæ Scythæ, Albani, Iberes, Bactriani, Caspij, Medi, Persæ, Armeniæ duæ usque in Mesopotamiam. Complectitur etiam Troglodytas, & gentes eas quæ Heniochi dicuntur. Item Sceptuchos, Choanos, Assyrios, Polyphagos, Abianos, Siracos, Tapyros. Meminit Iasonis, & Medeæ, & urbium quas condiderunt: meminit etiam Xerxis, Mithridatis, & Alexandri eius qui ex Philippo natus est.*



De Asia, quæ ad Tanaim flumen Europam attingit, deinceps nobis dicẽdum est, eaque naturalibus quibusdam terminis circũscribenda perspicuitatis causa: idque de Asia nobis agendum est, quod de tota habitata terra fecit Eratosthenes. Eam cõtinẽtem Taurus mediam ferè cinguli in morem diuidit, ab occasu 1 ad ortum porrectus, 1 unamque eius partem uersus septentriones, alterum uersus meridiem relinquens. Græci unam partem intra, alterã extra Taurum appellant. Hæc ante quoque dicta sunt: sed nunc memoriæ causa renouandæ repetantur. Latus est Taurus sæpe etiam tria stadiorum millia, longitudine (quanta etiam Asiæ est.) XLV millium, à continente quæ Rodo obposita est usque ad extremitates Indiæ & Scythiæ orientales. Diuiditur autem in partes uarias, & nomina circumscriptionibus quâ maioribus quâ minorib. definita. Quoniam autem in tanta latitudine montis compræhenduntur quædam gentes, aliæ obscuriores, aliæ admodum notæ, ut Parthorum, Medorum, Armeniorum, Cappadoces aliliqui & Cilices, ac Pisidæ: quæ ad septentrionalem plagam inclinant, in ea collocari debent: quæ ad Austrum, in meridionali. quæ in medijs sunt montibus, ob aëris similitudinem septentrionalibus adiungendæ uidentur: frigidæ enim sunt, austrinæ calidę. Fluminum quoque effluxus ferè omnes in diuersas ferun-

Taurus mons.

ferun tur partes, alij septentrionales, alij meridionales: saltem ab initio: tametsi quidam deinde uersus ortum aut occasum conuertuntur. † Opportuneq́ue adhibentur montes hi ad Asiæ in duas partes diuisionem terminis suis includendam. sicut mare quod intra columnas est, & ferè maiori parte ad lineam rectam Tauro opponitur, commodè duas continentes Europam atque Africam distinguit, memorabilis utriusque limes. Cæterùm in descriptione terræ ex Europa in Asiam transeunti, huius partes septentrionales primò occurrunt de sectione in duas facta portiones. itaque ab ijs ordiemur. Ex his prima sunt ea, quæ iuxta Tanain sunt sita, quem Asiæ atque Europę limitem constitueramus. Ea quodammodo peninsulam referunt. Includuntur enim uersus occasum fluuio Tanai, & palude Mæotide usque ad Bosporum & oram Euxini maris maritimam quæ in Colchidem desinit: à septentrione Oceano, usque ad ostium Caspij maris. ab ortu ipso mari Caspio, usque ad confinia Albaniæ & Armeniæ, quâ Cyrus & Araxes fluuij effunduntur, hic per Armeniam, ille per Iberiam & Albaniam labens. à meridie ea terra, quæ ab ostijs Cyri usque ad Colchidem, à mari ad mare per Albaniam & Iberos porrigitur, ac isthmi formam habet, stadiorum circiter CIƆ CIƆ CIƆ. Ratio eorum habenda nulla est, qui cum Clitarcho adeò in arctum cogunt eum isthmum, ut eluuione utriusque maris perfundi dicant. Posidonius eum facit latum CIƆ IƆ stadia: quantum hunc etiam, qui à Pelusio ad rubrum est mare. neque multum puto (ait.) ab his differre eum qui à Mæotide est ad Oceanum usque. Cæterùm haud scio quomodo ei fidem habere quisquã possit de rebus obscuris dicenti, ubi nullam habet quam sequatur probabilitatem: quando tam aliena à ratione pronunciat de rebus manifestis. cùm quidem Pompeij amicus fuerit, qui exercitum in Iberos Albanosq́ue duxit, ad utrumque usque mare, Caspium ac Colchicum. Etenim Pompeium aiunt Rodum uenisse, quo tempore ad bellum piraticum proficiscebatur, mox aduersus Mithridatem ducturus & gentes ad Caspium usque mare sitas: ibique Posidonium disserentem compellasse, inq́ue suo discessu interrogasse, ecquid mandaret: eum autem dixisse,

δόν τι εἰς τἀναντία, αἱ μὲν εἰς τὰ βόρεια, αἱ δ' εἰς τὰ νότια μέρη, τάς γε πρῶτα· κἂν ὕστερόν τινες ἐπιστρέφωσι πρὸς ἀνατολὰς ἢ δύσεις. ἔχωσί τι εὐφυὲς πρὸς τὸ τοῖς ὄρεσι ὁρίοις χρῆσθαι κατὰ τὴν εἰς δύο μέρη διαίρεσιν τῆς Ἀσίας. καθάπερ, καὶ ἡ θάλαττα ἡ ἐντὸς στηλῶν ἐπ' εὐθείας πως οὖσα ἡ πλείστη τοῖς ὄρεσι τούτοις ἐπιτηδεία γεγένηται πρὸς τὸ δύο ποιεῖν ἠπείρους, τήν τε Εὐρώπην, καὶ τὴν Λιβύην, ὅριον ἀμφοῖν οὖσα ἀξιόλογον. Τοῖς δὲ μεταβαίνουσιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ γεωγραφίᾳ, τὰ πρὸς Βορρᾶν ἐστι πρῶτα τῆς εἰς δύο διαιρέσεως· ὥστε ἀπὸ τούτων ἀρκτέον. Αὐτῶν δὲ τούτων πρῶτά ἐστι τὰ περὶ τὸν Τάναϊν, ὃν πέρ τῆς Ἀσίας, καὶ τῆς Εὐρώπης ὅριον ὑπεθέμεθα. Ἔστι δὲ ταῦτα τρόπον τινὰ χερρονησιάζοντα. περιέχεται γὰρ ἐκ μὲν τῆς ἑσπέρας ὑπὸ ποταμῶ ὑπὸ Ταναΐδι, καὶ τῇ Μαιώτιδι μέχρι τοῦ Βοσπόρου, καὶ τῆς τοῦ Εὐξείνου παραλίας τῆς τελευτώσης εἰς τὴν Κολχίδα. ἐκ δὲ τῶν ἄρκτων ὑπὸ Ὠκεανῷ, μέχρι τοῦ στόματος τῆς Κασπίας θαλάττης. ἕωθεν δὲ αὐτῇ ταύτῃ τῇ θαλάττῃ μέχρι τῶν μεθορίων τῆς τε Ἀλβανίας, καὶ τῆς Ἀρμενίας, καθὰ ὁ Κῦρος, καὶ ὁ Ἀράξης ἐκδιδῶσι ποταμός, ῥέων ὁ μὲν, διὰ τῆς Ἀρμενίας, Κῦρος δὲ διὰ τῆς Ἰβηρίας καὶ τῆς Ἀλβανίας. ἐκ νότου δὲ ἡ ἀπὸ τῆς ἐκβολῆς τοῦ Κύρου μέχρι τῆς Κολχίδος ὅσον τρισχιλίων οὖσα σταδίων ἀπὸ θαλάττης ἐπὶ θάλατταν, διὰ Ἀλβανῶν, καὶ Ἰβήρων, ὥστε ἰσθμοῦ λόγον ἔχειν. οἱ δ' ἐπὶ τοσοῦτον συναγαγόντες τὸν ἰσθμόν, ἐφ' ὅσον Κλείταρχος, ἐπίκλυστον φήσας ἐξ ἑκατέρου τοῦ πελάγους, οὐδ' ἂν λόγου ἀξιοῖντο. Ποσειδώνιος δεχιλίων πεντακοσίων εἴρηκε τὸν ἰσθμόν, ὅσον καὶ τὸν ἀπὸ Πηλουσίου ἰσθμὸν εἰς τὴν ἐρυθράν. δοκῶ δέ φησι μὴ πολὺ διαφέρειν μηδὲ τὸν ἀπὸ τῆς Μαιώτιδος εἰς τὸν Ὠκεανόν. οὐκ οἶδα δὲ, πῶς ἄν τις περὶ τῶν ἀδήλων αὐτῷ πιστεύσειε, μηδ' ἐν εἰκὸς ἔχοντι εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, ὅταν περὶ τῶν φανερῶν οὕτω παραλόγως λέγῃ· καὶ ταῦτα φίλος Πομπηΐῳ γεγονὼς, τῷ στρατεύσαντι ἐπὶ τοὺς Ἴβηρας, καὶ Ἀλβανοὺς, μέχρι τῆς ἐπ' ἑκάτερα θαλάττης, τῆς τε Κασπίας καὶ τῆς Κολχικῆς. Φασὶ γοῦν ἐν Ῥόδῳ γενόμενον τὸν Πομπήϊον, ἡνίκα ἐπὶ τὸν λῃστρικὸν πόλεμον ἐξῆλθεν, εὐθὺς δ' ἔμελλε καὶ ἐπὶ Μιθριδάτην ὁρμήσειν καὶ τὰ μέχρι τῆς Κασπίας ἔθνη, παρατυχεῖν διαλεγομένῳ τῷ Ποσειδωνίῳ. ἀπιόντα δ' ἐρέσθαι εἴ τι προστάττει· τὸν δ' εἰπεῖν,

αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων.

Προστίθει δὲ τούτοις, ὅτι καὶ τὴν ἱστορίαν συνέγραψε τὴν περὶ αὐτόν. δεῖ δ' ἦ ταῦτα ἐχρῆν φροντίσαι τἀληθοῦς πλέον ἦ. Δεύτερον δ' ἂν εἴη μέρος, τὸ ὑπὲρ τῆς Ὑρκανίας θαλάττης ἣν Κασπίαν καλοῦμεν μέχρι τῶν κατ' Ἰνδοὺς Σκυθῶν. τρίτον δὲ μέρος τὸ συνεχὲς τῷ λεχθέντι ἰσθμῷ, καὶ ἀεὶ τὰ ἑξῆς τούτῳ, καὶ ταῖς Κασπίαις πύλαις τῶν ἐντὸς τοῦ Ταύρου καὶ τῆς Εὐρώπης ἐγγυτάτω. ταῦτα δ' ἐστὶ Μηδία καὶ Ἀρμενία, καὶ Καππαδοκία καὶ τὰ μεταξύ. τέταρτον δ' ἡ ἐντὸς Ἅλυος γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ τῷ Ταύρῳ, καὶ ἐκτὸς, ὅσα εἰς τὴν χερρόνησον ἐκπίπτει, ἣν ποιεῖ ὁ διείργων ἰσθμὸς τήν τε Ποντικὴν, καὶ τὴν Κιλικίαν θάλασσαν. τῶν δὲ ἄλλων τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου, τήν τε Ἰνδικὴν τίθεμεν καὶ τὴν Ἀριανὴν, μέχρι τῶν ἐθνῶν τῶν καθηκόντων πρός τε τὴν κατὰ Πέρσας θάλατταν καὶ τὸν Ἀράβιον κόλπον καὶ τὸν Νεῖλον καὶ πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος, καὶ τὸ Ἰσσικόν. Οὕτω δὲ διακειμένων, τὸ πρῶτον μέρος οἰκοῦσιν, ἐκ μὲν τῶν πρὸς ἄρκτον μερῶν, καὶ τὸν Ὠκεανὸν, Σκυθῶν τινὲς Νομάδων, καὶ Ἁμαξικοί. ἐνδοτέρω δὲ τούτων, Σαρμάται, καὶ οὗτοι Σκύθαι, Ἄορσοι καὶ Σιρακοὶ, μέχρι τῶν Καυκασίων ὀρῶν ἐπὶ μεσημβρίαν τεινόντων. οἱ μὲν, Νομάδων, οἱ δὲ, καὶ Σκηνῖται καὶ γεωργοί. περὶ δὲ τὴν λίμνην Μαιῶται, πρὸς δὲ τῇ θαλάττῃ τοῦ Βοσπόρου τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐστὶ, καὶ ἡ Σινδική. μετὰ δὲ ταύτην Ἀχαιοὶ καὶ Ζύγοι, καὶ Ἡνίοχοι, Κερκέται τε καὶ Μακροπώγωνες. ὑπέρκειται δὲ τούτων καὶ τὰ τῶν Φθειροφάγων στενά. μετὰ δὲ τοὺς Ἡνιόχους, ἡ Κολχὶς ὑπὸ τοῖς Καυκασίοις ὄρεσι καὶ τοῖς Μοσχικοῖς. ἐπεὶ δ' ὅριον ὑπόκειται τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ὁ Τάναϊς ποταμὸς, ἐντεῦθεν ἀρξάμενοι τὰ καθ' ἕκαστα ὑπογράψομεν.

Φέρεται μὲν οὖν ἀπὸ τῶν ἀρκτικῶν μερῶν, οὐ μὴν ὡς ἂν κατὰ διάμετρον ἀντίρρους τῷ Νείλῳ καθάπερ νομίζουσιν οἱ πολλοί, ἀλλὰ ἑωθινώτερος ἐκείνου παραπλησίως ἐκείνῳ τὰς ἀρχὰς ἀδήλους ἔχων. ἀλλὰ τοῦ μὲν, πολὺ τὸ φανερὸν, χώραν διεξιόντος πᾶσαν εὐεπίμικτον, καὶ μακροὺς ἀνάπλους ἔχοντος. τοῦ δὲ Τανάϊδος τὰς μὲν ἐκβολὰς ἴσμεν (. δύο δ' εἰσὶν εἰς τὰ ἀρκτικώτατα μέρη τῆς Μαιώτιδος, ἑξήκοντα σταδίους ἀλλήλων διέχουσαι.) τὸ δ' ὑπὲρ τῶν ἐκβολῶν, ὀλίγον τὸ γνώριμόν ἐστι, διὰ τὰ

Rem gere præclarè, atque alijs præstare memento. *Iliad. ξ. 208.*

τὰ δὲ νῦν ὄντα λεκτέον. Ἔστι δὴ νῦν ὄρη δύο τὰ ὑπερκείμενα τῆς Προποντίδος, ὅ τε Ὄλυμπος ὁ Μύσιος καὶ ἡ Ἴδη. τῷ μὲν οὖν Ὀλύμπῳ τὰ τῶν Βιθυνῶν ὑποπέπτωκε. τῆς δὲ Ἴδης μεταξὺ καὶ τῆς θαλάττης ἡ Τροία κεῖται, συνάπτουσα τῷ ὄρει. περὶ μὲν οὖν ταύτης ἐροῦμεν ὕστερον, καὶ τῶν συνεχῶν αὐτῇ πρὸς νότον. νῦν δὲ περὶ τῶν Ὀλυμπηνῶν καὶ τῶν ἐφεξῆς μέχρι τοῦ Ταύρου παραλλήλων τοῖς προεφωδευμένοις λέγωμεν. Ἔστι τοίνυν ὁ Ὄλυμπος κύκλῳ μὲν οὐ συνοικούμενος, ἐν δὲ τοῖς ὕψεσι δρυμοὺς ἐξαισίους ἔχων, καὶ λῃστήρια δυνάμενος ἐκτρέφειν τόπους εὐερκεῖς. ἐν οἷς καὶ τύραννοι συνίστανται πολλάκις, οἱ δυνάμενοι συμμένειν πολὺν χρόνον. καθάπερ Κλέων ὁ καθ᾽ ἡμᾶς τῶν λῃστηρίων ἡγεμών. οὗτος δ᾽ ἦν μὲν ἐκ Γορδίου κώμης, ἣν ὕστερον αὐξήσας ἐποίησε πόλιν, καὶ προσηγόρευσεν Ἰουλιόπολιν. λῃστηρίῳ δ᾽ ἐχρῆτο καὶ ὁρμητηρίῳ κατ᾽ ἀρχὰς, τῷ καρτερωτάτῳ τῶν χωρίων, ὄνομα Καλλυδίῳ. ὑπῆρξε δ᾽ Ἀντωνίῳ μὲν χρήσιμος ἐπελθὼν τοὺς ἀργυρολογοῦντας Λαβιηνῷ, καθ᾽ ὃν χρόνον ἐκεῖνος τὴν Ἀσίαν κατεῖχε, καὶ κωλύσας τὰς παρασκευάς. ἐν δὲ τοῖς Ἀκτιακοῖς ἀποστὰς Ἀντωνίου, τοῖς Καίσαρος προσέθετο στρατηγοῖς, καὶ ἐτιμήθη πλέον ἢ κατ᾽ ἀξίαν, προσλαβὼν τοῖς παρ᾽ Ἀντωνίου δοθεῖσι, καὶ τὰ παρὰ τοῦ Καίσαρος, ὥστ᾽ ἀντὶ λῃστοῦ δυνάστου περιέθετο σχῆμα. ἱερεὺς μὲν ὢν τοῦ Ἀβρεττηνοῦ Διὸς Μυσίου θεοῦ, μέρος δ᾽ ἔχων ὑπήκοον τῆς Μορηνῆς. Μυσία δ᾽ ἐστὶ καὶ αὐτὴ καθάπερ ἡ Ἀβρεττηνή. λαβὼν δὲ ὕστατα καὶ τὴν ἐν τῷ Πόντῳ τῶν Κομάνων ἱερωσύνην, εἰς ἣν κατελθὼν, ἐντὸς μηνιαίου χρόνου κατέστρεψε τὸν βίον. νόσος δ᾽ ἐξήγαγεν αὐτὸν ὀξεῖα· εἴτ᾽ ἄλλως ἐπιπεσοῦσα ἐκ τῆς ἄδην πλησμονῆς, εἴθ᾽ ὡς ἔφασαν οἱ περὶ τὸ ἱερὸν κατὰ μῆνιν τῆς θεοῦ. ἐν γὰρ τῷ περιβόλῳ τοῦ τεμένους, ἡ οἴκησίς ἐστιν, ἥ τε τοῦ ἱερέως, καὶ τῆς ἱερείας. τὸ δὲ τέμενος χωρὶς τῆς ἄλλης ἁγιστείας, διαφανῶς καθαρεύει τῆς τῶν ὑείων κρεῶν βρώσεως, ὅπου γε καὶ ἡ ὅλη πόλις οὐδ᾽ εἰσάγεται εἰς αὐτὴν ὗς. ὁ δ᾽ ἐν τοῖς πρώτοις τὸ λῃστρικὸν ἦθος ἐπεδείξατο εὐθὺς κατὰ τὴν πρώτην εἴσοδον, τῇ παραβάσει τούτου τοῦ ἔθους, ὥσπερ οὐχ ἱερεὺς εἰσεληλυθὼς, ἀλλὰ διαφθορεὺς τῶν ἱερῶν. ὁ μὲν δὴ Ὄλυμπος τοιόσδε. περιοικεῖται δὲ πρὸς ἄρκτον μὲν ὑπὸ τῶν Βιθυνῶν, καὶ Μυγδόνων, καὶ Δολιόνων. τὸ δὲ λοιπὸν ἔχουσι Μυσοὶ καὶ Ἐπίκτητοι. Δολίονας μὲν οὖν μάλιστα καλοῦσι τοὺς περὶ Κύζικον ἀπὸ Αἰσήπου ἐς Ῥυνδάκου, καὶ τῆς Δασκυλίτιδος λίμνης. Μύγδονας δὲ τοὺς ἐφεξῆς τούτοις, μέχρι τῆς Μυρλεανῶν χώρας. ὑπέρκειται δὲ τῆς Δασ-

præsens status explicandus est. Supra Propontidem duo siti sunt montes, Olympus & Ida. Olympo subiacet Bithynia. inter Idam & mare sita est Troia, montem attingẽs. De hac & ei contiguis meridiem uersus, postea dicemus. nunc de Olympenis, & quæ deinceps ad Taurum usque paribus spacijs iuxta ante descriptas regiones porriguntur, uerba nobis sunt facienda. Olympus mons est, in cuius circuitu non habitatur. in summitatibus autem ingentes habet syluas, & loca natura munita, ac recipiendis prædonum turmis apta. quæ sæpe à tyrannis occupantur diu durare ualentibus. Qualis fuit nostro tempore Cleo prædonũ dux, oriundus Gordo pago, quem auxit deinde, urbemq́ fecit, ac Iuliopolin denominauit. is ab initio arce ac receptaculo usus est robustissimo castellorum, nomine Callydio. Et multum sanè profuit Antonio, eos qui pecuniam Labieno Asiæ præfecto colligiebant inuadens, atque apparatus impediens. Actiaco autem bello defecit ab Antonio, & Cæsaris legatis se adiũxit, ac maiores quàm quibus dignus esset honores repperit. Nam ad ea quæ Antonius dederat, alia Cæsar adiecit, ut iam pro latrone speciem reguli gereret: sacerdos factus Iouis Abretteni, qui Mysiorum est deus, & Morenæ (quæ itidem ut Abrettena Mysiæ est pars.) portione donatus. demum etiam Comanense in Ponto sacerdotium ei obtigit: quod cùm adijsset, intra mensem uita decessit, morbo exstinctus acuto. siue in eum aliâs incidit ex nimia repletione: siue (ut templi ministri aiebant.) ira deæ. Etenim in circuitu templi & pontificis est, & antistitæ habitatio ipse sacer locus præter reliquam sanctimoniũ apprimè purus est à suillarum esu carnium: atque adeò in ipsam urbem porcus intromittitur nullus. quem morem ille primo statim aduentu uiolauit, latronis ingenium declarans: ut qui non pontifex, sed sacrorum corruptela eò uenisset. Olympus ergo talis est. Versus septentrionem accolunt eum Bithyni, Mygdones, Doliones. reliquum habent Mysi & Epicteti. Dolionas uocant potissimùm qui circa Cyzicum sunt ab Aesepo ad Ryndacum usque, & Dascylitidem paludem. Mygdonas, qui deinceps usque ad Myrleanum agrum. Supra Dascylitidem

Olympus, & Idas

*

Cleo latro.

Doliones.

Mygdones.

cylitidem aliæ duæ sunt paludes, Apolloniatis & Miletopolitis. ad Dascylitidem urbs est Dascylium: ad Miletopolitidem Miletopolis: ad tertiam Apollonia quæ uocatur ad Ryndacum. pleraque istorum nunc Cyziceni habent. Insula in Propontide est Cyzicus, duobus pontibus continenti adiuncta, uirtute præstans admodum, ambitu ad ID stadia. urbem eiusdem nominis habet ad ipsos pontes, duosq; portus qui claudi possunt, & naualia CC plura. pars urbis in plano est, alia monti adiacet. mons Vrsorum mons dicitur. supra hunc est alius, Dindymum, uno cacumine. in eo monte fanum est Dindymenes deorum matris dedicatum ab Argonautis. Hæc urbs comparari potest cum principibus Asiæ urbibus. ob magnitudinem, pulcritudinem, & legum bonitatem, bello paciq́ue iuxta accommodata. uideturq; iisdem ornamentis prædita, quibus Rodiorum, Massiliensium, Carthaginensiumq; urbes antiquitus fuerunt decoratæ. Pleraque hæc prætereo. Tres ea ciuitas habet architectos, qui curam gerunt ædificiorum publicorum & instrumentorum. tria etiam armamentaria: unum armorum, alterum machinarū, frumenti tertium: quòd à putredine defendit adiecta Chalcidica. Mithridatico bello utilitatem huius apparatus demōstrauerunt. Cùm enim deimprouisò inuasisset eos rex peditū CL millibus, magnoq; equitatu, & oppositum montem, qui Adrasteæ dicitur, occupasset, ac suburbium, deinde etiam ad ceruicem quę supra urbem est castra transtulisset, & terra urbem oppugnaret ac mari nauibus CCCC: ita hæc omnia sustinuerunt Cyziceni, ut parum etiam abfuerit quin ipsum Mithridatem caperēt uiuum in cuniculo, quem is fodiebat: cum ipsi alium ex aduerso agerent. euasit tamen, cùm re obseruata se è cuniculo subdixisset. serò Lucullus Romanorum imperator effecit, ut præsidium in urbem mittere posset. Profuit etiam urbi pestis in tāto regis exercitu coorta: quem cùm non præuidisset ille, multis suorum amissis discessit. Romani Cyzico honorem habuerunt. estq; etiamnum libera, multumq́ue habet agri, partim antiquitus, partim dono Romanorum. nam & Troadis partem habent trans Aesepum quod est ad Zelæam, & campum Adrasteæ: & Dascylitidem lacum partim

Cyzicus.

κυλίτιδος ἄλλαι δύο λίμναι μεγάλαι, ἥ τε Ἀπολλωνιᾶτις, ἥ τε Μιλητοπολῖτις. πρὸς μὲν οὖν τῇ Δασκυλίτιδι Δασκύλειον πόλις. πρὸς δὲ τῇ Μιλητοπολίτιδι, Μιλητόπολις. πρὸς δὲ τῇ τρίτῃ Ἀπολλωνία ἡ ἐπὶ Ῥυνδακῷ λεγομένη. τὰ πλεῖστα δὲ τούτων ἔχουσι Κυζικηνοὶ νυνί. Ἔστι δὲ νῆσος ἐν τῇ Προποντίδι ἡ Κύζικος συναπτομένη γεφύραις δυσὶ πρὸς τὴν ἤπειρον· ἀρετῇ μὲν κρατίστη, μέγεθος δὲ ὅσον πεντακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον. ἔχει δὲ ὁμώνυμον πόλιν πρὸς αὐταῖς ταῖς γεφύραις, καὶ λιμένας δύο κλειστούς, καὶ νεωσοίκους πλείους τῶν διακοσίων. τῆς δὲ πόλεως τὸ μὲν ἔστιν ἐν ἐπιπέδῳ, τὸ δὲ, πρὸς ὄρει. καλεῖται δ' ἄρκτων ὄρος. ὑπέρκειται δ' ἄλλο Δίνδυμον μονοφυές, ἱερὸν ἔχον τῆς Δινδυμήνης μητρὸς τῶν θεῶν, ἵδρυμα τῶν Ἀργοναυτῶν. Ἔστι δ' ἐνάμιλλος ταῖς πρώταις τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἡ πόλις, μεγέθει τε καὶ κάλλει, καὶ εὐνομίᾳ πρός τε εἰρήνην καὶ πόλεμον. ἔοικέ τε παραπλησίῳ τύπῳ κοσμεῖσθαι, ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων, καὶ Μασσαλιωτῶν, καὶ Καρχηδονίων τῶν πάλαι. τὰ μὲν οὖν πολλὰ ἐῶ. τρεῖς δ' ἀρχιτέκτονας τοὺς ἐπιμελουμένους οἰκοδομημάτων τε δημοσίων, καὶ ὀργάνων. τρεῖς δὲ καὶ θησαυροὺς κέκτηται, τὸν μὲν, ὅπλων, τὸν δ' ὀργάνων, τὸν δὲ, σίτου. ποιεῖ δὲ τὸν σῖτον ἄσηπτον ἡ Χαλκιδικὴ μιγνυμένη. Ἐπεδείξαντο δὲ τὴν ἐκ τῆς παρασκευῆς ταύτης ὠφέλειαν ἐν τῷ Μιθριδατικῷ πολέμῳ. Ἐπελθόντος γὰρ αὐτοῖς ἀδοκήτως τοῦ βασιλέως πεντεκαίδεκα μυριάσι, καὶ ἵππῳ πολλῇ, καὶ κατασχόντος τὸ ἀντικείμενον ὄρος ὃ καλοῦσιν Ἀδραστείας, καὶ τὸ προάστειον, ἔπειτα καὶ διάραντος εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως αὐχένα, καὶ προσμαχομένου πεζῇ τε, καὶ κατὰ θάλατταν τετρακοσίαις ναυσίν. ἀντέσχον πρὸς ἅπαντα οἱ Κυζικηνοί, ὥστε καὶ ἐγγὺς ἦλθον τοῦ ζωγρίᾳ λαβεῖν τὸν βασιλέα ἐν τῇ διώρυγι ἀντιδιορύττοντες. ἀλλ' ἔφθη φυλαξάμενος, καὶ ἀναλαβὼν ἑαυτὸν ἔξω τοῦ ὀρύγματος. ὀψὲ δὲ ἴσχυσεν εἰσπέμψαι τινὰς νύκτωρ ἐπικούρους ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς Λεύκουλλος. ὤνησε δὲ καὶ λοιμὸς τῷ τοσούτῳ πλήθει τῆς στρατείας ἐπιπεσών, ὃν οὐ προείδετο ὁ βασιλεύς, ὡς ἀπῆλθε πολλοὺς ἀποβαλών. Ῥωμαῖοι δ' ἐτίμησαν τὴν πόλιν. καὶ ἔστιν ἐλευθέρα μέχρι νῦν, καὶ χώραν ἔχει πολλήν, τὴν μὲν, ἐκ παλαιοῦ, τὴν δέ, τῶν Ῥωμαίων προσθέντων. καὶ γὰρ τῆς Τρῳάδος ἔχουσι τὰ πέραν τοῦ Αἰσήπου, τὰ περὶ τὴν Ζέλειαν, καὶ τὸ τῆς Ἀδραστείας πεδίον. καὶ τῆς Δασκυλίτιδος λίμνης, τὰ μὲν, ἔχουσιν ἐκεῖνοι, τὰ

νοι, τὰ δὲ, Βυζάντιοι. πρὸς δὲ τῇ Δολιονίδι, καὶ τῇ Μυγδονίδι νέμονται πολλὴν, μέχρι τῆς Μιλητοπολίτιδος λίμνης, καὶ τῆς Ἀπολλωνιάτιδος αὐτῆς. δι' ὧν χωρίων, καὶ ὁ Ῥυνδακὸς ῥεῖ ποταμὸς, τὰς ἀρχὰς ἔχων ἐκ τῆς Ἀζανίτιδος. προσλαβὼν δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἀβρεττηνῆς Μυσίας ἄλλους τε καὶ Μακεστὸν ἀπ' Ἀγκύρας τῆς Ἀβασίτιδος ἐκδίδωσιν εἰς τὴν Προποντίδα κατὰ Βέσβικον νῆσον. ἐν ταύτῃ δὴ τῇ νήσῳ τῶν Κυζικηνῶν ὄρος ἐστὶν εὔδενδρον Ἀρτάκη. καὶ νησίον ὁμώνυμον πρόκειται τούτου. καὶ πλησίον ἀκρωτήριον Μέλανος καλούμενον ἐν παράπλῳ τοῖς εἰς Πρίαπον κομιζομένοις ἐκ τῆς Κυζίκου. Τῆς δ' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ Νακόλεια, καὶ Κοτυάειον, καὶ Μιδάειον, καὶ Δορύλαιον πόλεις, καὶ Κάδοι· τοὺς δὲ Κάδους ἔνιοι τῆς Μυσίας φασίν. Ἡ δὲ Μυσία κατὰ τὴν μεσόγαιαν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπηνῆς ἐπὶ τὴν Περγαμηνὴν καθήκει, καὶ τὸ Καΐκου λεγόμενον πεδίον· ὥστε μεταξὺ κεῖσθαι τῆς τε Ἴδης, καὶ τῆς Κατακεκαυμένης, ἣν οἱ μὲν Μυσίαν, οἱ δὲ Μαιονίαν φασίν. Ὑπὲρ δὲ τῆς Ἐπικτήτου πρὸς νότον ἐστὶν ἡ μεγάλη Φρυγία, λιποῦσα ἐν ἀριστερᾷ τὴν Πεσινοῦντα, καὶ τὰ περὶ Ὀρκαορυκοὺς καὶ Λυκαονίαν. ἐν δεξιᾷ δὲ Μαίονας, καὶ Λυδοὺς καὶ Κᾶρας. ἐν ᾗ ἐστὶν ἥ τε Παρώρειος λεγομένη Φρυγία, καὶ ἡ πρὸς Πισιδίαν, καὶ τὰ περὶ Ἀμόριον καὶ Εὐμένειαν, καὶ Σύνναδα. εἶτα Ἀπάμεια ἡ Κιβωτὸς λεγομένη, καὶ Λαοδίκεια, αἵπερ εἰσὶ μέγισται τῶν κατὰ τὴν Φρυγίαν πόλεων. περίκειται δὲ ταύτης καὶ πολίσματα Ἀφροδισιὰς, Κολοσσαὶ, Θεμισώνιον, Σαναός, μητρόπολις Ἀπολλωνίας. ἔτι δὲ ἀπωτέρω τούτων Πέλται, Ταβέαι, Εὐκαρπία, Λυσιάς. Ἡ μὲν οὖν Παρώρεια, ὀρεινήν τινα ἔχει ῥάχιν, ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐκτεινομένην ἐπὶ δύσιν. ταύτῃ δ' ἑκατέρωθεν ὑποπέπτωκέ τι πεδίον μέγα, καὶ πόλεις πλησίον αὐτῆς, πρὸς ἄρκτον μὲν Φιλομήλιον, ἐκ θατέρου δὲ μέρους Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Πισιδίᾳ καλουμένη. ἡ μὲν, ἐν πεδίῳ κειμένη, ἡ δ' ἐπὶ λόφου, ἔχουσα ἀποικίαν Ῥωμαίων. Ταύτην δ' ᾤκισαν Μάγνητες οἱ πρὸς Μαιάνδρῳ. Ῥωμαῖοι δ' ἠλευθέρωσαν τῶν βασιλέων, ἡνίκα τὴν ἄλλην Ἀσίαν Εὐμένει παρέδοσαν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου. ἦν δὲ ἐνταῦθα καὶ ἱερωσύνη τις Μηνὸς Ἀρκαίου, πλῆθος ἔχουσα ἱεροδούλων, καὶ χωρίων ἱερῶν. κατελύθη δὲ μετὰ τὴν Ἀμύντου τελευτὴν ὑπὸ τῶν πεμφθέντων ἐπὶ τὴν ἐκείνου κληρονομίαν. Σύνναδα δ' ἐστὶν οὐ μεγάλη πόλις. πρόκειται δ' αὐτῆς ἐλαιόφυτον πεδίον ὅσον ἑξήκοντα σταδίων. ἐπέ-

tim Byzantij habent, partim Cyziceni. hi ad Dolionidem quoque & Mygdonidem multis fruuntur, usque ad Miletopolitidē & Apolloniatidem paludem. Per has regiones Ryndacus labitur fluuius, ortus in Azanitide. recipiensque ex Abrettena Mysia cùm alios tum Macestū ab Ancyra Abasitidis fluentem, in Propōtidem exit apud Besbicum insulam. in hac mons est Cyzicenorum, nomine Artace, arboribus probè consitus: & insula eiusdem nominis ante eum iacet, & promontorium quod Melanos dicitur. id præteruehuntur qui à Cyzico Priapum nauigant. At Epicteti Phrygiæ sunt Azani, Nacolæa, Cotyæum, Midaium, Dorylæum urbes, & Cadi: quam Mysię alij adscribunt. My*Epictetus.* *Mysia.* sia in mediterraneis ab Olympena ad Pergamenam est porrecta, & campū Caici dictum ita ut sit sita inter Idam, & Catakekaumenā, hoc est combustam siue Mysiam, siue Mæoniam: utrunque enim fertur. Supra Epictetum uersus meridiem est magna Phrygia, *Phrygia magna* Pesinunte ad sinistram relicta, & quæ sunt circa Orcaorycos & Lycaoniam: ad dextram Mæonibus, Lydis, & Caribus. In hac est etiam quæ ad montana adiacens Parorius dicitur Phrygia, & quæ ad Pisidiam est, ac regio circa Amorium, Eumeniamque, & Synnada. deinde Apamea cognomento Cibotus, & Laodicea, quæ sunt maximè Phrygiarum urbium. His etiam circumposita sunt opposita oppida, Aphrodisias, Colossæ, Themisoniū, Sanaos, & Apollonias metropolis. longiùs deinde Peltæ, Tabeæ, Eucarpia, Lysias. Parorios Phrygia montanum habet dorsum, ab orsu uersus occasum productum. ei utrinque subiecta est magna planicies, dorsoque uicina urbs septentrionem uersus Philomelium, ad meridiem Antiochea ad Pisidiā quæ uocatur. illa in campo, hæc in colle sita, & coloniam habens Romanam. Hanc Magnetes condiderunt, qui ad Męandrum habitabant: liberauerunt à regibus Romani, quo tempore Asiam reliquam Eumeni tradiderunt quę intra Taurum iacet. Fuit ibi etiam sacerdotium Mensis † Arcæi, multitudinem hierodulorum habens & sacrorum locorum. sed euersum est à morte Amyntæ ab ijs qui in hæreditatē eius missi fuerunt. Synnada urbs est non magna. ante eam campus iacet oleis consitus, stadiorum circiter LX. ab altera parte est

*† supra Ascæi.*

te est Docimia pagus, & lapicidinæ Synnadici lapidis, ut quidem Romani appellant. nam incolæ Domicitidem & Docimæã uocant. Eæ fodinæ ab initio exiguas glebas ediderunt. sed ob sumtuum magnitudinem, quã nunc faciunt Romani, eruuntur magnæ columnæ solidi lapidis, uarietate ad Alabastritem accedentes lapidem. ita ut quanquam multum huiusce onerum ad mare uænum deducatur: tamen & columnæ & tabulæ Romam perferantur, magnitudine atque pulcritudine admiranda.

*Apamea.* Apamea emporium est magnũ eius quæ propriè dicitur Asia, ꝓxima post Ephesum dignitate. hæc enim commune est receptaculum eorum qui & ab Italia & è Græcia ueniunt. Sita est Apamea ad Marsyæ fluuij ostia. qui ad ipsam ortus urbem, mediam eam perfluit: & postquam suburbium uehemente atque præcipite fluxu percurrit: cum Mæandro coit, qui iam alium recepit suo alueo + fluuium Orgân, per ęquabile & leuiter molliterq; delatum solum. Hinc iam auctus *Mæander.* aquis Mæander, aliquandiu per Phrygiam fluit. deinde Cariam à Lydia disterminat, apud campum qui Mæandrius dicitur: nimisquàm obliquus: ita ut ab eo etiã omnes obliquitates Mæandri appellentur. tandem apud ipsam Cariam Ionia quæ nunc dicitur separata, inter Miletum & Prienam in mare exit, oritur à Celænorum quodam tumulo, ubi urbs tumulo fuit cognominis. atq; hinc ciues transtulit Antiochus Soter in eam quę nunc dicitur Apameam: cui à matre Apama ipse nomẽ fecit, filia Artabazi, quę nuptum data fuerat Seleuco Nicatori. Isti loco adsignant fabulam Olympi & Marsyæ: ac concertationem Marsyæ aduersus Apollinem. Supernè est palus calamum edens ad tibiarum lingulas aptum. ex hac palude aiunt utrunq; scaturire amnem: Marsyam inquam & Mæandrum. *Laodicea.* Laodicea cum antè esset exilis, nostra & parentum nostrorum ætate creuit: quanquam oppugnatione Mithridatis Eupatoris damnum accepisset non contemnendum. Sed soli præstantia, & læta ciuium quorundam fortuna, eam amplificauerunt. Prior Hiero, CIↃ CIↃ talẽtorum, ampliorem etiam hæreditatem legauit ciuitati, cùm multis ur-

κεῖνα δ' ἐστὶ Δοκιμία κώμη, καὶ τὸ λατόμιον τοῦ Συνναδικοῦ λίθου. οὕτω μὲν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. οἱ δ' ἐπιχώριοι Δοκιμίτην, καὶ Δοκιμαίαν. κατ' ἀρχὰς μὲν μικρὰς βώλους ἐκδιδόντος τοῦ μετάλλου. διὰ δὲ τὴν νυνὶ πολυτέλειαν τῶν Ῥωμαίων, κίονες ἐξαιροῦνται μονόλιθοι μεγάλοι, πλησιάζοντες τῷ ἀλαβαστρίτῃ λίθῳ κατὰ τὴν ποικιλίαν. ὥστε καίπερ πολλῆς οὔσης τῆς ἐπὶ θάλατταν ἀγωγῆς τῶν τηλικούτων φορτίων, ὅμως καὶ κίονες καὶ πλάκες εἰς Ῥώμην κομίζονται θαυμασταὶ κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κάλλος.

Ἀπάμεια δ' ἐστὶν ἐμπόριον μέγα τῆς ἰδίως λεγομένης Ἀσίας, δευτερεῦον μετὰ τὴν Ἔφεσον. αὕτη γὰρ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ τῆς Ἑλλάδος ὑποδοχεῖον κοινόν ἐστιν. ἵδρυται δὲ ἡ Ἀπάμεια ἐπὶ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Μαρσύου ποταμοῦ. καὶ ῥεῖ διὰ μέσης τῆς πόλεως ὁ ποταμός, τὰς ἀρχὰς ἀπὸ τῆς πόλεως ἔχων. κατενεχθεὶς δ' ἐπὶ τὸ προάστειον σφοδρῷ, καὶ κατωφερεῖ τῷ ῥεύματι, συμβάλλει πρὸς τὸν Μαίανδρον, προσειληφότα καὶ ἄλλον ποταμὸν Ὀργᾶν, δι' ὁμαλοῦ φερόμενον πρᾶον, καὶ μαλακόν. ἐντεῦθεν δ' ἤδη μέγας γενόμενος Μαίανδρος, τέως μὲν διὰ τῆς Φρυγίας φέρεται. ἔπειτα διορίζει τὴν Καρίαν, καὶ τὴν Λυδίαν, κατὰ τὸ Μαιάνδρου καλούμενον πεδίον, σκολιὸς ὢν εἰς ὑπερβολήν. ὥστε ἐξ ἐκείνου τὰς σκολιότητας ἁπάσας μαιάνδρους καλεῖσθαι. τελευτῶν δὲ κατὰ Καρίαν αὐτήν, διαιρεῖ τὴν ὑπὸ τῶν Ἰώνων νῦν κατεχομένην, καὶ μεταξὺ Μιλήτου, καὶ Πριήνης, ποιεῖται τὰς ἐκβολάς. Ἄρχεται δὲ ἀπὸ Κελαινῶν λόφου τινός, ἐν ᾧ πόλις ἦν ὁμώνυμος τῷ λόφῳ. ἐντεῦθεν δ' ἀναστήσας τοὺς ἀνθρώπους ὁ Σωτὴρ Ἀντίοχος εἰς τὴν νῦν Ἀπάμειαν τῆς μητρὸς ἐπώνυμον τὴν πόλιν ἀπέδειξεν Ἀπάμας. ἣ θυγάτηρ μὲν ἦν Ἀρταβάζου. δεδομένη δ' ἐτύγχανε πρὸς γάμον Σελεύκῳ τῷ Νικάτορι. ἐνταῦθα δὴ μυθεύεται τὰ περὶ τὸν Ὄλυμπον, καὶ τὸν Μαρσύαν, καὶ τὴν ἔριν ἣν ἤρισεν ὁ Μαρσύας πρὸς Ἀπόλλωνα. Ὑπέρκειται δὲ καὶ λίμνη φύουσα κάλαμον, τὸν εἰς τὰς γλώττας τῶν αὐλῶν ἐπιτήδειον. ἐξ ἧς ἀπολείβεσθαί φασι τὰς πηγὰς ἀμφοτέρας, τήν τε τοῦ Μαρσύου, καὶ τὴν τοῦ Μαιάνδρου. Ἡ δὲ Λαοδίκεια μικρὰ πρότερον οὖσα, αὔξησιν ἔλαβεν ἐφ' ἡμῶν, καὶ τῶν ἡμετέρων πατέρων· καίτοι κακωθεῖσα ἐκ πολιορκίας ὑπὸ Μιθριδάτου τοῦ Εὐπάτορος. ἀλλ' ἡ τῆς χώρας ἀρετή, καὶ τῶν πολιτῶν τινὲς εὐτυχήσαντες, μεγάλην ἐποίησαν αὐτήν. Ἱέρων μὲν πρότερον, ὃς πλειόνων, ἢ δισχιλίων ταλάντων κληρονομίαν κατέλιπε τῷ δήμῳ, πολλοῖς τ' ἀναθήμασιν

θήμασιν ἐκόσμησε τὴν πόλιν. Ζήνων δὲ ὁ ῥήτωρ ὕστερον, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Πολέμων, ὃς καὶ βασιλείας ἠξιώθη διὰ τὰς ἀνδραγαθίας ὑπ᾽ Ἀντωνίου μὲν πρότερον, ὑπὸ Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ μετὰ ταῦτα. Φέρει δ᾽ ὁ περὶ τὴν Λαοδίκειαν τόπος προβάτων ἀρετὰς, οὐκ εἰς μαλακότητας μόνον τῶν ἐρίων, ᾗ καὶ τῶν Μιλησίων διαφέρει, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν κοραξὴν χρόαν, ὥστε καὶ προσοδεύονται λαμπρῶς ἀπ᾽ αὐτῶν. ὥσπερ καὶ οἱ Κολοσσηνοὶ ἀπὸ τοῦ ὁμωνύμου χρώματος πλησίον οἰκοῦντες. Ἐνταῦθα δὲ ὅ τε Κάπρος, καὶ ὁ Λύκος συμβάλλει τῷ Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ποταμὸς εὐμεγέθης. ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ πρὸς τῷ Λύκῳ Λαοδίκεια λέγεται. Ὑπέρκειται δὲ τῆς πόλεως ὄρος Κάδμος, ἐξ οὗ καὶ ὁ Λύκος ῥεῖ, καὶ ἄλλος ὁμώνυμος τῷ ὄρει. τὸ πλέον δ᾽ οὗτος ὑπὸ γῆς ῥυεὶς, εἶτ᾽ ἀνακύψας συνέπεσεν εἰς ταὐτὸ τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς, ἐμφαίνων ἅμα τὸ πολύτρητον τῆς χώρας, καὶ τὸ εὔσειστον. εἰ γάρ τι ἄλλο, καὶ ἡ Λαοδίκεια εὔσειστος, καὶ τῆς πλησιοχώρου. Κάρουρα δὲ ὅριόν ἐστι τῆς Φρυγίας καὶ τῆς Καρίας. κώμη δ᾽ ἐστὶν αὕτη πανδοχεῖα ἔχουσα καὶ ζεστῶν ὑδάτων ἐκβολάς. τὰς μὲν, ἐν τῷ ποταμῷ Μαιάνδρῳ, τὰς δ᾽ ὑπὲρ τοῦ χείλους. Καὶ δή ποτε φασὶ πορνοβοσκὸν αὐλισθέντα ἐν τοῖς πανδοχείοις σὺν πολλῷ πλήθει γυναικῶν, νύκτωρ γενομένου σεισμοῦ, συναφανισθῆναι πάσας. Σχεδὸν δέ τοι εὔσειστός ἐστι καὶ πᾶσα ἡ περὶ τὸν Μαίανδρον χώρα, καὶ ὑπόνομος πυρί τε καὶ ὕδατι μέχρι τῆς μεσογαίας. Διατέτακε γὰρ ἀπὸ τῶν πεδίων ἀρξαμένη πᾶσα ἡ τοιαύτη κατασκευὴ τῆς χώρας εἰς τὰ Χαρώνεια, τό τε ἐν Ἱεραπόλει, καὶ τὰ ἐν Χαράκοις τῆς Νυσαΐδος, καὶ τὰ περὶ Μαγνησίαν καὶ Μυοῦντα. Εὔθρυπτός τε γάρ ἐστιν ἡ γῆ καὶ ψαθυρὰ πλήρης τε ἁλμυρίδων, καὶ εὐεκπύρωτος. τάχα δὲ καὶ ὁ Μαίανδρος διὰ τοῦτο σκολιός, ὅτι πολλὰς μεταπτώσεις λαμβάνει τὸ ῥεῖθρον. καὶ πολὺν χοῦν καταφέρων, ἄλλοτ᾽ ἄλλῳ μέρει τῶν αἰγιαλῶν προστίθησι. τὸ δὲ πρὸς τὸ πέλαγος βιασάμενος ἐξωθεῖ. καὶ δὴ καὶ τὴν Πριήνην πρότερον ἐπὶ θαλάττῃ οὖσαν, μεσόγαιαν πεποίηκε τετταράκοντα σταδίων προσχώματι. Καὶ ἡ Κατακεκαυμένη δὲ ἥπερ ὑπὸ Λυδῶν καὶ Μυσῶν κατέχεται, διὰ τοιαῦτά τινα τῆς προσηγορίας τετύχηκε ταύτης. ἥ τε Φιλαδέλφεια ἡ πρὸς αὐτῇ πόλις, οὐδὲ τοὺς τοίχους ἔχει πιστοὺς, ἀλλὰ καθ᾽ ἡμέραν τρόπον τινὰ σαλεύονται καὶ διίστανται. διατελοῦσι δὲ προσέχοντες τοῖς πάθεσι τῆς γῆς, καὶ ἀρχιτεκτονοῦντες

tis urbem donariis exornasset. Zeno deinde rhetor, atque huius filius Polemo: qui etiam ob res præclarè gestas regno dignatus est, primùm ab Antonio, deinde à Cæsare Augusto. Loca quæ sunt circum Laodiceam oues alunt excellentes: non mollicie modò lanarum, qua etiam Milesiis præstant: sed etiam ad coruorum nigredinis æmulum colorem: unde amplos quoque habent reditus: ut & Colosseni ab eiusdem nominis colore, in uicinia habitantes. Ibi etiam Caprus & Lycus in Mæandrum incidunt. Lycus fluuius est iustæ magnitudinis: à quo & Laodicea cognomen habet, ut ad Lycum sita dicatur. Supra urbem situs est mons Cadmus, è quo Lycus defluit. item alius monti cognominis. qui cùm haud exiguo spacio terram subeat, rursusque emergens reliquis misceatur fluminibus: simul & multis foraminibus peruium declarat solum, & obnoxium facilè terræ esse motibus & uiciniam item. Carura limes est Phrygiæ & Cariæ. Is est pagus + habens diuersoria seu receptacula peregrinorum: & eruptiones feruentium aquarum partim in Mæandro fluuio, partim supra ripam. Et quidem narrāt lenonem quendam, cum in istarum cauponarum quandam cum multitudine meritoriarum mulierum diuertisset, noctu terræmotu existente, uniuersos esse deletos. Ferè autem tota ad Mæandrum regio facilè terræ motibus concutitur, & cuniculos habet igni aut aqua plenos usque ad continentem. Nam tota ista illius terræ cauitas protenditur usque ad Charonea: quorum unum est Hierapoli, aliud ad Nysææ regionis Characa: itemque ad Magnesiam & Myuntem. Solum enim est friabile & attriti facilè, plenum salsuginis, & quod nullo negocio inflammetur. Ac fortassis etiam Mæander ita curuus est, quòd alueus eius uariè intercipitur. Sicut & multum limi deferens idem, aliâs aliis litoris partibus adpingit, aut ui facta in altum expellit. Prienam quidem anteà in mari sitam, XL stadia longo aggere continenti coniunxit. Sed & Catacecaumene, quam Lydi & Mysi possident, combustæ appellationem caussis scilicet de talibus obtinuit. ac Philadelphia urbs in ea, muros etiam tutos non habet. cùm quotidie ii pœne succutiantur ac fathiscant. & oppidani adsiduò intenti sint istis terræ adfectionibus, contraque molian-

*Terræmotibus obnoxia loca.*

moliantur. Sed & de cæteris urbibus Apamea etiã ante Mithridaticum bellũ sępe motu terræ concussa fuit. & rex cum superuenisset. uideretque urbem iam subuerti, ad substructionem centum largitus est talenta. Idem Alexandri ætate accidisse ferunt. quapropter ueri simile est Neptunum ab ijs coli, quanquam mediterraneis. & à Celæno Neptuni ex Celæna Danaidum una F. urbem fuisse denominatam. aut propter ingredinem lapidum, quæ fit ab adustione. Sed neque ea pro fabulis habenda sunt, quæ de Sipylo & subuersione eius dicuntur. Nam & nostra ætate tremores terræ Magnesiam deiecerunt: quando & Sardes, & aliæ nobilissimæ urbes ab ijsdem sunt grauissimè adflictæ multis partibus. Imperator tamen instaurauit, pecuniam largitus. quod beneficij antè etiã Trallianis præstiterat pater eius, cùm eorum corruisset gymnasium: itemq; Laodicensibus. Quid impedit, quò minùs audiamus antiquitatis scriptores? De quorum numero Xanthus Lydiæ historiæ conditor narrat quantæ ac quotæ in ista regione inciderint mutationes. quarum etiam superiùs facta est mentio. Quinetiam Typhoni quæ euenerunt, ad ista ij loca referunt, & Arimos. & Catakekaumenen eã appellant. audent etiam omnia quæ sunt inter Lydos ac Mæandrum eodem in tractu censere: cûm ob paludum & fluuiorum multitudinem, tum ob crebras terræ cauernas. Iam palus quæ Laodiceam & Apameam interiacet, quanquam maris in morem alta est, cœnosum tamen
* quidpiam & quasi è cuniculo elisum edit. Aiunt etiam in ius uocari Mæandrum, cum prorutis limitibus agrorum fines mutat multamq; ab eo exigi atque sumi è uectigalibus traiectuum. Inter Laodiceam & Carura fanum est Mensis qui Carus dicitur, magna ueneratione cultum. Nostra ætate fuit ibi schola magna medicinæ Herophileæ operam nauantium, à Zeuxide gubernata, ac deinde ab Alexandro Philaletha. sicut & patrum nostrorum tempestate Smyrnæ Erasistratea schola fuit, præside Hicesio. nunc nihil simile euenit. Sed & nationes quædam Phrygiæ nominantur, nusquam hodie exstantes: ut Berecyntes. Et Alcman ait,

Phrygium cecinit melos Cerbesium.

ac fossa

τοῦ πρὸς αὐτήν. Καὶ τῶν ἄλλων δὲ πόλεων, Ἀπάμεια μὲν καὶ πρὸ τῆς Μιθριδάτου στρατείας ἐσείσθη πολλάκις. καὶ ἔδωκεν ἐπελθὼν ὁ βασιλεὺς ἑκατὸν τάλαντα εἰς ἐπανόρθωσιν, ὁρῶν ἀνατετραμμένην τὴν πόλιν. Λέγεται δὲ καὶ ἐπ' Ἀλεξάνδρου παραπλήσια συμβῆναι. διόπερ εἰκός ἐστι καὶ τὸν Ποσειδῶνα τιμᾶσθαι παρ' αὐτοῖς, καίπερ μεσογαίοις οὖσι. καὶ ἀπὸ Κελαινοῦ τοῦ Ποσειδῶνος, ἐκ Κελαινῆς μιᾶς τῶν Δαναΐδων γενομένου κεκλῆσθαι τὴν πόλιν ἐπώνυμον· ἢ διὰ τῶν λίθων καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐκπυρώσεων μελανίαν. Καὶ τὰ περὶ Σίπυλον δὲ καὶ τὴν ἀνατροπὴν αὐτοῦ, μῦθον οὐ δεῖ τίθεσθαι. Καὶ γὰρ νῦν τὴν Μαγνησίαν τὴν ὑπ' αὐτῷ κατέβαλον σεισμοί. ἡνίκα καὶ Σάρδεις καὶ τῶν ἄλλων τὰς ἐπιφανεστάτας κατὰ πολλὰ μέρη διελυμήναντο. ἐπηνώρθωσε δ' ὁ ἡγεμὼν χρήματα ἐπιδούς, καθάπερ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς γενομένης συμφορᾶς Τραλλιανοῖς, ἡνίκα τὸ γυμνάσιον καὶ ἄλλα μέρη συνέπεσεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ τούτοις καὶ Λαοδικεῦσιν. Ἀκούειν δ' ἐστὶ τῶν παλαιῶν συγγραφέων. οἷα φησὶν ὁ τὰ Λύδια συγγράψας Ξάνθος, διηγούμενος οἷαι μεταβολαὶ κατέσχον πολλάκις τὴν χώραν ταύτην, ὧν ἐμνήσθημεν που καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν. Καὶ δὴ καὶ τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα πάθη ἐνταῦθα μυθεύουσι καὶ τοὺς Ἀρίμους, καὶ τὴν Κατακεκαυμένην ταύτην εἶναί φασιν. οὐκ ὀκνοῦσι δὲ καὶ τὰ μεταξὺ Μαιάνδρου καὶ Λυδῶν ἅπανθ' ὑπονοεῖν ταῦτα· καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν λιμνῶν καὶ ποταμῶν, καὶ τοὺς πολλαχοῦ κευθμῶνας τῆς γῆς. Ἡ δὲ μεταξὺ Λαοδικείας, καὶ Ἀπαμείας λίμνη, καὶ βορβορώδη καὶ ὑπόνομον τὴν ἀποφορὰν ἔχει πελαγία οὖσα. φασὶ δὲ καὶ δίκας εἶναι πρὸς τὸν Μαιάνδρῳ μεταφέροντι τὰς χώρας ὅταν περικρουσθῶσιν οἱ ἀγκῶνες. ἁλόντος δὲ τὰς ζημίας ἐκ τῶν πορθμικῶν διαλύεσθαι τελῶν. Μεταξὺ δὲ τῆς Λαοδικείας καὶ τῶν Καρούρων, ἱερόν ἐστι μηνὸς Κάρου καλούμενον, τιμώμενον ἀξιολόγως. συνέστηκε δὲ καθ' ἡμᾶς διδασκαλεῖον Ἡροφίλειον ἰατρῶν μέγα ὑπὸ Ζεύξιδος. καὶ μετὰ ταῦτα Ἀλεξάνδρου, τοῦ Φιλαλήθους. καθάπερ ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἡμετέρων ἐν Σμύρνῃ τὸ τῶν Ἐρασιστρατείων ὑπὸ Ἱκεσίου. νῦν δ' οὐχ ὁμοίως τι συμβαίνει. Λέγεται δέ τινα φῦλα Φρύγια οὐδαμοῦ δεικνύμενα. ὡς περ οἱ Βερέκυντες. καὶ Ἀλκμὰν λέγει,

Φρύγιον ηὔλησε μέλος τὸ Κερβήσιον.

καὶ Βο-

καὶ βόθυνός τις λέγεται Κερβήσιος ἔχων ὀλεθρίους ἀποφοράς, ἀλλ' οὗτός γε δείκνυται. οἱ δ' ἄνθρωποι οὐκέθ' οὕτω λέγονται. Αἰσχύλος δὲ συγχεῖ ἐν τῇ Νιόβῃ. φησὶ γὰρ, ἐκείνη μνησθήσεται τῶν περὶ Τάνταλον.

οἷς ἐν ἰδαίῳ πάγῳ Διὸς πατρῴου βωμός ἐστι.

Καὶ πάλιν,

Σίπυλον ἰδαίαν ἀνὰ χθόνα.

Καὶ ὁ Τάνταλος λέγει,

σπείρω δ' ἄρουραν δώδεχ' ἡμερῶν ὁδόν,
Βερέκυντα χῶρον, ἔνθ' Ἀδραστείας ἕδος.
ἴδη τε μυκηθμοῖσι, καὶ βρυχήμασιν
ἔρπουσι μήλων, πᾶν δ' ἐρέχθει πέδον.

ac fossa quædam Cerbesia memoratur, pestilentiam exhalans. ea tamen adhuc monstratur, quanquam hominum mutato nomine. Aeschylus in Nioba confundit. ait enim illa se memorem futuram Tantali rerum,

In rupe cui paterni Idæa sit Iouis ara.

& rursus.

Sipylum, Idæo in solo.

Verba etiam Tantali exstant:

Bis sex dierum itinere consero ipse agros,
Berecyntia arua, sedes ubi Adrastea habet.
Et Ida mugitu late sonat boum,
Pecorisque balatu procul campi fremunt.

# IN LIBRVM DVODECIMVM INTERPRETIS ANNOTATIONES.



*Libri initiũ deesse suspicor, non enim, puto, ita ex abrupto (qui aiunt) eum ordiri uoluit.* οὔτε ἐκ τῆς τῶν ἄλλων.] *Verba non cohærent. Quid secutus sim, uersio mea ostendit, ut & alibi. neque enim omnia annotando persequi possum.*

1 Est autem portio hæc.] *Ita uerti, ne quis ad solam Cappadociam pertinere hæc putaret. Vide initium libri superioris.* περιέδον τὰ μ.] *Legebatur* προέλιλον *inepte. Sed & Eustathius in Dionysium ex hoc loco scribit. Cappadociam à Persis in duas Satrapias, à Macedonibus in totidem regna fuisse diuisam.*

2 Locus *hic corruptus est, Sed integraui eũ quantum licuit ex epitomis atque Plin. lib. 6. cap. 3. Morimena quidem paulo post apud Strabonẽ legitur. Nam de ipsis uocabulis disputabitur (Deo uolente) in nostro Onomastico. Cybistra quidem legendum liquet. Elæussam legi* ἐλαιοῦσσαν *pro* ἐλοῦσαν, *quia & infra sic aliquoties dicitur, & habet Plin. 5. 27.*

3 Immensa profunditate.] Ἀπλώτῳ *est. Sed* ἀπλέτῳ *legi. nam cur profunditas nauigationem impediat, aut etiam latitudo, nondum didici: neque uerũ puto, cæteris paribus pro* λαμβάνει τε *lego* λαμβάνει τότε: *Si non omnino etiam* τε *illud abundat.*

4 Prædationi.] Λῃστεύσιν *enim legi pro* πιστεύσιν. *ut* ὑπόπετρα *pro* ὑπόπτερα. *hæc ipse sensus docet pro* βάθρων *quoque;* βαράθρων *suspicor scribendum aut* βόθρων, *ut infra.*

5 Amicorum.] Τῶν φίλων. *Sic Aldus noster corrector in* φυλῶν *mutauerat, nescio quid admodum secutus. Quid Cyrini castra, & uerba abs me parenthesi inclusa sibi uelint, ignoro de Cybistris epitomas sum secutus, quæ* μικρὸν *pro* ἑκατὸν *acceperunt.*

Mox Gabadania.] *Hanc ego nullibi inuenio: & pro Cataonia obrepsisse puto, neque uerba sunt integra. &* ἀγρόβοτος *uox est insolens. Minium ibericum aut Hispanicum sit, ambiguum esset, nisi Strabo libro tertio Hispanicum diserte cum Sinopico contulisset. Vide & Plin. 33. 7.*

6 Dasmenon.] *Locus est mutilatus, & hoc* δασμένων *apparet participium esse. Lanisena heic bis, initio libri Laninasena dicitur. quid faceres? Sed & reliqua de Cappadocibus sunt mutilata.*

7 In undecim.] *Vetus habet duodecim, fortasse scriptum secutus librum. De re ipsa Plutarchi Pompeium, & Appiani Mithridaticum legere licet. nã uerba sunt confusa heic & manca.*

8 Teium.] Τήιον ἤδη *lego pro* Τηιονίτῃ. *& supra Sangiam pro Sagiam ex Eustathio in Dionysium legi. Quos autem Atticos reges diceret, non. Sed & infra Attalici reges nominantur. ac post idem mendum refertur. Itaque Attalicos restitui res tota copiosius libro XIII. exponitur.* Paulo ante Μόδρων.] *Forte* Μάσρων. *Plin. 6. 2. Henetos autem adspiro, unde Veneti, ex eodem, & ratione grammatica. ac maxime Eustathio in Periegetem.*

9 Autolyci.] *Sic correxi è Plutarchi Lucullo. Billari sphæram nescio. de Autolyci oraculo in epitomis præterea est. eo monitum Diogenem uitiasse monetam. An id Strabo scripserit: aut aliũde sit insertum, nescio. multa talia animaduertet, qui cõferre Strabonem cum epitomis uolet. Quod post de Gadilonitide & Aramina sequitur, suspectum est. Saramenã reposui è sequentibus, pro* ἀποδιφθ. *habebat epitome* ὑποδ. *quod malui densas notari puto.* ὀρονάρυον *per u scripsi.*

10 Per Phanoræam.] Sic rectè legitur. male confundentibus cum hoc Phanagoriam Ptolomæi libris. Vide præter ea quæ infrà de Phanoræa dicuntur. Plin. 6. lib. cap. 3. & 6. πάρι ον autem hæc pro parallelo commodiùs quam superiore libro sumi potest. ut è tabulis liquet. Post pro παράγι⊛, quòd nihil est παφώρει⊛ scripsi, cùm epitomæ habeant ὄρεινὴ pro ἀπορεῖν puto legendum εὐπορεῖν.

11 Hunc locum partim ex Eustathio, partim ex epitomis correxi. Illud μάλισα ἔκ τιν⊛ est prauum. Cur autem pro μύρναν reposuerim inferiùs Μύρλεᾳν, ratio & post Strabonem ac Plinium Stephanus docere possunt, μήνηα quidem nihil est.

12 Hæ etiã correctiones Eustathio debẽtur. Quod autem pòst paulo sequitur de ociose additis uerbis, epitomæ ἀκύρως προστιθέμενα interpretati sunt uoce παρέλκειν. & habent duo alia insuper exempla, οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Iliad. α. initio, atque ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων. Iliad. σ. 470. ubi liquidò (ut sæpe apud Homerum aliàs) uox πᾶς ociosa est. In ijs quæ Strabo habet, abundant τῆλε, πότνια, ταχέιν.

13 Neque contermini.] Lacer est locus. loquitur autem de Chalybibus haud dubiè. itaque asterisco ostendi deesse, quòd supplere meliores possunt codices.

14 Stiphane.] Locus est corruptus. πολύοψον autem rectè uertitur piscosum. nam & suprà hoc ipso in libro pelamijs ὄψον dicitur, & è Plutarchi Sympos. libro quarto, capite secundo, & 4. ὄψον piscem esse facilè disces.

15 Amnias.] Epitomæ Ἄμνι⊛ & pro ὀλγασσυς habent ὀάλγασσ⊛ non probo.

16 Annotaui alicubi asteriscum, ut ostenderem loca non esse integra hæc quid sit ἐρημοτομεῖν, diuinet qui potest. ego ῥυμοτομεῖν puto esse, uicis, ac plateis urbem diuidere. Ὀξοίας καλεῖσθαι.] Equidem dissimulandum non est pro Ὀξείας τὴν Τροίαν legisse χρυσομαθδῶν collectorem.

17 Trocmi.] Ita & libro quarto legitur, & apud alios scriptores, & Plin. 5.32. Hæc Τρόγινοι inculcante, quos interpretem retinuisse miror, cùm sint nulli Leonorius suspectum est. Epitomæ Leonem habent. Infra pro Blayro Blaudum correxi ex Stephano. & Oracaorycos ex sequentibus.

18 Defertur.] Legi enim κατενεχθὲν pro καταμιχθὲν. cogitaui etiam pro ὑπὸ πολὺ legendum ὑπὸ τῆς ὑπὸ πόλεως. sed consului citra mutationem loco. Propter arduitatem.] Locus est lacer. & non liquet ad Selgensesne —hoc, an ad pontes pertineat.

19 Milyæ.] Sic legendum & ratio geographica docet, & Herodotus, de cuius primo libro hæc sunt desumta, & epitomæ, & Stephanus. Herodotus & Epitomæ non Λύκωνα habent, sed λύκον. & ab hoc Lyciam, ab illo potius Lyconiam denominari potuisse apparet. Eustath. in Iliad. ξ. 184. Lycum uel Lyconem coniunctè nominat. Isandrum pro Pisandro habent omnes Homeri codices, quos ego uidi. Cætera de Sarpedone non assequor. quid est enim ἰχθύσσαν.

20 Cauitas.] Κατασκευὴ. rem sum secutus. quid Charonea sint, & Charax, discere potes ex Onomastico nostro, item cur Nysceam scripserim in uersione. Finis libri lacer est. de Berecyntho ibidem dixi. lego ἔρπουσι μήλων, πᾶν δ' ἐρεχθέα πέδον.

FINIS.

STRA-

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

## ὙΠΟΘΕΣΙΣ.

*Τὸ τρισκαιδέκατον περὶ τῆς Ἀσίας, τὴν ἀπὸ τῆς Προποντίδος κάτωθεν ἀπὸ τῆς Κυζίκου ἀρχομένην. καὶ ἐφεξῆς τὴν ταύτῃ παραλίαν πᾶσαν. καὶ εἴ τινες νῆσοι ὑπάρχουσιν. ἐγχρονίζει δὲ μάλιστα τῇ Τροίᾳ εἰ καὶ ἔρημος, διὰ τὸ ἐπίσημον αὐτῆς, καὶ πολυθρύλλητον ἐκ τοῦ πολέμου.*



Μέχρι μὲν δεῦρο, ἀφωρίσθω τὰ περὶ τῆς Φρυγίας. Ἐπανιόντες δὲ πάλιν ἐπὶ τὴν Προποντίδα, καὶ τὴν ἐφεξῆς τῷ Αἰσήπῳ παραλίαν, τὴν αὐτὴν τῆς περιοδείας τάξιν ἀποδώσομεν. Ἔστι δὲ Τρωὰς πρώτη τῆς παραλίας ταύτης, ἧς τὸ πολυθρύλλητον, καίπερ ἐν ἐρειπίοις, καὶ ἐν ἐρημίᾳ λειπομένης, ὅμως πολυλογίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν παρέχει τῇ γραφῇ. πρὸς τοῦτο δὲ συγγνώμης δεῖ καὶ παρακλήσεως, ὅπως τὴν αἰτίαν τοῦ μήκους μὴ ἡμῖν μᾶλλον ἀναθῶσιν οἱ ἐντυγχάνοντες, ἢ τοῖς σφόδρα ποθοῦσι τὴν τῶν ἐνδόξων, καὶ παλαιῶν γνῶσιν. προσλαμβάνει δὲ τῷ μήκει καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐποικησάντων τὴν χώραν Ἑλλήνων τε καὶ Βαρβάρων, καὶ οἱ συγγραφεῖς οὐχὶ τὰ αὐτὰ γράφοντες περὶ τῶν αὐτῶν, οὐδὲ σαφῶς πάντα· ὧν ἐν τοῖς πρώτοις ἐστὶν Ὅμηρος, εἰκάζειν περὶ τῶν πλείστων παρέχων. Δεῖ δὲ καὶ τὰ τούτου διαιτᾶν, καὶ τὰ τῶν ἄλλων, ὑπογράψαντας πρότερον ἐν κεφαλαίῳ τὴν τῶν τόπων φύσιν. Ἀπὸ δὲ τῆς Κυζικηνῆς καὶ τῶν περὶ Αἴσηπον τόπων, καὶ Γρανικὸν μέχρι Ἀβύδου, καὶ Σηστοῦ τὴν τῆς Προποντίδος παραλίαν εἶναι συμβαίνει. ἀπὸ δὲ Ἀβύδου μέχρι Λεκτοῦ, τὰ περὶ Ἴλιον, καὶ Τένεδον καὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν Τρωάδα, πάντων δὴ τούτων ὑπέρκειται ἡ Ἴδη τὸ ὄρος, μέχρι Λεκτοῦ καθήκουσα. ἀπὸ δὲ Λεκτοῦ μέχρι Καΐκου ποταμοῦ καὶ τῶν Κανῶν λεγομένων, ἔστι τὰ περὶ Ἄσσον, καὶ Ἀτραμύττιον, καὶ Ἀταρνέα καὶ Πιτάνην, καὶ τὸν Ἐλαϊτικὸν κόλπον. οἷς πᾶσιν ἀντιπαρήκει ἡ τῶν Λεσβίων νῆσος. εἶθ' ἑξῆς τὰ περὶ Κύμην, μέχρις Ἕρμου καὶ Φωκαίας, ἥπερ ἀρχὴ μὲν τῆς Ἰωνίας ἐστί, πέρας δὲ τῆς Αἰολίδος. Τοιούτων δὲ τῶν τόπων ὄντων, ὁ μὲν ποιητής, ἀπὸ τῶν περὶ Αἴσηπον τόπων, καὶ

# STRABONIS RERUM GEOGRAPHICARUM LIBER DECIMUSTERTIUS.

## ARGUMENTUM.

*Tertiusdecimus liber Asiæ, reliqua Propontidis continet, inferius à Cyzico incipiens, & totam deinceps consequentem oram, & siquæ insulæ insunt, præsertim circa Troiam (quanquam deserta sit) propter loci claritatem, & uulgatam belli famam immoratur.*



Hactenus ergo descripta nobis esto Phrygia. Reuertamur nũc ad Propontidem, & orã maritimam quæ deinceps ab Aesepo est, ac eodem ordine omnia peragremus. Troas prima est in hac ora. cuius celeberrima fama, quanquam dirutæ & desertæ, non leuem tamen multa dicendi materiam suggerit. Quo loco uenia nobis petenda est, mouendusq; lector, ne causam prolixitatis imputet nobis potius, quàm ĩs, qui uehementi tenentur desiderio nobilia & antiqua cognoscendi. conferunt ad eam aliquid etiam cûm multitudo eorum qui in istis locis sedes posuerunt Græci atque barbari: tum scriptores, qui neque eadem omnes, neque perspicuè omnia perhibuerũt. quorum inter primos est Homerus, coniectandi de plerisque ansam præbens. cuius, itemq; aliorum dicta nobis censenda sunt: ubi priùs in summa locorum naturam eorum descripserimus.

*Vide supra folio 625 Tabulam Asiæ.*

Post Cyzicenam & Aesepo adiacentem regionem & Granicum, usque ad Abydum & Sestum ora Propontidis maritima porrigitur. Ab Abydo autem usque ad Lectum, Ilium est, & Tenedus, & Alexandrea ac Troas denique. quibus omnibus imminet Ida mons usque ad Lectum pertinens. A' Lecto usque ad Caicum fluuium & Canas quæ uocantur, Assus sunt, & Atramyttium, & Atarneus, & Pitane, & Elaiticus sinus. quibus omnibus ex aduerso Lesbus insula protenditur. Cuma deinde est, & reliqua usque ad Hermum fluuium & Phocæam, quæ initium est Ioniæ, finis Aeolidis. Hic cùm sit regionis situs, Homerus ab Aesepo uicinis locis &

*Oræ maritimæ à Propõtide ad Ioniã descriptio*

cis & ei quæ nunc Cyzicena dicitur Troës potissimum imperasse innuit usque ad Caicum amnem: diuisa eorum ditione in octo, aut etiam nouem portiones. reliqua auxiliariorum multitudo, in sociorum recensione dinumeratur. Posteriores finibus iisdem † constitutis, uocabula usurpant immutata, & in plures sectas abeunt. Præcipuè autẽ Græcorum coloniæ dissensionum materiam præbuerũt. minus quidem Ionica, utpote à Troade longiùs distans. Aeolica autem uel maximè, quæ se per totam dispersit oram à Cyzico ad Caicum usque, ac prætereа magnam partem eorum occupauit quę intra Caicum sunt & Hermum fluuios. Etenim traditum est, Aeolicam coloniam quatuor ætatibus Ionica priorẽ fuisse, & moras traxisse, ac longius tempus. Principem deducendæ coloniæ fuisse Orestam. ei in Arcadia uiuis exemto, Penthilum filium successisse, & progressum esse in Thraciam usq;, LX annis post excidium Troiæ, quo ipso tempore in Peloponnesum redierunt Herculis posteri. Deinde Archelaum Penthili F. coloniam Aeolicam traduxisse in eam quæ nunc Cyzicena est circa Dascylium. Graum porrò filium huius natu minimum usque ad Granicum flumen progressum: cumq; se melius instruxisset, maiorem exercitus partẽ in Lesbum traiecisse, atque hanc obtinuisse. Cæterùm Cleuam Dori F. & Malaum, ipsos quoque Agamemnoniæ stirpis, eodem quo Penthilus tempore exercitum conduxisse. sed Penthili copias occupauisse in Asiam transire. alteros in Locride & apud Phricium montem multum temporis traxisse: postmodo traiecisse in Asiam, & Cumam condidisse, à Locridis monte Phriconidem dictam. Ergo cum Aeolenses per totam sint dispersi eam regionem, quam à poëta Troicam uocari diximus: posteriorum alij totam eam Aeolidis nomine afficiunt, alij partem eius: itemque Troiam alij totam, alij partem. neque inter se quidquam ijs conuenit. Satim de ipsis ad Propontidem locis, Homerus ab Aesepo Troadis facit initium: Eudoxus ab Artace & Priapo, cui Artace in Cyzicenorum insula opponitur, arctius contractis finibus Troadis sumit. Damastes etiam magis, à Pario eam incipiens. Atque hic quidem usque ad Lectum producit: alij aliter. Charon Lampsacenus

*Coloniæ Græcorum Aeolica & Ionica.*

*Troas, seu Troia describitur.*

πων, καὶ τῶν περὶ τὴν νῦν Κυζικηνὴν χώραν, ὑπαγορεύει μάλιστα τοὺς Τρῶας ἄρξαι, μέχρι τοῦ Καΐκου ποταμοῦ διῃρημένους κατὰ δυναστείας εἰς ὀκτὼ μερίδας, ἢ καὶ ἐννέα. τὸ δὲ τῶν ἄλλων ἐπικούρων πλῆθος, ἐν τοῖς συμμάχοις διαριθμεῖται. οἱ δ' ὕστερον τοὺς ὅρους αὐτοὺς λέγουσι, καὶ τοῖς ὀνόμασι χρῶνται διηλλαγμένως, αἱρέσεις νέμοντες πλέους. μάλιστα δὲ αἱ τῶν Ἑλλήνων ἀποικίαι παρεσχήκασι λόγον. ἧττον μὲν ἡ Ἰωνική· πλέον γὰρ διέστηκε τῆς Τρῳάδος. ἡ δὲ τῶν Αἰολέων παντάπασι, καθ' ὅλην γὰρ ἐσκεδάσθη ἀπὸ τῆς Κυζικηνῆς μέχρι τοῦ Καΐκου, καὶ ἐπέλαβεν ἔτι πλέον τὴν μεταξὺ τοῦ Καΐκου καὶ τοῦ Ἕρμου ποταμοῦ. Τέτρασι γὰρ δὴ γενεαῖς πρεσβυτέραν φασὶ τὴν Αἰολικὴν ἀποικίαν τῆς Ἰωνικῆς, διατριβὰς δὲ λαβεῖν καὶ χρόνους μακροτέρους. Ὀρέστην μὲν γὰρ ἄρξαι τοῦ στόλου. τούτου δ' ἐν Ἀρκαδίᾳ τελευτήσαντος τὸν βίον, διαδέξασθαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Πενθίλον, καὶ προελθεῖν μέχρι Θρᾴκης, ἑξήκοντα ἔτεσι τῶν Τρωϊκῶν ὕστερον, ὑπ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν εἰς Πελοπόννησον κάθοδον. εἶτ' Ἀρχέλαον υἱὸν ἐκείνου περαιῶσαι τὸν Αἰολικὸν στόλον, εἰς τὴν νῦν Κυζικηνὴν τὴν περὶ τὸ Δασκύλειον. Γρᾶν δὲ τὸν υἱὸν τούτου τὸν νεώτατον προελθόντα μέχρι τοῦ Γρανίκου ποταμοῦ, καὶ παρεσκευασμένον ἄμεινον περαιῶσαι τὸ πλέον τῆς στρατιᾶς εἰς Λέσβον καὶ κατασχεῖν αὐτήν. Κλεύην δὲ τὸν Δώρου, καὶ Μαλαὸν, καὶ αὐτοὺς ἀπογόνους ὄντας Ἀγαμέμνονος, συναγαγεῖν μὲν τὴν στρατιὰν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον καθ' ὃν καὶ Πενθίλος. ἀλλὰ τὸν μὲν τοῦ Πενθίλου στόλον φθῆναι περαιωθέντα ἐκ τῆς Θρᾴκης εἰς τὴν Ἀσίαν. τούτους δὲ περὶ τὴν Λοκρίδα, καὶ τὸ Φρίκιον ὄρος διατρῖψαι πολὺν χρόνον. ὕστερον δὲ διαβάντας κτίσαι τὴν Κύμην, τὴν Φρικωνίδα κληθεῖσαν ἀπὸ τοῦ Λοκρικοῦ ὄρους. Τῶν Αἰολέων τοίνυν καθ' ὅλην σκεδασθέντων τὴν χώραν, ἣν ἔφαμεν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγεσθαι Τρωϊκήν, οἱ δ' ὕστερον οἱ μὲν, πᾶσαν Αἰολίδα προσαγορεύουσιν, οἱ δὲ, μέρος· καὶ Τροίαν, οἱ μὲν ὅλην, οἱ δὲ, μέρος αὐτῆς, οὐδὲν ὅλως ἀλλήλοις ὁμολογοῦντες. Εὐθὺς γὰρ ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν Προποντίδα τόπων, ὁ μὲν Ὅμηρος ἀπὸ τοῦ Αἰσήπου τὴν ἀρχὴν ποιεῖται τῆς Τρῳάδος. Εὔδοξος δὲ, ἀπὸ Πριάπου, καὶ Ἀρτάκης, τοῦ ἐπὶ τῇ Κυζικηνῶν νήσῳ χωρίου ἀντικειμένου τῷ Πριάπῳ, συστέλλων ἐπ' ἔλαττον τοὺς ὅρους. Δαμάστης δ' ἔτι μᾶλλον συστέλλει ἀπὸ Παρίου. καὶ οὗτος μὲν ἕως Λεκτοῦ προάγει. ἄλλοι δ' ἄλλως. Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς,

ψακηνὸς, τριακοσίους ἄλλους ἀφαιρεῖ σταδίους, ἀπὸ Πρακτίου ἀρχόμενος. τοσοῦτοι γάρ εἰσιν ἀπὸ Παρίου εἰς Πράκτιον. ἕως μὲν τοι Ἀτραμυττίου πρόεισι. Σκύλαξ δὲ ὁ Καρυανδεὺς ἀπὸ Ἀβύδου ἄρχεται. ὁμοίως δὲ τὴν Αἰολίδα. Ἔφορος μὲν λέγει ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης. ἄλλοι δ' ἄλλως. Τοπογραφεῖ δὲ μάλιστα τὴν ὄντως λεγομένην Τροίαν, ἡ τῆς Ἴδης θέσις, ὄρους ὑψηλοῦ, βλέποντος πρὸς δύσιν, καὶ τὴν ταύτῃ θάλατταν, μικρὰν δ' ἐπιστροφὴν ἔχοντος καὶ πρὸς ἄρκτον, καὶ τὴν ταύτῃ παραλίαν. ἔστι δὲ αὕτη μὲν τῆς Προποντίδος ἀπὸ τῶν περὶ Ἄβυδον στενῶν ἐπὶ τὸν Αἴσηπον, καὶ τὴν Κυζικηνήν. ἡ δ' ἑσπερία θάλαττα, ὅ, τε Ἑλλήσποντος ὁ ἔξω, καὶ τὸ Αἰγαῖον πέλαγος. πολλοὺς δ' ἔχουσα πρόποδας ἡ Ἴδη καὶ σκολοπενδρώδης οὖσα τὸ σχῆμα, ἐσχάτοις ἀφορίζεται τούτοις, τῷ τε τὴν Ζέλειαν ἀκρωτηρίῳ, καὶ τῷ καλουμένῳ Λεκτῷ. τῷ μὲν τελευτῶντι εἰς τὴν μεσόγαιαν μικρὸν ὑπὲρ τῆς Κυζικηνῆς· καὶ δὴ καὶ ἔστι νῦν ἡ Ζέλεια τῶν Κυζικηνῶν. τὸ δὲ Λεκτὸν εἰς τὸ πέλαγος καθήκει τὸ Αἰγαῖον, ἐν παράπλῳ κείμενον τοῖς ἐκ Τενέδου πλέουσιν εἰς Λέσβον.

Ἴδην δ' ἵκεσθην πολυπίδακα μητέρα θηρῶν.

Λεκτὸν, ὅθι πρῶτον λιπέτην ἅλα—

Ὕπνος καὶ ἡ Ἥρα.

οἰκείως τοῦ ποιητοῦ φράζοντος τὸ Λεκτόν. καὶ γὰρ ὅτι τῆς Ἴδης ἐστὶ τὸ Λεκτὸν, καὶ διότι πρώτη ἀπόβασις ἐκ θαλάττης αὕτη τοῖς ἐπὶ τὴν Ἴδην ἀνιοῦσιν, εἴρηκεν ὀρθῶς. καὶ τὸ πολυπίδακα. εὐυδρότατον γὰρ κατὰ ταῦτα μάλιστα τὸ ὄρος. δηλοῖ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ποταμῶν

ὅσσοι ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἅλαδε προρέουσι,

Ῥῆσός θ' Ἑπτάπορός τε,—

καὶ οἱ ἑξῆς, οὓς ἐκεῖνος εἴρηκε. καὶ ἡμῖν νυνὶ πάρεστιν ὁρᾶν. τῶν δὴ προπόδας τῶν ἐσχάτους ἐφ' ἑκάτερα οὕτω τὸ Λεκτὸν καὶ τὴν Ζέλειαν, οἰκείως τούτων καὶ τὴν ἀκρώρειαν ἀφορίζει Γάργαρον ἀκρότατον. καὶ γὰρ νῦν Γάργαρον ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆς Ἴδης δείκνυται τόπος, ἐν ᾧ τὰ νῦν Γάργαρα πόλις Αἰολική. ἐντὸς μὲν γὰρ τῆς Ζελείας, καὶ τοῦ Λεκτοῦ, πρῶτά ἐστιν ἀπὸ τῆς Προποντίδος ἀρξαμένοις μέχρι τῶν κατ' Ἄβυδον στενῶν. εἶτ' ἔξω τῆς Προποντίδος τὰ μέχρι Λεκτοῦ. Κάμψαντι δὲ τὸ Λεκτὸν, ἀναχεῖται κόλπος μέγας, ὃν ἡ Ἴδη ποιεῖ πρὸς τὴν ἤπειρον ἀποχωροῦσα ἀπὸ τοῦ Λεκτοῦ, καὶ

αἱ Κάμαι

psacenus alia ccc stadia aufert, à Practio initium ei ponens, quod tot abest à Pario, quot dixi, stadijs. Sed ad Atramyttium usque producit. Scylax Caryandensis Abydum initium facit. Idem de Aeolide est factum. quam Ephorus Abydo & Cuma terminat: alij aliter. Eius quæ uere Troia dicitur, optimè describit situm Ida, mõs excelsus, qui occasum spectans & mare quod ab ea est parte, paulu lum se conuertit uersus septentrionem & quod ea est mare. hoc est Propontidis pars à faucibus Abydenis ad Aesepum & Cyzicenam. occiduum uerò latus claudit Hellespontus, & pòst Aegæum pelagus. Cùm autem multos pedes habeat Ida prominentes, & scolopendram forma referat, his duobus extremis terminatur promontorijs: uno quod ad Zeleam pertinet, altero Lecto. prius in mediterranea desinit haud multum supra Cyzicenum agrum: (.hodie quidem Zelea Cyzicenorum est.) posterius in mare Aegæum exit, legiturque ab ijs qui à Tenedo in Lesbum nauigant. Ida.

Mox ad abundantem uenerunt fontibus I- Iliad. ξ. 283.
dam

Altricemque ferarum. & ubi uestigia Lecto

Imposuere, mari uadunt per sicca relicto.

nimirum Venus & Somnus.

1 Quibus uerbis Homerus Lectum propriè describit, tum quod Idæ sit, tum quod è mari ad Idam ituris ibi prima sit extensio. & quod eam multas habere scaturigines dixit, eò pertinet, quod ea in parte maximè abundat aquis Ida. idq; docent fluuij

In mare qui magnæ currunt de montibus I- Iliad. μ. 20.
dæ,

Resusq;, Heptaporusq;—

& alij quos commemorat, & qui à nobis hodieq; cerni possunt. Enumeratis uerò extremitatibus ac pedibus quasi Idæ, Lecto inquam, & eo qui est ad Zeleam: conuenienter etiam 2 summitatem eius commemorat 2
Gargarum. nam etiamnum in superioribus Idæ partibus Gargarum locus nominatur, ubi nunc Gargara sunt, urbs Aeolica. Inter enim Zeleam & Lectum primæ sunt Troa- *
dis partes à Propontide usque ad fauces ad Abydum. inde sunt extra Propontidem sita usque ad Lectum. Vbi cursum circa Lectum flexeris, magnus effunditur sinus, quem Ida facit à Lecto uersus continentẽ declinans. ad

hunc sunt etiam Canæ, ab altera sinus parte oppositum Lecto promontorium. sinum alij Idæum uocant, Atramyttenum. In hoc deinceps tractu usque ad ostiarum Hermi, urbes Aeolidis sunt ut diximus. Id quoque supra dictum est, ijs qui à Byzantio nauigãt uersus meridiem, iter esse ad rectam lineam initiò ad Sestum & Abydum per mediã Propontidem. deinde propter Asiæ oram maritimam, usque ad Cariam. Atque adeò id obseruare oportet quod nũc ponimus, eos qui sequentia legunt. ut cùm sinuum faciemus mentionem in ipsa isthac ora: promontoria intelligant dici à quibus isti conficiuntur, in eadem sita linea ueluti quodam meridiano. Sanè ex ijs quæ poëta dixit, ij quibus harum rerũ cura subit, conijciunt totã istam quam nauigando legunt oram Troibus fuisse subditam, in nouem distinctam prouincias, quæ tempore belli Troiani omnes paruerint Priamo, ac Troiæ nomen gesserint. Id liquere de singulis. Nam Achilles cum suis ab initio uidens muris defendi Ilienses, aggressus est foris bellum facere, & eo in orbem circumlato. ijs suam ditionem adimere.

Iliad.ι.328. Bis sex uastaui semel usus nauibus urbes,
Et terra totidem, minùs una: Troia cunctæ
Sceptra uerebantur.——.

Troiam hæc appellat continentem ab eo populatam. Alibi etiam uastata sunt loca Lesbo opposita, circa Theben, Lyrnessum, & Pedasum quæ Lelegum fuit: & Eurypyli ditio, qui filius fuit Telephi. unde hæc de Neoptolemo

Odyss.λ.518. Qualis, Telephiden ferro cum strauit acuto
Eurypylum heroëm.

Hæc ergo uastata ait. & Lesbum ipsam
—— cepit pulcram quo tempore Lesbum.
&,

Iliad.υ.92. Vastauit Lyrnessum & Pedason——. &,
Iliad β.691. Lyrnessum populatus, & altæ mœnia Thebæ.

è Lyrnesso Briseis abducta fuit:

ibid.690. Captam è Lyrnesso quam duxerat.——

cùm quidem Mynetem & Epistrophum ait poëta interfectos. idq; indicat Briseis Patroclum lamentans

—— neque me plorare sinebas,
Iliad.τ.295. Cùm meus à forti est occisus Achille maritus,
Atque urbs magnanimi fuit euastata Mynetis.

Ἔκτανεν, πέρσεν δὲ πόλιν θείοιο Μύνητος,

αἱ Κάναι τὸ ἐκ θατέρου μέρους ἀντικείμενον ἀκρωτήριον τῷ Λεκτῷ. καλοῦσι δ' οἱ μὲν Ἰδαῖον κόλπον, οἱ δ' Ἀτραμυττηνόν. ἐν τούτῳ δὲ αἱ τῶν Αἰολέων πόλεις μέχρι τῶν ἐκβολῶν τοῦ Ἕρμου, καθάπερ εἰρήκαμεν. εἴρηται δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ὅτι τοῖς ἐκ Βυζαντίου πλέουσι πρὸς νότον, ἐπ' εὐθείας ἐστὶν ὁ πλοῦς, πρῶτον μὲν ἐπὶ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον διὰ μέσης τῆς Προποντίδος. ἔπειτα τῆς παραλίας τῆς Ἀσίας μέχρι Καρίας. ταύτην δὴ φυλάττοντας χρὴ τὴν ὑπόθεσιν ἀκούειν τῶν ἑξῆς, κἂν λέγωμεν κόλπους τινὰς ἐν αὐτῇ τῇ παραλίᾳ, τάς τε ἄκρας δεῖ νοεῖν τὰς ποιούσας αὐτοὺς ἐπὶ τῆς αὐτῆς γραμμῆς κειμένας ὥσπερ τινὸς μεσημβρινῆς. ἐκ δὴ τῶν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένων, εἰκάζουσιν οἱ φροντίσαντες περὶ τούτου πλέοντι πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτην ὑπὸ τοῖς Τρωσὶ γεγονέναι, διῃρημένην μὲν εἰς δυναστείας ἐννέα, ὑπὸ δὲ τῷ Πριάμῳ τεταγμένην κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον, καὶ λεγομένην Τροίαν. δῆλον δ' ἐκ τῶν κατὰ μέρος. οἱ γὰρ περὶ τὸν Ἀχιλλέα τειχήρεις ὁρῶντες τοὺς Ἰλιέας κατ' ἀρχάς, ἔξω ποιεῖσθαι τὸν πόλεμον ἐπεχείρησαν, καὶ περιιόντες ἀφαιρεῖσθαι τὰ κύκλῳ.

Δώδεκα δὴ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων.
πεζὸς δ' ἕνδεκά φημι κατὰ Τροίην ἐρίβωλον.

Τροίαν γὰρ λέγει τὴν πεπορθημένην ἤπειρον. πεπόρθηνται δὲ ἐν ἄλλοις τόποις καὶ τὰ ἀντικείμενα τῇ Λέσβῳ, τὰ περὶ Θήβην, καὶ Λυρνησσὸν, καὶ Πήδασον τὴν τῶν Λελέγων, καὶ ἔτι ἡ τοῦ Εὐρυπύλου τοῦ Τηλέφου παιδός.

Ἀλλ' οἷον τὸν Τηλεφίδην κατενήρατο χαλκῷ ὁ Νεοπτόλεμος
ἥρω' Εὐρύπυλον.

ταῦτα δὴ πεπορθῆσθαι λέγει καὶ αὐτὴν τὴν Λέσβον
—ὅτε Λέσβον ἐϋκτιμένην ἕλεν αὐτός. καί,
πέρσε δὲ καὶ Λυρνησσὸν ἠδὲ Πήδασον. καί,
Λυρνησσὸν διαπορθήσας, καὶ τείχεα Θήβης.
ἐκ μὲν Λυρνησσοῦ ἡ Βρισηῒς ἑάλω.
τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο.—
ἧς ἐν τῇ ἁλώσει τὸν Μύνητα καὶ τὸν Ἐπίστροφον πεσεῖν φησίν, ὡς ἡ Βρισηῒς θρηνοῦσα τὸν Πάτροκλον δηλοῖ.
οὐδὲ μὲν οὐδέ μ' ἔασκες, ὅτ' ἄνδρ' ἐμὸν ὠκὺς Ἀχιλλεύς.
κλαίειν.—
ἐμφαίνει

ἐμφαίνει γὰρ τὴν Λυρνησσὸν λέγων πόλιν θείοιο Μύνητος, ὡς ἂν δυναστευομένην ὑπ' αὐτῷ, καὶ ἐνταῦθα πεσεῖν αὐτὸν μαχόμενον. ἐκ δὲ τῆς Θήβης ἡ Χρυσηῒς ἐλήφθη.

Ὠχόμεθ' ἐς Θήβην ἱερὴν πόλιν Ἠετίωνος.

ἐκ δὲ τῶν ἀχθέντων ἐκεῖθεν φησὶν εἶναι τὴν Χρυσηΐδα. οὐκ οἴονται δεῖν δὲ εὐθείας ἀκούειν.

—σὺ μὲν ἐν Τροίῃ.—

Αὐτὰρ ἐγὼ Θήβησιν (ἢ Θήβηθεν.)

Ἀνδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἠετίωνος.

Ἠετίων ὃς ἔναιεν ὑπὸ Πλάκῳ ὑληέσσῃ.

Θήβῃ ὑποπλακίῃ, Κιλίκεσσ' ἄνδρεσσιν ἀνάσσων.

Δευτέρα οὖν αὕτη δυναστεία Τρωϊκὴ μετὰ τὴν ὑπὸ Μύνητι. οἰκείως δὲ τούτοις, καὶ τὸ ὑπὸ τῆς Ἀνδρομάχης λεχθὲν οὕτως.

Ἕκτορ ἐγὼ δύστηνος. ἰῇ ἄρα γεινόμεθ' αἴσῃ

Ἀμφότεροι, σὺ μὲν ἐν Τροίῃ Πριάμου ἐνὶ οἴκῳ.

Αὐτὰρ ἐγὼ Θήβησιν.

ἀλλὰ καθ' ὑπερβατὸν,

Ἀμφότεροι ἐκ Τροίης, σὺ μὲν Πριάμου ἐνὶ οἴκῳ.

Αὐτὰρ ἐγὼ Θήβησι.

Τρίτη δ' ἐστὶν ἡ τῶν Λελέγων, καὶ αὕτη Τρωϊκή.

Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει.

οὗ τῇ θυγατρὶ συνελθὼν Πρίαμος γεννᾷ τὸν Λυκάονα, καὶ Πολύδωρον. καὶ μὴν οἵ γε ὑπὸ τῷ Ἕκτορι ἐν τῷ καταλόγῳ ταττόμενοι λέγονται Τρῶες.

Τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε μέγας κορυθαίολος Ἕκτωρ.

εἶθ' οἱ ὑπὸ τῷ Αἰνείᾳ.

Δαρδανίων αὖτ' ἦρχεν ἐῢς πάϊς Ἀγχίσαο.

καὶ οὗτοι Τρῶες. φησὶ γοῦν.

Αἰνεία Τρώων βουληφόρε.—

Εἶθ' ὑπὸ Πανδάρῳ Λύκιοι, οὓς καὶ αὐτοὺς καλεῖ Τρῶας.

Οἳ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης.

Ἀφνειοὶ πίνοντες ὕδωρ μέλαν Αἰσήποιο

Τρῶες, τῶν αὖτ' ἦρχε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς Πάνδαρος.

Tenedo oppositæ. His ita se habentibus maritimis locis, cāpus Troicus superne incumbit usq; ad Idam per multa stadia porrectus. Eius pars quæ ad montem sita est arcta. partim uersus meridiem protracta, usq; ad Scepsi uicina loca: partim uersus septētrionem, ad Lycios quorum est Zelea. Hanc Homerus Aeneæ subijcit, & Antenoris FF. ac Dardaniam. Infra hanc est Cebrenia, campestris maxima sui parte, & ferè æqualibus spacijs distans undiquaque à Dardania F. Fuit & urbs Cebrene. Suspicatur Demetrius, eò usque Ilij regionem pertinuisse, quæ sub Hectore fuit, à Nauali usq; ad Cebreniam. nam & sepulcrum Paridis ibi ostendi ait, atque Oenones: quæ ante raptum Helenes uxor Paridis fuit. Mentio etiam fieri apud poëtam Cebrionis, quem spurium sustulerit Priamus: ac probabile est cognominem fuisse aut regionis, aut (.quod magis uidetur uerò propinquum.) urbis. Cebreniam porrò usq; ad agrum Scepsium pertingere. limitem esse Scamandrum, qui per medium horum labatur. Enimuerò inimicicias semper fuisse Cebrenijs ac Scepsijs: donec tādem eos Antigonus conduxit in urbem unam Antigoneam à se, postmodò Alexandream dictam. Ac Cebrenios quidem mansisse in ea quę etiamnum dicitur Alexandrea, cum alijs ciuibus: Scepsios autem permissu Lysimachi in patriam reuertisse. Porrò ab istis locis, & quę ibi sunt Idæ montana, duas portendi ad mare conualles. unam rectà Rhœteum, alteram Sigeum uersus. quibus utrisq; conuallibus linea circuli dimidium repræsentans conficiatur. eæ autem in campum desinant tanto à mari interuallo, quanto Ilium nostræ ætatis abest. id enim esse positum inter fines istarum conuallium: antiquum fuisse inter initia inter has compræhendi Simoisium campum, per quem Simoeis defertur: & Scamandriū, per quem Scamander. Atque hæc quidem planicies propriè Troica dicitur: & plerasq; pugnas ibi decertatas poëta facit. Est enim amplior: & quæ loca Homerus nominat, ferè ibi nominantur, ut uidemus. caprificetum inquam, seu Erineum: sepulcrum Aesyetæ, Batieam, & Ili sepulcrum. Fluuij autem Scamander & Simoeis, cùm alter ad Sigeum, alter ad Rœteum appropinquârunt, paulo ante Ilium quod nūc est confluunt, atque inde apud Sigeum in mare exeunt, lacumq; effi-

Marginal notes: * Iliad.π.728. — Troicus cāpus. — Iliad.β.813 793 — Iliad.λ.166.

ciunt cui Stoma nomen. Dictos campos ab utraque parte dirimit collis quidam collo similis, rectà à dictis porrectus conuallibus † ab eo quòd nunc est Ilium incipiens, cognatos ipsi. & ubi ad Cebreniam pertendit, ac litteram Y ad utramque conuallem collatus retulit. †. Paululum supra hæc, Iliensium est pagus: quem putant antiquitus Ilij locum fuisse. stadijs XXX ab urbe quæ nunc est. Supra Iliesem pagum decem stadijs, pulcra illa est Colone, tumulus quidam præter quem Simoīs fluit, ambitu stadiorum quinque. Ergo probabile est, quod de Marte dicitur.

*Ilium antiquum non esse idē cum præsente demonstrant.*

*Iliad. υ 51.* Parte alia resonanas nigricantis turbinis instar
Excelsa Troas Gradiuus ab arce uocabat,
Cursibus ad Simoenta ruens, & Callicolonam.

Nam cùm pugna in Scamandrio depugnaretur campo, uerisimiliter Mars aliâs ab arce ad prœlium Troianos exhortabatur, aliâs è locis quæ Simoënti essent uicina & Callicolonæ: quo usque etiam acies sese prolatasse non est creditu absurdum. cùm autem Callicolona ab Ilio distaret nostro stadia XL, quid proderat tanto spacio disita complecti loca, ad quæ instructæ acies non pertingerent? Iam quòd ad Thymbram Lycij castra sortiti sunt, id antiquo Ilio rectiùs conuenit. *Iliad. κ. 430.* Prope est enim campus Thymbra, & eū pro fluens amnis Thymbrius, ac in Scamādrum incidens iuxta Thymbræi Apollinis templū: L stadijs etiam à nostro Ilio distans. Erineus autem, asper locus & caprificis consitus, sub antiquum situs est Ilium. itaq; conuenienter dixit Andromacha:

*Iliad. ξ 433.* Armatas acies tu constitue ad Caprificum,
Qua parte ad muros promta est adscensio nostros.

ab ea quæ nunc est urbe, permultum abest. Fagus autem paulo inferior est Caprifico: de qua Achilles loquitur.

*Iliad. ι. 352.* Ipse ego cum Danais dum prœlia ductor obiui,
Noluit à muris Hector producere turmas:
Tantùm usque ad Scæas portas, Fagumque subibat.

Porrò Naustathmus, id est nauium statio, quæ nunc dicitur, ita uicinia est recenti. Ilio: ut mirari subeat alterorum dementiam, alte-

τὸ Στόμα λίμνην καλουμένην. διείργει δ' ἑκάτερον τῶν λεχθέντων πεδίων ἀπὸ θατέρου μέγας τις αὐχὴν τῶν εἰρημένων ἀγκώνων, ἐπ' εὐθείας ἀπὸ τοῦ νῦν Ἰλίου τὴν ἀρχὴν ἔχων συμφυὴς αὐτῷ. γινόμενος δ' ἕως τῆς Κεβρηνίας, καὶ ἀποτελῶν τὸ υ γράμμα πρὸς τοὺς ἑκατέρωθεν ἀγκῶνας. Ὑπὲρ δὲ τούτου μικρὸν ἡ τῶν Ἰλιέων κώμη ἐστίν, ἐν ᾗ νομίζεται τὸ παλαιὸν Ἴλιον ἱδρῦσθαι πρότερον, τριάκοντα σταδίους διέχον ἀπὸ τῆς νῦν πόλεως. Ὑπὲρ δὲ τῆς Ἰλιέων κώμης, δέκα σταδίους ἐστὶν ἡ καλὴ Κολώνη, λόφος τις, παρ' ὃν ὁ Σιμόεις ῥεῖ, πεντεστάδιον ἔχων. γίνεται οὖν εὔλογον, πρῶτον μὲν τὸ ἐπὶ τοῦ Ἄρεος·

Ὦρτο δ' Ἄρης ἑτέρωθεν ἐρεμνῇ λαίλαπι ἶσος,
ὀξὺ κατ' ἀκροτάτης πόλιος Τρώεσσι κελεύων.
Ἄλλοτε πὰρ Σιμόεντι θέων ἐπὶ Καλλικολώνῃ.

Τῆς γὰρ μάχης ἐπὶ τῷ Σκαμανδρίῳ πεδίῳ συντελουμένης, πιθανῶς ἂν ὁ Ἄρης, ἄλλοτε μὲν τὴν ἐγκέλευσιν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ποιοῖτο, ἄλλοτε δ' ἐκ τῶν πλησίον τόπων τοῦ τε Σιμόεντος, καὶ τῆς Καλλικολώνης, μέχρι οὗ εἰκὸς καὶ τὴν μάχην παρατετάσθαι. τετταράκοντα δὲ σταδίους διεχούσης τῆς Καλλικολώνης ἀπὸ τοῦ νῦν Ἰλίου, τί χρήσιμον ἦν τοσοῦτον μεταλαμβάνεσθαι τοὺς τόπους, ἐφ' ὅσον ἡ διάταξις οὐ διέτεινε; τό τε πρὸς Θύμβρης ἔλαχον Λύκιοι, οἰκειότερόν ἐστι τῷ παλαιῷ κτίσματι. πλησίον γάρ ἐστι τὸ πεδίον ἡ Θύμβρα, καὶ ὁ δι' αὐτοῦ ῥέων ποταμὸς Θύμβριος, ἐμβάλλων εἰς τὸν Σκάμανδρον, κατὰ τὸ Θυμβραίου Ἀπόλλωνος ἱερόν. τοῦ δὲ νῦν Ἰλίου, καὶ πεντήκοντα σταδίους διέχει. ὅ, τε ἐρινεὸς τραχύς τις τόπος, καὶ ἐρινεώδης, τῷ μὲν ἀρχαίῳ κτίσματι ὑποπέπτωκεν· ὥστε τὸ,

Λαὸν δὲ στῆσον παρ' ἐρινεόν, ἔνθα μάλιστα
Ἀμβατός ἐστι πόλις, καὶ ἐπίδρομον ἔπλετο τεῖχος·

Οἰκείως ἂν λέγοιτο Ἀνδρομάχῃ. τῆς δὲ νῦν πόλεως πάμπολυ ἀπέοικε. καὶ ὁ φηγὸς δὲ μικρὸν κατωτέρω ἐστὶ τοῦ ἐρινεοῦ, ἐφ' οὗ φησιν ὁ Ἀχιλλεύς·

—ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' Ἀχαιοῖσιν πολέμιζον,
οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν Ἕκτωρ,
Ἀλλ' ὅσον ἐς Σκαιάς τε πύλας, καὶ φηγὸν ἵκανεν.

Καὶ μὴν τό γε Ναύσταθμον τὸ νῦν ἔτι λεγόμενον, πλησίον οὕτως ἐστὶ τῆς νῦν πόλεως, ὥστε θαυμάζειν εἰκότως ἄν τινα, τὸν μὲν τῆς ἀνοίας, τῶν δὲ τοὐναντίον τῆς

τὴν τῆς ἀψυχίας. ἀπονοίας μὲν εἰ τοσοῦτον χρόνον ἀτείχιστον αὐτὸ εἶχον, πλησίον οὔσης τῆς πόλεως, καὶ τοσούτου πλήθους τοῦ τ' ἐν αὐτῇ καὶ τοῦ ἐπικουρικοῦ. νεωστὶ γὰρ γεγονέναι φασὶ τὸ τεῖχος, ἢ οὐδ' ἐγένετο, ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν. ἀψυχίας δέ, εἰ γενομένου τοῦ τείχους, ἐτειχομάχουν, ὡς εἰσέπεσον εἰς αὐτὸ τὸ ναύσταθμον, καὶ προσεμάχοντο ταῖς ναυσίν. ἀτείχιστον δὲ ἔχοντες, οὐκ ἐθάρρουν προσιόντες πολιορκεῖν, μικροῦ τοῦ διαστήματος ὄντος. ἔστι γὰρ τὸ ναύσταθμον πρὸς Σιγείῳ. πλησίον δὲ καὶ ὁ Σκάμανδρος ἐκδίδωσι, διέχων τοῦ Ἰλίου σταδίους εἴκοσιν. Εἰ δὲ φήσει τις τὸν νῦν λεγόμενον Ἀχαιῶν λιμένα εἶναι τὸ ναύσταθμον, ἐγγυτέρω τινὰ λέξει τόπον, ὅσον δώδεκα σταδίους διεστῶτα τῆς πόλεως, τὸ ἐπὶ θαλάττῃ πεδίον νῦν προστιθείς, διότι τοῦτο πᾶν πρόχωμα τῶν ποταμῶν ἐστι, τὸ πρὸ τῆς πόλεως ἐπὶ θαλάττῃ πεδίον. ὥστε εἰ δώδεκα στάδιόν ἐστι νῦν τὸ μεταξὺ τόδε, καὶ τὸ ἥμισυ ἔλαττον ὑπῆρχε. Καὶ ἡ διήγησις δ' ἡ πρὸς τὸν Εὔμαιον ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως διασκευασθεῖσα, μέγα ἐμφαίνει τὸ διάστημα μέχρι τῆς πόλεως ἀπὸ τοῦ ναυστάθμου,

Ὡς ὅτ' ὑπὸ Τροίῃ λόχον ἤγομεν.—

φησὶ γὰρ ὑποβάς·

Λίην γὰρ νηῶν ἑκὰς ἤλθομεν.—

Ἐπί τε τὴν κατασκοπὴν πέμπονται γνωσόμενοι, πότερον μενοῦσι παρὰ νηυσὶν ἀπόπροθεν πολὺ ἀπεσπασμένοι τοῦ οἰκείου τείχους, Ἠὲ πόλιν δὲ

Ἂψ ἀναχωρήσουσι.—.

Καὶ ὁ Πολυδάμας,

Ἀμφὶ μάλα φράζεσθε φίλοι· κέλομαι γὰρ ἔγωγε.

Ἄστυ δ' ἐνῦν ἰέναι·—

Ἑκὰς δ' ἀπὸ τείχεος εἰμέν.

Παρατίθησι δ' ὁ Δημήτριος, καὶ τὴν Ἀλεξανδρινὴν Ἑστιαίαν μάρτυρα, τὴν συγγράψασαν περὶ τῆς Ὁμήρου Ἰλιάδος, πυνθανομένην εἰ περὶ τὴν νῦν πόλιν ὁ πόλεμος συνέστη, καὶ τὸ Τρωϊκὸν πεδίον τὸ μεταξὺ τῆς πόλεως, καὶ τῆς θαλάττης ὁ ποιητὴς φράζει. τὸ μὲν γὰρ πρὸ τῆς νῦν πόλεως ὁρώμενον πρόχωμα εἶναι τῶν ποταμῶν ὕστερον γεγονός.

Ὅ τε Πολίτης,

Ὃς Τρώων σκοπὸς ἷζε ποδωκείῃσι πεποιθώς

Τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος,

μάταιος ἦν. καὶ γὰρ εἰ ἐπ' ἀκροτάτῳ, ὅμως πολὺ ἂν μείζονος ὕψους τῆς ἀκροπόλεως ἐ-

rorum timiditatem. Græcorum inquam uæcordiam, si tanto eam tempore siue muris tenuerunt, Ilio tam propinquo, tantaq; Troianorum & sociorum multitudine in eo uersante. nam sub finem demum belli murus Sub fini. Ilia. η dicitur fabricatus: si tamen omnino factus est murus: quem Aristoteles ait ab ipso poëta ut factum ita delatum fuisse. Timiditatem Troianorum, si muro demum facto irruere & oppugnare eum ac naues aggressi sunt, stationem autem muro nondũ cinctam ausi non sunt inuadere, non longe dissitam. est enim statio ad Sigeum: ponè etiam Scamandri sunt ostia, xx ab Ilio stadijs. Quod si quis dicat stationem fuisse eum qui nunc dicitur Achæorum portum, is propiorem dixerit quendam locum XII ab urbe stadijs. qui hodie campus est. cum totum istud sit terra à * fluuijs congesta, atque ab urbe uersus mare campi sit loco. ut si nunc XII sit stadiorum interuallum, etiam dimidio minus fuerit. Sed * & narratio Vlissis ad Eumæum composita, Ilium longe à statione illa nauium abfuisse ostendit:

Insidias quando sub Troia struximus alta. Odyss. ξ. 469.

post enim dicit:

Namque nimis longe progressi à nauibus usque 496.

Huc sumus.—

Mittuntur etiam è Græcis exploratum, an Troiani apud naues sint permansuri, ad quas procul à suis mœnibus auulsi peruenerant: an uero in urbem retro ituri. Iliad. ιτ. 210.

Et Polydamas:

Consultare uiri. mea uos si dicta mouebunt, Iliad. σ. 254.

Mœnia nunc repetamus—.

Nam longe à muris processimus.—.

Demetrius etiam Hestiæam Alexandrinam testem adducit, quæ de Homeri Iliade aliquid conscripsit, & quæstionem hanc tractauit, An circa eam quę nunc est urbem bellatum fuerit, & an Troianus is sit poëtæ campus, qui inter urbem & mare est. Etenim quod nunc ante urbem uisitur, id aggerem esse terræ inferioribus temporibus à fluuijs conuectæ. Politem quoq;

Qui pedibus fretus pernicibus, ē monumento Iliad. β. 792.

Sũmo Aesyetæ senis obseruabat Achiuos,

fatuum fuisse, si hodiernum cum antiquo idē sit Ilium. nã ut maxime de summo speculaus

laretur tumulo, tamen longè sublimiore de loco speculari poterat ex arce, pari ferè interuallo: neque ei celeritate pedum opus erat securitatis causa. nam v stadijs abest tumulus Aesyetæ qui hodie monstratur iuxta uiam qua itur Alexandream: Ne Hectoris quidem circa urbem cursus rationi esset cōsentaneus. nostrum enim Ilium ambiri non potest ob continens montis dorsum. Neque absurdum est, nullum exstare antiqui Ilij uestigium. Cùm enim aliæ circùm sitæ urbes euastatæ, non omnino tamen dirutæ essent, hæc autem funditùs euersa: omnes huius lapides ad refectionem illarum adhibiti sunt. Archæanactem quidem Mitylenæum aiunt ex Iliacis lapidibus Sigæum substruxisse. Id occupauerunt Athenienses, misso Phrynone qui ex Olympico certamine uictoriam reportauerat: cùm Lesbij totam ferè Troadem sibi tanquam hæreditario iure uindicarent: qui & pleraque domicilia condiderunt, partim etiamnum durantia, partim abolita. Pittacus autem Mitylenæus, unus de septem sapientibus, cum classe aduersus Phrynonem profectus, bellum alternante in utranq; partem fortuna aliquandiu gessit. atque Alcæus poëta ait se in quadam pugna malè acceptum, abiectis armis fuga sibi consuluisse. idque ad preconem quendam mandasse, ut domi narraret, se quidem saluum esse, cæterùm 77 amisso clypeo, quem Athenienses dedicauerint Glaucopidi (.cœsiæ.) Mineruæ, inque eius fano suspenderint. Enimuerò postea temporis Pittacus à Phrynone ad singulare prouocatus certamen, piscatorio usus apparatu eum excepit, anceps rete in eum coniecit, itaque compræhensum tridente ac pugione cōfodit. Bellum ne sic quidem finitum, optatus à partibus Periāder arbiter diremit. Mēdacij accusat Timeum Demetrius, quòd ille perhibuerit Periandrum ex Iliacis lapidibus aduersus Athenienses substruxisse Achilleum, eoq; opitulatum Pittaco. nam munitionem quidem hanc Sigeo adiectam fuisse à Mitylenæis: sed neque è tali lapide, neque Periandro autore. qui enim is arbiter delectus fuisset, qui se hostem facto ostendisset. Achilleum, ubi Achillis monumentum exstat, pagus est exiguus. Sigeum quoque dirutum est ab Iliensibus, cùm oppidanis non bene fiderent. nam sub Iliensibus ora maritima postea fuit uniuersa usque ad Dardanum: idque etiamnum. Olim sub Aeolensibus fuerunt propemodum omnia.

Iliad. χ. 165.

σκόπελον, ἐξ ἴσου σχεδόν τι διαστήματος, δεόμενος μηδὲν τῆς ποδωκείας τῆς ἀσφαλοῦς χάριν. πέντε γὰρ διέχει σταδίους ὁ νῦν δεικνύμενος τοῦ Αἰσυήτου τάφος κατὰ τὴν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ὁδόν. Οὐδ' ἡ τοῦ Ἕκτορος δὲ περιδρομὴ ἡ περὶ τὴν πόλιν ἔχει τι εὔλογον. οὐ γάρ ἐστι περίδρομος ἡ νῦν, διὰ τὴν συνεχῆ ῥάχιν. ἡ δὲ παλαιὰ ἔχει περιδρομήν. Οὐδὲν δ' ἴχνος σώζεται τῆς ἀρχαίας πόλεως εἰκότως. ὅτε γὰρ ἐκπεπορθημένων τῶν κύκλῳ πόλεων οὐ τελέως δὲ κατεσπασμένων, ταύτης δ' ἐκ βάθρων ἀνατετραμμένης, οἱ λίθοι πάντες εἰς τὴν ἐκείνων ἀνάληψιν μετηνέχθησαν. Ἀρχαιάνακτα γοῦν φασὶ τὸν Μιτυληναῖον ἐκ τῶν ἐκεῖθεν λίθων τὸ Σίγειον ἐκτειχίσαι. τοῦτο δὲ κατέσχον μὲν Ἀθηναῖοι, Φρύνωνα τὸν Ὀλυμπιονίκην πέμψαντες, Λεσβίων ἐπιδικαζομένων σχεδόν τι τῆς πάσης Τρῳάδος· ὧν δὴ καὶ κτίσματά εἰσιν αἱ πλεῖσται τῶν κατοικιῶν, αἳ μὲν συμμένουσαι καὶ νῦν, αἳ δ' ἠφανισμέναι. Πιττακὸς δ' ὁ Μιτυληναῖος εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν λεγομένων, πλεύσας ἐπὶ τὸν Φρύνωνα στρατηγόν, διεπολέμει τέως διατιθεὶς, καὶ πάσχων κακῶς. ὅ, τε καὶ Ἀλκαῖος φησὶν ὁ ποιητὴς, ἐν τινι ἀγῶνι κακῶς φερόμενον ἑαυτὸν, τὰ ὅπλα ῥίψαντα φυγεῖν. λέγει δὲ πρός τινα κήρυκα, κελεύσας ἀγγεῖλαι τοῖς ἐν οἴκῳ Ἀλκαῖος σῶος ἄροι ἔνθα δ' οὐκ αὐτὸν τὸν ἀληκτορὶν ἐς γλαυκωπὸν ἱερὸν ὃν ἐκρέμασαν Ἀττικοί. ὕστερον δ' ἐκ μονομαχίας προσκαλεσαμένου τοῦ Φρύνωνος, ἁλιευτικὴν ἀναλαβὼν σκευὴν συνέδραμε, καὶ τῷ μὲν ἀμφιβλήστρῳ περιέβαλε, τῇ τριαίνῃ δὲ, καὶ τῷ ξιφιδίῳ ἔπειρε, καὶ ἀνεῖλε. Μένοντος δ' ἔτι τοῦ πολέμου, Περίανδρος διαιτητὴς αἱρεθεὶς ὑπὸ ἀμφοῖν, ἔλυσε τὸν πόλεμον. Τίμαιον δὲ ψεύσασθαι φησὶν ὁ Δημήτριος, ἱστοροῦντα ἐκ τῶν λίθων τῶν ἐξ Ἰλίου, Περίανδρον περιτειχίσαι τὸ Ἀχίλλειον τοῖς Ἀθηναίοις, βοηθοῦντα τοῖς περὶ Πιττακόν. ἐπιτειχισθῆναι μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν Μιτυληναίων τὸν τόπον τοῦτον τῷ Σιγείῳ, οὐ μὴν ἐκ λίθων τοιούτων, οὐδ' ὑπὸ τοῦ Περιάνδρου· πῶς γὰρ ἂν αἱρεθῆναι διαιτητὴν τὸν προσπολεμοῦντα; Ἀχίλλειον δ' ἐστὶν ὁ τόπος ἐν ᾧ τὸ Ἀχιλλέως μνῆμα κατοικία μικρά. Κατέσκαπται δὲ καὶ τὸ Σίγειον ὑπὸ τῶν Ἰλιέων ἀπειθούντων. ὑπ' ἐκείνοις γὰρ ἦν ὕστερον ἡ παραλία πᾶσα ἡ μέχρι Δαρδάνου, καὶ νῦν ὑπ' ἐκείνοις ἐστί. Τὸ δὲ παλαιὸν ὑπὸ τοῖς Αἰολεῦσιν ἦν τὰ πλεῖστα

adeò

ὥστε Ἔφορος οὐκ ὀκνεῖ πᾶσαν τὴν ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης καλεῖν Αἰολίδα. Θουκυδίδης δέ φησιν ἀφαιρεθῆναι τὴν Τροίαν ὑπὸ Ἀθηναίων τοὺς Μιτυληναίους, ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ τῷ Πάχητι. Λέγουσι δ' οἱ νῦν Ἰλιεῖς καὶ τοῦτο, ὡς οὐδὲ τελέως συνέβαινεν ἠφανίσθαι τὴν πόλιν κατὰ τὴν ἅλωσιν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, οὐδ' ἐξηλείφθη οὐδέποτε. αἱ γοῦν Λοκρίδες παρθένοι, μικρὸν ὕστερον ἀρξάμεναι ἐπέμποντο κατ' ἔτος. Καὶ ταῦτα δ' οὐχ Ὁμηρικά. Οὔτε γὰρ τῆς Κασάνδρας φθορὰν οἶδεν Ὅμηρος. ἀλλ' ὅτι μὲν παρθένος ἦν ὑπ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον λέγει·

πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα,
ὅς ῥα νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλούθει.
ᾔτεε γὰρ Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστην
Κασάνδρην ἀνάεδνον.—

βίας δὲ οὐδὲ μέμνηται, οὐδ' ὅτι ἡ φθορὰ τοῦ Αἴαντος ἡ ἐν τῇ ναυαγίᾳ διὰ μῆνιν Ἀθηνᾶς συνέβη, ἢ κατὰ τοιαύτην αἰτίαν· ἀλλ' ἀπεχθανόμενον μὲν τῇ Ἀθηνᾷ κατὰ τὸ κοινὸν εἴρηκεν (ἁπάντων γὰρ εἰς τὸ ἱερὸν ἀσεβησάντων, ἅπασιν ἐμήνιεν) ἀπολέσθαι δὲ ὑπὸ Ποσειδῶνος μεγαλορρημονήσαντα. Τὰς δὲ Λοκρίδας πεμφθῆναι Περσῶν ἤδη κρατούντων συνέβη. οὕτω μὲν δὴ λέγουσιν οἱ Ἰλιεῖς. Ὅμηρος δὲ ῥητῶς τὸν ἀφανισμὸν τῆς πόλεως εἴρηκεν·

ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ' ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρή.
ἦ γὰρ καὶ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπήν.
Εἴπομεν βουλῇ καὶ μύθοισι,
πέρθετο δὲ Πριάμοιο πόλις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ.

Καὶ τὰ τοιαῦτα δὲ τοῦ αὐτοῦ τίθενται τεκμήρια, οἷον ὅτι τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ξόανον νῦν μὲν ἑστηκὸς ὁρᾶται· Ὅμηρος δὲ καθήμενον ἐμφαίνει. πέπλον γὰρ κελεύει

θεῖναι Ἀθηναίης ἐπὶ γούνασιν.— ὡς καί,
μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέζεσθαι φίλον υἱόν.

Βέλτιον γὰρ οὕτως, ἢ ὡς τινὲς δέχονται ἀντὶ τοῦ παρὰ τοῖς γόνασι θεῖναι, παρατιθέντες τό,

— Ἡ δ' ἧσται ἐπ' ἐσχάρῃ ἐν πυρὸς αὐγῇ·
ἀντὶ τοῦ παρ' ἐσχάρῃ. τίς γὰρ ἂν νοηθείη πέπλου ἀνάθεσις παρὰ τοῖς γούνασι; Καὶ οἱ τὴν προσῳδίαν δὲ μεταστρέφοντες, γουνάσιν, ὡς θυάσιν ὁποτέρως ἂν δέξωνται ἄπορον ἀνευρήσουσιν, εἴθ'

adeò quidem, ut Ephorus etiam intrepidè totam ab Abydo Cumam uſque oram Aeolidi adſcripſerit. Thucydides Troiam Mitylenæis ademptam ab Athenienſibus tradit bello Peloponneſiaco, duce Pachete. Id quoque Ilienſes dicunt noſtra ætate uiuentes, Ilium ab Achiuis captum nunquam fuiſſe prorſus deletum. Locrenſes quidem uirgines paulò pòſt ceperunt Ilium mitti, more uſitato. Atqui hæc non ſunt Homerica. Nihil enim de uiolata Caſandræ pudicicia apud Homerum inuenies. quî ſub id tempus eam uirginem commemorat.

—necauit
Othryonea, Cabeſo illis qui fortè diebus Iliad. ν. 363.
Venerat ad bellum, ſibi grandia præmia poſcens.
Caſſandram Priami naturam principe forma
Muneribus ductam nullis donis'ue petebat.

de ui facta uirgini, nulla apud mentio: neque hanc cauſam, ut iram Mineruę ideò conceptam Aiaci naufragium & interitum attuliſſe dicit. ſed hunc ut & Græcos reliquos omnes Mineruæ inuiſum fuiſſe refert: quæ omnes odiſſet Græcos, polluto ab omnibus ſuo templo: eoſq; â Neptuno ob uerborum iactantiam fuiſſe perditos. Locrides puellæ Perſis demum obtinentibus mitti ceperunt. Ita quidem Ilienſes narrant, Homerus autem diſertè urbis deletionem exprimit. (Vide Odyſſ. δ. 500.)

Tempus erit, ſacra cum delebitur Ilios olim: Iliad. ξ. 448.
&,
Si Priami celſam noſtris euertimus urbem
Conſilijs.—. &
Vrbs Priami decimo cecidit cùm funditus anno.

Ad hæc alijs etiam argumentis. quale eſt, quòd Mineruæ ſimulacrum ſtans hodie conſpicitur, quod Homerus ſedere indicat. iubet enim ille peplum

Palladis in genibus poni.— ut aliâs Iliad. ξ. 92.
Ne quondam in genibus proles ſibi noſtra ſederet. Iliad. ιτ. 455.

ſic enim meliùs habet, quâm ut nonnulli exponunt, adducentes:

Inque foco ſedet illa ad flammas protinus ignis. Odyſſ. ξ. 305.

pro, iuxta focum. quî enim intelligatur peplum iuxta genua deponi? Qui uerò accentu traiecto γουνάσιν legunt, ut ἠάσιν; utro ἢ modo accipiant, exitum nô inueniunt: ſiue ſ

supplicationem * Antiquorum Mineruæ simulacrorum multa sedentia uidentur: ut Phocææ, Massiliæ, Romæ, in Chio, alijsq́ locis pluribus. Recentiores etiam testantur Ilium deletum fuisse. è quibus Lycurgus orator mētione eius urbis illata: Quis, inquit, non auditu percepit, eam postquam semel à Græcis euersa fuit, habitationibus carere? Conijciunt porrò, eos qui postmodò instaurare Ilium intenderunt, locum antiqui Ilij abominatos fuisse. siue ob calamitates, siue quòd Agamemno in reparatorem pristini Ilij exsecratus fuisset ueteri quadam consuetudine. (.quo modo etiam Crœsus Sidena diruta, in quam tyrannus Glaucias confugerat, diris eos deuouit, qui muris rursus locum cingerēt.) itaq́ isto loco omisso, urbem alio posuisse. Primi adeò Astypalæenses qui Rhœteum occupauerunt, oppidulum ad Simoentem condidere, quod nunc Polisma dicitur: loco non satis firmo, unde & mox dirutum est. Sub Lydis ea quæ hodie exstat domorum exstructio facta est, & templum. neque tum urbs fuit, sed multo pòst tempore, cùm, ut diximus, paulatim creuisset. Hellanicus Iliensium gratiam captans more suo, affirmat recentem cum antiqua urbem eandem esse. Agrum uerò Iliensium, urbe subuersa, Sigei & Rhœtei incolæ, alijq́ diuise-

*Iliad. ξ. 307.* runt inter se: ut & instaurata urbe reddiderunt. Fontosam præterea Idam propriè dictam existimant, ob multitudinem ex ea delabentium amnium: maximè ubi Dardania ei subiacet, usque ad Scepsin & Ilio uicina loca. Demetrius homo locorū peritus, (.quip-

*Idæ fluminum descriptio.* pe ibi natus.) sic describit. Collis quidam Idę est, nomine Cotylus, supra Scepsin stadia circiter CXX situs. ex eo manant Scamander, Granicus, & Aesepus. hi quidem uersus septentrionem & Propontidem è pluribus fontibus confluentes: Scamander ex unico, uersus occasum. omnes hi fontes inter se uicini, ambitu XX stadiorum continentur. Plurimum ab initio suo abest exitus Aesepi, ferè ad IↃ stadia. Cæterùm ista Homeri uerba disquirendi præbent materiam:

*Iliad. χ. 147.* Sunt gemini fontes, laticum qui diuite fluxu
Labentē efficiunt per Troica culta Scamandrum.

Horum

ἱκετεύοντες τε φρύγας. Πολλὰ δὲ τῶν ἀρχαίων τῆς Ἀθηνᾶς ξοάνων καθήμενα δείκνυται, καθάπερ ἐν Φωκαίᾳ, Μασσαλίᾳ, Ῥώμῃ, Χίῳ, καὶ ἄλλαις πλείοσιν. Ὁμολογοῦσι δὲ οἱ νεώτεροι τὸν ἀφανισμὸν τῆς πόλεως, ὧν ἐστι καὶ Λυκοῦργος ὁ ῥήτωρ. μνησθεὶς γὰρ τῆς Ἰλιέων πόλεως φησί. τίς οὐκ ἀκήκοεν, ὡς ἅπαξ ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατεσκάφη, ἀοίκητον οὖσαν; Εἰκάζουσι δὲ τοὺς ὕστερον ἀνακτίσαι διανοουμένους οἰωνίσασθαι τὸν τόπον ἐκεῖνον, εἴτε διὰ τὰς συμφοράς, εἴτε καὶ καταρασαμένου τοῦ Ἀγαμέμνονος κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος. (καθάπερ καὶ ὁ Κροῖσος ἐξελὼν τὴν Σιδήνην εἰς ἣν ὁ τύραννος κατέφυγε Γλαυκίας, ἀρὰς ἔθετο κατὰ τῶν τειχιούντων πάλιν τὸν τόπον.) ἐκείνου μὲν οὖν ἀποστῆναι τοῦ χωρίου, ἕτερον δὲ τειχίσαι. Πρότερον μὲν οὖν Ἀστυπαλαιεῖς οἱ τὸ Ῥοίτειον κατέχοντες συνῴκισαν πρὸς τῷ Σιμόεντι πόλιον, ὃ νῦν καλεῖται πόλισμα, οὐκ ἐν εὐερκεῖ τόπῳ, διὸ κατεσπάσθη ταχέως. ἐπὶ δὲ τῶν Λυδῶν ἡ νῦν ἐκτίσθη κατοικία, καὶ τὸ ἱερόν· οὐ μὴν πόλις γε ἦν. ἀλλὰ πολλοῖς χρόνοις ὕστερον, καὶ κατ᾽ ὀλίγον, ὡς εἴρηται τὴν αὔξησιν ἔσχεν. Ἑλλάνικος δὲ χαριζόμενος τοῖς Ἰλιεῦσιν οἷος ἐκείνου μῦθος συνηγορεῖ, τῷ τὴν αὐτὴν εἶναι πόλιν τὴν νῦν τῇ τότε. Τὴν δὲ χώραν ἀφανισθείσης τῆς πόλεως, οἱ τὸ Σίγειον καὶ τὸ Ῥοίτειον ἔχοντες διενείμαντο, καὶ τῶν ἄλλων, ὡς ἕκαστοι τῶν πλησιοχώρων ἀπέδοσαν ἀνοικισθείσης. Πολυπίδακον δὲ τὴν Ἴδην ἰδίως οἴονται λέγεσθαι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐξ αὐτῆς ῥεόντων ποταμῶν. καθ᾽ ἃ μάλιστα ἡ Δαρδανικὴ ὑποπέπτωκεν αὐτῇ, καὶ μέχρι Σκήψεως καὶ τὰ περὶ Ἴλιον. Ἔμπειρος δ᾽ ὢν τῶν τόπων, ὡς ἂν ἐπιχώριος ἀνὴρ ὁ Δημήτριος, τότε μὲν οὕτως λέγει περὶ αὐτῶν. Ἔστι γὰρ λόφος τις τῆς Ἴδης Κότυλος· ὑπόκειται δ᾽ οὗτος ἑκατόν που καὶ εἴκοσι σταδίοις Σκήψεως. ἐξ οὗ ὅ,τε Σκάμανδρος ῥεῖ, καὶ ὁ Γρανικός, καὶ Αἴσηπος. οἱ μὲν πρὸς ἄρκτον καὶ τὴν Προποντίδα ἐκ πλειόνων πηγῶν συλλειβόμενοι, ὁ δὲ Σκάμανδρος ἐπὶ δύσιν ἐκ μιᾶς πηγῆς. πᾶσαι δ᾽ ἀλλήλαις πλησιάζουσιν ἐν εἴκοσι σταδίων περιεχόμεναι σχήματι. πλεῖστον δ᾽ ἀφέστηκεν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸ τοῦ Αἰσήπου τέλος, σχεδόν τι καὶ πεντακοσίους σταδίους. Παρέχει δὲ λόγον, ὥς φησιν ὁ ποιητής·

Κρουνὼ δ᾽ ἵκανον καλλιρρόω, ἔνθα δὲ πηγαὶ
Δοιαὶ ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου δινήεντος.

Ἡ μὲν

ἡ μὲν γάρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει, (ὅ ἐστι θερμῷ, ἀθερφόρα δέ.) ἀμφὶ δὲ καπνός.
γίνεται ἐξ αὐτῆς ὡσεὶ πυρός—.
ἡ δ' ἑτέρη θέρεϊ προρέει, εἰκυῖα χαλάζῃ,
ἢ χιόνι ψυχρῇ.—

οὔτε γὰρ θερμὰ νῦν ἐν τῷ τόπῳ εὑρίσκεται, οὔθ' ἡ τοῦ Σκαμάνδρου πηγὴ ἐνταῦθα, ἀλλ' ἐν τῷ ὄρει. καὶ μία, ἀλλ' οὐ δύο. τὰ μὲν οὖν θερμὰ ἐκλελεῖφθαι εἰκός· τὸ δὲ ψυχρὸν κατὰ διάδοσιν ὑπεκρέον ἐκ τοῦ Σκαμάνδρου κατὰ τοῦτ' ἀνατέλλειν τὸ χωρίον, ἢ καὶ διὰ τὸ πλησίον εἶναι τοῦ Σκαμάνδρου, καὶ τοῦτο τὸ ὕδωρ λέγεσθαι τοῦ Σκαμάνδρου πηγήν. οὕτω γὰρ λέγονται πλείους πηγαὶ τοῦ αὐτοῦ ποταμοῦ. Συμπίπτει δ' εἰς αὐτὸν ὁ Ἄνδριος ἀπὸ τῆς Καρησηνῆς, ὀρεινῆς τινος πολλαῖς κώμαις συνοικουμένης καὶ γεωργουμένης καλῶς, παρακειμένης τῇ Δαρδανικῇ μέχρι τῶν περὶ Ζέλειαν, καὶ Πιτυειαν τόπων. ὠνομάσθαι δὲ τὴν χώραν φασὶν ἀπὸ τοῦ Καρήσου ποταμοῦ, ὃν ὠνόμακεν ὁ ποιητής·

Ῥῆσός θ' Ἑπτάπορός τε Κάρησός τε Ῥόδιός τε.

τὴν δὲ πόλιν κατεσπάσθαι τὴν ὁμώνυμον τῷ ποταμῷ. πάλιν δ' οὗτός φησιν. ὁ μὲν Ῥῆσος ποταμὸς νῦν καλεῖται Ῥοείτης, εἰ μὴ ἄρα ὁ εἰς τὸν Γρανικὸν ἐμβάλλων Ῥῆσός ἐστιν. Ἑπτάπορος δέ, ὃν καὶ Πολύπορον λέγουσιν, ἑπτάκις διαβαινόμενος ἐκ τῶν περὶ τὴν Καλὴν πεύκην χωρίων, ἐπὶ Κελαινὰς κώμην ἰοῦσι, καὶ τὸ Ἀσκληπιοῦ ἵδρυμα Λυσιμάχου. περὶ δὲ τῆς Καλῆς πεύκης, Ἄτταλος ὁ πρῶτος βασιλεύσας οὕτως γράφει. τὴν μὲν περίμετρον εἶναί φησι ποδῶν τεττάρων καὶ εἴκοσι, τὸ δὲ ὕψος ἀπὸ ῥίζης ἐπὶ ἑξήκοντα, καὶ ἑπτὰ πόδας. εἶτ' εἰς τρία σχιζομένην ἴσον ἀλλήλων διέχοντα, εἶτα πάλιν συναγομένην εἰς μίαν κορυφήν, ἀποτελοῦσαν τότε πᾶν ὕψος δυοῖν πλέθρων, καὶ πεντεκαίδεκα πηχῶν. Ἀδραμυττίου διέχει πρὸς ἄρκτον ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίους. Κάρησος δ' ἀπὸ Μαλοῦντος ῥεῖ τόπου τινός, κειμένου μεταξὺ Παλαισκήψεως καὶ Ἀχαιίου τῆς Τενεδίων περαίας. ἐμβάλλει δὲ εἰς τὸν Αἴσηπον. Ῥόδιος δὲ ἀπὸ Κλεανδρίας καὶ Γόρδου, ἃ διέχει τῆς Καλῆς πεύκης ἑξήκοντα σταδίους. ἐμβάλλει δ' εἰς τὸν Αἴνιον. Τοῦ δ' αὐλῶνος τοῦ περὶ τὸν Αἴσηπον ἐν τῇ ἀριστερᾷ τῆς ῥύσεως αὐτοῦ, πρῶτον ἐστι Πολίχνα τειχῆρες χωρίον, εἶθ' ἡ Παλαισκῆψις, εἶτ' Ἀλαζόνιον, τοῦτ' ἤδη πεπλασμένον πρὸς τὴν τῶν Ἀλαζόνων ὑπόθεσιν, περὶ ὧν εἰρήκαμεν. εἶτα Κάρησος ἔρημος, καὶ ἡ Καρησηνή, καὶ ὁμώνυμος ποταμός, ποιῶν καὶ αὐτὸς αὐλῶνα ἀξιόλογον, ἐλάττω δὲ

Horum alter calidos fumi cum uortice nigri
Emittit latices, alter, certare sub ipsum
Aestatem qui cum glacie, aut cum grandine possint,
Aut niue, nec gelido superētur frigore, promit.

Nam neque calidæ aquæ ibi nunc locorum inueniuntur; & Scamandri fons non isthic, sed in monte est; atque unus is, non duo. Sanè probabile est calidas aquas defecisse. frigidæ autem quia è Scamandro per alueum subterraneum effluentes, illic emergant, aut etiam quia uicinæ sint Scamandro, eius fontes dici potuerunt. In Scamandrum Andrius influit è Caresena. est hæc montana regio multis pagis habitata, & probè culta, Dardaniæ adiacens usque ad loca Zeleæ & Pityeæ uicina. nomē habere à Careso flumine aiūt, quem Homerus nominat:

Resusque, Heptaporusque, Caresusque, Rodiusque: *Iliad. μ. 20.*

urbem fluuio cognominem esse euersam. Porrò Demetrius ita perhibet. Resus amnis nunc Rhoëtes dicitur: nisi is fortè Resus est, qui in Granicum exit. Heptaporus, quem & Polyporum dicunt, septies transitur, uia quę à pulcra picea ad pagum Celænas ducit, & Aesculapij templum à Lysimacho dedicatum. De pulcra ista picea, Attalus qui primus regnauit, sic scribit. ambitum eius esse pedum XXIV: altitudinem à radice ad LXVII. deinde scindi in tres truncos æqualiter à se inuicem distantes, qui rursus in unum coëunt cacumen: ut tota eius altitudo sit iugerum duorum, cubitorumque XV. abesse ab Adramyttio uersus septentrionē stadia CXXC. Caresus à Malunte fluit, loco quodam sito inter Palæscepsium & Achæium in continēte Tenedo opposita. in Aesepū autem exit. Rodius à Cleandria & Gorda labitur, quæ à pulcra picea absunt LX stadia: influit in Aenium. In conualle circa Aesepum, ad læuam fluminis partem initiò est Polichna, muris aptum oppidulum. deinde Palæscepsis, & Allazonium, conuictum iam gratia argumenti de Allazonibus: de quibus suprà diximus. tum Caresus deserta, & Caresena, ac fluuius Caresus, ipse etiam conuallem faciens me- *Troadem reliquam describit.*
morabi-

morabilem, sed Aesepeo minorem. sequuntur iam Zeliæ campi, & plani colles pulcrè culti. Ad dextram Aesepi inter Polichnam & Palæscepsin Nouus est pagus, & fodinæ argenti. hæ quoque confictæ eiusdem argumenti causa, ut seruari posit illud

Iliad β.857. —argenti quà uena secatur.

Vbi ergo est Alyba illa, aut Alopa, uel quocunque tandẽ modo placet nominare? nam & hanc oportuit eos, semel iacta iam alea, perfricta fronte comminisci, neq; mancum relinquere ac repræhensioni obnoxium q̃d finxerant. Hæc ergo sic contradicuntur. Cæ-

9 tera autem probamus, 9 censemusq; in plerisque Demetrio animum esse aduertẽdum, homini perito, & ijs in locis nato, ac cui res ea tantæ fuerit curę, ut interpretandis LX paulo amplius Homeri uersibus de Troum recensione, XXX libros conscripserit. Palæscepsin is ab Aenea distare ait L stadia, ab Aesepo flumine XXX. atque huius Palæscepsis nominis ambiguitatem etiam ad alia plura loca extendi. Sed nos ad oram reuertamur maritimã, unde sumus digressi. Post Sigeum promontorium & Achillis monumentum contines est Tenedo opposita, & Achaium. tum

Tenedus. ipsa Tenedus, non amplius XL stadijs à continente dissita. ambitu est ad XXC stadiorum: urbem habet Aeolicam, & portus duos, templumque Apollinis Sminthei, quòd & Homerus testatur:

Iliad. α.38. Sminthe ũ, qui Tenedum regis.—

Circa hanc minutæ insulæ multæ iacent, de quibus duæ sunt quas Calydnas dicunt, sitas quà ad Lectum à Tenedo nauigat. sunt qui ipsam Tenedon Calydnam nominent: alij eam Leucophryn uocant. sunt & aliæ circa eam exiguæ insulę. Ibi fabulantur res Tennis gestas, & Cygni Thracis, patris (ut quidam uolunt.) Tennis, regis Colonarum. Achæo contigua fuit Larissa, & Colonæ quæ antè ad Diam pertinuerunt, & quæ nunc est Chrysa, posita in saxosa quadam summitate supra mare. & Hamaxitus continenter Lecto subiecta. Alexandrea nunc Achæum attingit: oppidula autem quæ circùm erant, aliaque plura castella, eorum ciues Alexandream translati sunt: de quibus Cebrena fuit & Neandria. agrum ipsi habent. Locus, in quo nunc Alexandria sita est, Sigia uocabatur. In Chrysa autem ista templum est Apol-

τῳ δὲ τοῦ περὶ τὸν Αἴσηπον. τὰ δ' ἑξῆς ἤδη τὰ τῆς Ζελείας ἐστὶ πεδία, καὶ ὀροπέδια καλῶς γεωργούμενα. ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ Αἰσήπου μεταξὺ Πολίχνας τε καὶ Παλαισκήψεως ἡ Νέα κώμη, καὶ ἀργύρεια, καὶ ταῦτα πάλιν πλάσματα τὰ ἀργύρεια πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν, ὅπως σωθείη τὸ,

—ὅθεν ἀργυρέου ἐστὶ γενέθλη.

Ἡ οὖν Ἀλύβη που, ἢ Ἀλόπη, ἢ ὅπως βούλονται παρονομάζειν; ἐχρῆν γὰρ καὶ ταύτην πλάσαι παρατριψαμένους τὸ μέτωπον, καὶ μὴ χωλὸν ἐᾶν, καὶ ἕτοιμον πρὸς ἔλεγχον ἅπαξ ἤδη ἀποτετολμηκότας. Ταῦτα μὲν ἔνστασιν ἔχει τοιαύτην. ταῦτα δὲ ἀπολαμβάνομεν, ἤ τά τε πλεῖστα δεῖν προσέχειν, ὡς ἀνδρὶ ἐμπείρῳ καὶ ἐντοπίῳ, φροντίσαντί τε περὶ τούτων τοσοῦτον, ὥστε τριάκοντα βίβλους συγγράψαι στίχων ἐξήγησιν μικρῷ πλειόνων ἑξήκοντα τοῦ καταλόγου τῶν Τρώων. Φησὶ γοῦν τὴν Παλαισκῆψιν τῆς μὲν Αἰνείας διέχειν πεντήκοντα σταδίους, τοῦ δὲ ποταμοῦ τοῦ Αἰσήπου τριάκοντα. ἀπὸ δὲ Παλαισκήψεως ταύτης διατεῖναι τὴν ὁμωνυμίαν, καὶ εἰς ἄλλους πλείους τόπους. ἐπάνιμεν δὲ ἐπὶ τὴν παραλίαν ὅθεν παραπελίπομεν. Ἔστι δ' ἡ μετὰ τὴν Σιγιάδα ἄκραν καὶ τὸ Ἀχίλλειον ἡ Τενεδίων περαία τὸ Ἀχαιόν, καὶ αὐτὴ ἡ Τένεδος, οὐ πλείους τῶν τετταράκοντα σταδίων διέχουσα τῆς ἠπείρου. ἔχει δὲ τὴν περίμετρον ὅσον ὀγδοήκοντα σταδίων. καὶ πόλιν Αἰολίδα, καὶ λιμένας δύο, καὶ ἱερὸν τοῦ Σμινθέως Ἀπόλλωνος. καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς μαρτυρεῖ·

Σμινθεῦ Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις.—

Περίκειται δ' αὐτῇ νησία πλείω, καὶ δὴ καὶ δύο ἃ καλοῦσι Καλύδνας, κειμένας κατὰ τὸν ἐπὶ Λέκτον πλοῦν. καὶ αὐτὴν δὲ τὴν Τένεδον Καλύδναν τινὲς εἶπον, ἄλλοι δὲ Λευκόφρυν. εἰσὶ καὶ ἕτερα νησία περὶ αὐτήν. Μυθεύουσι δ' ἐν αὐτῇ τὰ περὶ τὸν Τέννην, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα τῇ νήσῳ, καὶ τὰ περὶ τὸν Κύκνον, Θρᾷκα τὸ γένος, πατέρα δ', ὥς τινες, τοῦ Τέννου, βασιλέα δὲ Κολωνῶν. ἦν δὲ τῷ Ἀχαιῷ συνεχὴς ἥ τε Λάρισσα, καὶ Κολωναὶ τῆς Δίας οὖσαι πρότερον, καὶ ἡ νῦν Χρύσα ἐφ' ὕψους τινὸς πετρώδους καὶ ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἱδρυμένη, καὶ ἡ Ἁμαξιτὸς ἡ τῷ Λέκτῳ ὑποκειμένη συνεχής. νυνὶ δ' ἡ Ἀλεξάνδρεια συνεχής ἐστι τῷ Ἀχαιῷ. τὰ δὲ πολίσματα ἐκεῖνα συνῳκισμένα τυγχάνει, καθάπερ καὶ ἄλλα πλείω τῶν φρουρίων εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν· ὧν Κεβρήνη, καὶ Νεανδρία ἐστί, καὶ τὴν χώραν ἔχουσιν ἐκεῖνοι. ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ νῦν κεῖται ἡ Ἀλεξάνδρεια, Σιγία ἐκαλεῖτο. Ἐν δὲ τῇ Χρύσῃ ταύτῃ, καὶ τὸ τοῦ Σμινθέως Ἀ-

θίως Ἀπόλλωνος ἐστὶν ἱερὸν, καὶ τὸ σύμβολον τὸ τὴν ἐτυμότητα τοῦ ὀνόματος σῶζον, ὁ μῦς ὑπόκειται τῷ ποδὶ τοῦ ξοάνου. Σκόπα δ' ἐστὶν ἔργα, τοῦ Παρίου. συνοικειοῦσι δὲ καὶ τὴν ἱστορίαν εἰς τὸν μῦθον τοῦτον καὶ τὸν τρόπον τὴν περὶ τῶν μυῶν. Τοῖς γὰρ ἐκ τῆς Κρήτης ἀφιγμένοις Τεύκροις (οὓς πρῶτος παρέδωκε Καλλῖνος ὁ τῆς ἐλεγείας ποιητὴς, ἠκολούθησαν δὲ πολλοί) χρησμὸς ἦν αὐτόθι ποιήσασθαι τὴν μονὴν ὅπου ἂν οἱ γηγενεῖς αὐτοῖς ἐπιθῶνται. συμβῆναι δὲ τοῦτ' αὐτοῖς φασι περὶ Ἀμαξιτόν. νύκτωρ γὰρ πολὺ πλῆθος τῶν ἀρουραίων μυῶν ἐξανθῆσαν, διαφαγεῖν ὅσα σκύτινα τῶν τε ὅπλων, καὶ τῶν χρηστηρίων. τοὺς δὲ αὐτόθι μεῖναι. τούτους δὲ καὶ τὴν Ἴδην ἀπὸ τῆς ἐν Κρήτῃ κατονομάσαι. Ἡρακλείδης δ' ὁ Ποντικὸς πληθύοντάς φησι τοὺς μύας περὶ τὸ ἱερὸν νομισθῆναί τε ἱεροὺς, καὶ τὸ ξόανον οὕτω κατασκευασθῆναι βεβηκὸς ἐπὶ τῷ μυΐ. ἄλλοι δ' ἐκ τῆς Ἀττικῆς ἀφῖχθαί τινα Τεῦκρόν φασιν ἐκ δήμου Τρώων, ὃς νῦν ὁ Ξυπετέων λέγεται. Τεύκρους δὲ μηδένας ἐλθεῖν ἐκ τῆς Κρήτης. Τῆς δὲ πρὸς τοὺς Ἀττικοὺς ἐπιπλοκῆς τῶν Τρώων τιθέασι σημεῖον καὶ τὸ παρ' ἀμφοτέροις Ἐριχθόνιόν τινα γενέσθαι τῶν ἀρχηγετῶν. λέγουσι μὲν οὖν οὕτως οἱ νεώτεροι. Τοῖς δ' Ὁμήρου μᾶλλον ἔπεσι συμφωνεῖ τὰ ἐν τῷ Θήβης πεδίῳ, καὶ τῇ αὐτόθι Χρύσῃ ἱδρυμένῃ ποτὲ δεικνύμενα ἴχνη· περὶ ὧν αὐτίκα ἐροῦμεν. Πολλαχοῦ δ' ἐστὶ τὸ τοῦ Σμινθέως ὄνομα. καὶ γὰρ περὶ αὐτὴν τὴν Ἀμαξιτὸν χωρὶς τοῦ κατὰ τὸ ἱερὸν Σμινθίου, δύο τόποι καλοῦνται Σμίνθια. καὶ ἄλλοι δ' ἐν τῇ πλησίον Λαρισαίᾳ. καὶ ἐν τῇ Παριανῇ δ' ἐστὶ χωρίον τὰ Σμίνθια καλούμενα, καὶ ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Λίνδῳ, καὶ ἄλλοθι δὲ πολλαχοῦ. καλοῦσι δὲ νῦν τὸ ἱερὸν Σμίνθιον. χωρὶς δὲ καὶ τὸ Ἀλήσιον πεδίον οὐ μέγα ἐν τοῖς τοῦ Λεκτοῦ, καὶ τὸ Τραγασαῖον ἁλοπήγιον αὐτόματον τοῖς ἐτησίαις πηγνύμενον πρὸς Ἀμαξιτῷ. Ἐπὶ δὲ τῷ Λεκτῷ βωμὸς τῶν δώδεκα θεῶν δείκνυται. καλοῦσι δ' Ἀγαμέμνονος ἵδρυμα. ἐν ἐπόψει δὲ τῷ Ἰλίῳ ἐστὶ τὰ χωρία ταῦτα, ὡς ἐν διακοσίοις σταδίοις, ἢ μικρῷ πλείοσιν· ὡς δ' αὕτως καὶ τὰ περὶ Ἄβυδον ἐκ θατέρου μέρους, μικρὸν δ' ὅμως ἐγγυτέρω ἡ Ἄβυδος. Κάμψαντι δὲ τὸ Λεκτὸν, ἐλλογιμώταται πόλεις τῶν Αἰολέων, καὶ ὁ Ἀδραμυττηνὸς κόλπος ἐκδέχεται, ἐν ᾧ τοὺς πλείους τῶν Λελέγων καθιδρύων ὁ ποιητὴς φαίνεται, καὶ τοὺς Κίλικας διττοὺς ὄντας. Ἐνταῦθα δὲ καὶ ὁ τῶν Μιτυληναίων ἐστὶν αἰγιαλὸς, κώμας τινὰς ἔχων τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ τῶν Μιτυληναίων. Τὸν δὲ αὐτὸν κόλπον, καὶ Ἰδαῖον λέγουσιν. ἡ γὰρ ἀπὸ τοῦ Λεκτοῦ ῥά-

ἐκ τοῦ ῥά-

linis Sminthei. ac signum nominis ueritatem rationemqúe conseruans, mus sub pede est simulacri. opus est Scopæ Parij: & fabulæ historiam de muribus accommodant hoc modo. Teucris, quos primus Callinus elegiarum conditor multos è Creta adduxerat eò, fuisse oraculo præceptum, ut sedes ibi ponerent, ubi ipsos terrigenæ essent adorti. id eis apud Hamaxitum euenisse. nam noctu magnam terrestrium murium multitudinem erupisse, quæ quidquid armorum aut utensilium è corio factum aderat corroserit. Ita eos ibi mansisse. Eosdem Idam quoque à Cretensi denominasse. Heraclides Ponticus ait mures, cum circa templum abundarent, sacros esse habitos, atque ita simulacrum factum quod muri insisteret. Alij uenisse ex Attica quendam Teucrum narrant, è pago Troum siue curia, cui nunc Xypeteon dicatur. multos è Creta uenisse Teucros. & Troianorum cum Cretensibus cōiunctionis eo utuntur indicio, quòd apud utrosque Erichthonius fuerit gentis princeps. Sic ergo recentiores dicunt. Homeri uersibus magis consentiunt uestigia quæ in Thebes campo, & ibi posita Chrysa ostenduntur: de quibus mox dicemus. Nomen Sminthei multis in locis exstat. Nam & apud ipsam Hamaxitum extra templum Sminthium, duo alia loca Sminthia usurpantur, & alia in Larissæo agro. sed & in Pariano locus est quæ Sminthia dicuntur, itemq́ue in Rhodo & Lindo, ac alibi multa. Nunc templum appellant Sminthium. seorsim est campus Halesius non magnus, circa Lectum, & salinæ Tragesææ apud Hamaxitum, ubi sal sponte sua cogitur spirantibus Etesijs. Apud Lectum ara est XII deorum, quam Agamemno dicit posuisse. Hæc omnia sunt in conspectu Ilij, intra CC aut paulo plura stadia. itemqúe ab altera parte quæ circa Abydum. tamen paulo propinquior est Abydus. Vbi Lectum circumflexeris, urbes Aeolensium nobilissimas uidebis, excipietqúe sinus te Adramyttenus: ad quem Homerus maiorem Lelegum partem collocat, & Cilices: qui quidem sunt gemini. Ibi etiam Mitylenæorum est litus, Mitylenæorum quosdam pagos habens in continente positos. Eundem sinum etiam Adramyttenum appellant. Nam dorsum quod à Le-

Sminthæus.

Aeolidis descriptio.

cto ad Idam porrigitur, supra primas situm est sinus partes: in quibus primùm positos Lelegas poëta facit. De his quanquam dictum est suprà: nunc tamen addamus, Pedasum urbem ab Homero quandam nominari, quæ Altæ paruerit.

Iliad. φ. 87. Altæ, qui Lelegum rex est in bella ferocûm,
Pedason excelsam prope Satmoënte gubernans.

Et hodieque ostenditur locus, urbe uacuus. Quidam non rectè scribunt, sub Satmoënte: quasi urbs sub monte Satmoënte sita esset. neque enim ullus ibi mons eo nomine exstat: sed fluuius, ad quem urbs fuit condita, quæ nunc est deserta. Fluuium poëta nominat.

Iliad. ξ. 443. Satnion insiliens rigida tum perculit hasta
Enopidem: Nais peperit quē candida quondam
Enope nympha grauis: cum bucera pasceret ille
Armenta ad ripas undosi Satnioëntis.

& rursum.

Iliad. ζ. 34. Ad ripas habitabat aquosi Satnioëntis,
Pedason excelsam.——

Satnioëntem qui posteriùs illa loca incoluerunt, Saphnioëntem appellauerunt. magnus est torrens: memorabilem fecit Homerus, dum nominauit. Hæc loca contermina sunt agro Dardanio & Scepsio: tanquam alia quædam Dardania. inferiora autē Assijs * nunc sunt & Gargarijs, usque ad mare, quod Lesbum alluit. continenturque Antandrio, Cebrenio, & Hamaxiteo limitibus. Supra Hamaxitum quidem Neandria sita est: cuius incolæ ipsi quoque intra Lectum sunt, magis in mediterranea, & uersus Ilium uergentes. distant enim CXXX stadijs. Supra hos Cebrenij sunt. inde Dardanij usque ad Palæscepsin & ipsam Scepsin. Antandrum certè Alcæus Lelegum urbem uocat

Principiò Antandrus Lelegum urbs est.

Scepsius eam in circumiacentibus numerat: ita ut in Cilicum regionem excidere uideatur. hi enim contigui sunt Lelegibus, austrinum maximè litus definientes. Humiles tamen sunt & hi, & qui ad oram maris Adramyttio uicinam propius accedūt. Nam post Lecton est Polymedium uicus, intra XL stadiū. post alia XXC, lucus supra mare paruus. deinde

κτου ῥάχις ἀνατείνουσα πρὸς τὴν Ἴδην, ὑπέρκειται τῶν πρώτων τοῦ κόλπου μερῶν, ἐν οἷς πρῶτον τοὺς Λέλεγας ὁ ποιητὴς ἱδρυμένους πεποίηκεν. Εἴρηται δὲ περὶ αὐτῶν καὶ πρότερον· καὶ νῦν δὲ προσληπτέον, ὅτι Πήδασόν τινα λέγει πόλιν αὐτῶν ὑπὸ Ἄλτῃ τεταγμένων·

Ἄλτεω, ὃς Λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει,
Πήδασον αἰπήεσσαν ἔχων ἐπὶ Σατνιόεντι.

Καὶ νῦν ὁ τόπος δείκνυται τῆς πόλεως ἔρημος. Γράφουσι δέ τινες οὐκ εὖ, ὑπὸ Σατνιόεντι, ὡς ὑπὸ ὄρει Σατνιόεντι κειμένης τῆς πόλεως. οὐδὲ γὰρ ἐστὶν ὄρος ἐνταῦθα Σατνιόεις προσαγορευόμενον· ἀλλὰ ποταμὸς ἐφ᾽ ᾧ ἵδρυται ἡ πόλις. νῦν δ᾽ ἐστὶν ἐρήμη. Ὀνομάζει δὲ τὸν ποταμὸν ὁ ποιητής·

Σάτνιον οὔτασε δουρὶ μεταλμένος ὀξυόεντι,
Ἠνοπίδην, ὃν ἄρα νύμφη τέκε Νηῒς ἀμύμων
Ἤνοπι βουκολέοντι παρ᾽ ὄχθαις Σατνιόεντος.

Καὶ πάλιν,

Ναῖε δὲ Σατνιόεντος ἐϋρρείταο παρ᾽ ὄχθαις,
Πήδασον αἰπεινήν.——

Σατνιόεντα δ᾽ ὕστερον εἶπον, lego οἱ ὕστερον οἱ Σαφνιόεντα. ἔστι δὲ χείμαρρος μέγας, ἄξιον δὲ μνήμης πεποίηκεν ὀνομάζων ὁ ποιητὴς αὐτόν. Οὗτοι δ᾽ οἱ τόποι συνεχεῖς εἰσι τῇ Δαρδανίᾳ καὶ τῇ Σκηψίᾳ, ὥσπερ ἄλλη τις Δαρδανία. ταπεινότερα δὲ Ἀσσίων δ᾽ ἐστὶν νῦν καὶ Γαργαρέων ἕως τῆς κατὰ Λέσβον θαλάττης, περιεχόμενα τῇ τε Ἀντανδρίᾳ καὶ τῇ Κεβρηνίων καὶ Νεανδριέων, καὶ Ἀμαξιτέων. Τῆς μὲν γὰρ Ἀμαξιτοῦ, Νεανδριεῖς ὑπέρκεινται, καὶ αὐτοὶ ὄντες Λέκτου ἐντὸς μεσογαιότεροί τε καὶ πλησιαίτεροι τῷ Ἰλίῳ. διέχουσι γὰρ ἑκατὸν καὶ τριάκοντα σταδίους. τούτων δὲ καθυπερθεὶ Κεβρήνιοι. τούτων δὲ Δαρδάνιοι, μέχρι Παλαισκήψεως, καὶ αὐτῆς τῆς Σκήψεως. τὴν δὲ Ἄντανδρον Ἀλκαῖος μὲν καλεῖ Λελέγων πόλιν·

Πρῶτα μὲν Ἄντανδρος Λελέγων πόλις.

Ὁ δὲ Σκήψιος ἐν ταῖς παρακειμέναις τίθησιν, ὥστ᾽ ἐκπίπτοι ἂν εἰς τὴν τῶν Κιλίκων. οὗτοι γάρ εἰσι συνεχεῖς τοῖς Λέλεξι μᾶλλον πῶς τὸ νότιον πλευρὸν τῆς Ἴδης ἀφορίζοντες. ταπεινοὶ δ᾽ ὅμως καὶ οὗτοι, καὶ οἱ τῇ παραλίᾳ συνάπτοντες μᾶλλον τῇ κατὰ Ἀδραμύττιον. Μετὰ γὰρ τὸ Λέκτον τὸ Πολυμήδιον ἐστὶ χωρίον ἐν τετταράκοντα σταδίοις. εἶτ᾽ ἐν ὀγδοήκοντα, ἄλσος μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης. εἶτ᾽ ἐν

ἢ ἐν ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα Γάργαρα. κεῖται δ' ἐπὶ τὰ Γάργαρα ἐπ' ἄκρας ποιούσης τὸν ἰδίως Ἀδραμυττηνὸν καλούμενον κόλπον. λέγεται γὰρ καὶ πᾶσα ἡ ἀπὸ Λεκτοῦ μέχρι Κανῶν παραλία ὑπ' αὐτῷ τούτῳ ὀνόματι, ἐν ᾧ καὶ ὁ Ἐλεατικὸς περιλαμβάνεται. ἰδίως μέντοι φασὶ τοῦτον Ἀδραμυττηνὸν τὸν κλειόμενον ὑπὸ ταύτης τε τῆς ἄκρας, ἐφ' ᾗ τὰ Γάργαρα, καὶ τῆς Πύρρας ἄκρας προσαγορευομένης· ἐφ' ᾗ καὶ Ἀφροδίσιον ἵδρυται. πλάτος δὲ τοῦ στόματός ἐστιν ἀπὸ τῆς ἄκρας ἐπὶ τὴν ἄκραν, δίαρμα ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων. ἐντὸς δέ ἐστιν Ἄντανδρος ὑπερκείμενον ἔχουσα ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀλεξάνδρειαν· ὅπου τὰς θεὰς κριθῆναί φασιν ὑπὸ τοῦ Πάριδος. καὶ ὁ Ἀσπανεὺς τὸ ὑλοτόμιον τῆς Ἰδαίας ὕλης. ἐνταῦθα γὰρ διατίθενται κατάγοντες τοῖς δεομένοις. εἶτα Ἄστυρα κώμη καὶ ἄλσος τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἅγιον. πλησίον δ' εὐθὺς τὸ Ἀδραμύττιον, Ἀθηναίων ἄποικος πόλις, ἔχουσα καὶ λιμένα, καὶ ναύσταθμον. ἔξω δὲ τοῦ κόλπου καὶ τῆς Πύρρας ἄκρας, ἥ τε Κισθήνη ἐστὶ πόλις ἔρημος, ἔχουσα λιμένα. ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῇ μεσογαίᾳ, τό, τε τοῦ χαλκοῦ μέταλλον. καὶ Περπερηνὰ καὶ Τράριον, καὶ ἄλλαι τοιαῦται κατοικίαι. ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ ἐφεξῆς, αἱ τῶν Μιτυληναίων κῶμαι, Κορυφαντίς τε καὶ Ἡράκλεια, καὶ μετὰ ταῦτα Ἄττεα. εἶτ' Ἀταρνεύς, καὶ Πιτάνη, καὶ αἱ τοῦ Καΐκου ἐκβολαί. ταῦτα δ' ἤδη τοῦ Ἐλαΐτου κόλπου. καὶ ἔστιν ἐν τῇ περαίᾳ ἡ Μηλέα, καὶ ὁ λοιπὸς μέχρι Κανῶν κόλπος. Λέγωμεν δὲ ἀναλαβόντες περὶ τῶν καθ' ἕκαστα πάλιν, εἴ τι παραλέλειπται μνήμης ἄξιον, καὶ πρῶτον περὶ τῆς Σκήψεως. ἔστι δ' ἡ μὲν πάλαι Σκῆψις ἐπάνω Κεβρῆνος κατὰ τὸ μετεωρότατον τῆς Ἴδης ἐγγὺς Πολίχνης. ἐκαλεῖτο δὲ τότε Σκῆψις, εἴτ' ἄλλως, εἴτ' ἀπὸ τοῦ περισκεπτὸν εἶναι τὸν τόπον· εἰ δεῖ τὰ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἐν τοῖς τότε ὀνόματα ταῖς Ἑλληνικαῖς ἐτυμολογεῖσθαι φωναῖς. ὕστερον δὲ κατωτέρω σταδίοις ἑξήκοντα εἰς τὴν νῦν Σκῆψιν μετῳκίσθησαν ὑπὸ Σκαμανδρίου τε τοῦ Ἕκτορος, καὶ Ἀσκανίου τοῦ Αἰνείου παιδός. καὶ δύο γένη ταῦτα βασιλεῦσαι πολὺν χρόνον ἐν τῇ Σκήψει λέγεται. μετὰ ταῦτα δ' εἰς ὀλιγαρχίαν μετέστησαν, εἶτα Μιλήσιοι συνεπολιτεύθησαν αὐτοῖς, καὶ δημοκρατικῶς ᾤκουν. οἱ δ' ἀπὸ γένους οὐδὲν ἧττον ἐκαλοῦντο βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς. εἶτ' εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν συνεπόλισε τοὺς Σκηψίους Ἀντίγονος. εἶτ' ἀπέλυσε Λυσίμαχος, καὶ ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. οἴεται δ' ὁ Σκήψιος καὶ βασι-

deinde intra CXL, Gargara. Sita sunt Gargara in promontorio, quod sinum efficit, qui propriè Adramyttenum dicitur. Etenim hoc nomine dicitur etiam tota maris ora quæ à Lecto est usque Canas, etiam Elaíticus complectens sinum. peculiariter autem Adramyttenum sinum nuncupant, qui promontorio cui insita sunt Gargara, & alio Pyrrha includitur, cui Pyrrhæ impositum est Veneris tēplum. Latitudo oris à promontorio ad promontorium est traiectus CXX stadiorum. Intus est Antandrus cum monte superne imminente, cui Alexandrea nomen: ubi controuersiam dearum à Paride aiunt esse disceptatam. Tum Aspaneus, cædua syluæ Idææ pars. materiam enim eò deuehentes, requirentibus diuendunt. sequitur Astyra pagus, & lucus Astyrenæ Dianæ sacer. Hinc est Adramyttium, Atheniensium colonia, portum habens & nauium stationem. Extra sinum & Pyrrham promontorium Cisthena est oppidum desertum, portum habens. Suprà in mediterraneis æris fodina est, & Perperena, Trarium, aliiq; id genus pagi. Deinceps in litore sunt Mitylenæorum pagi Coryphantis, Heraclea. pòst Attea. inde Atarneus, Pitana, & Caici ostia: quæ iam ad Elaiticum sinum pertinent loca: & in opposita continente est Malea, sinusq̀ue usque ad Canas reliquas. Sed nos de singulis rursum disseramus quæ memoratu digna præteriuimus. ac primùm de Scepsi. Antiqua Scepsis, id est, enim Palæscepsis supra Cebrenem sita fuit iuxta excelsissimam Idæ partem ad Polichnam. nomen hoc habuit siue aliâs, siue quod è loco illo lōgissime posset circumspici: si quidam barbarica eius ætatis nomina sunt ad Græci sermonis exigenda rationem. Deinde urbs LX stadia deorsum translata est in eam quæ nunc est Scepsis, à Scamandrio Hectoris, & Ascanio Aeneæ F. ac duæ hæ familiæ diu Scepsi regnasse traduntur. uenit postea urbs in paucorum potestatem. secundum hæc Milesij se Scepsijs adiunxerunt in ciuitatem, & popularis reip. administratio est instituta. nihilominus tamen qui ex istis erāt familijs, reges sunt appellati, ac suos peculiares habuerunt honores. Postmodo Antigonus Scepsios Alexandream traduxit. dimisit deinde in suā eos rursum patriam Lysimachus. Arbitratur Demetrius Scepsius patriam

Mysiæ repetitio. Scepsis.

patriam suam fuisse Aeneæ regiam, medio sitam loco inter Aeneæ ditionem & Lyrnessum. in quam dicatur fugisse Achille persequente. sic enim loquitur Achilles.

Iliad. v. 188. Non uenit in mentem tibi, quo te tempore solum
Idæis instans de montibus exagitârim,
Veloci te calce premens.—
Hinc te Lyrnessum fuga pertulit. hanc ego cepi.

Cæterùm huic de Scepsis autorib. ac principibus sermoni non consonant ea, quæ de Aenea uulgo memorantur. Hunc quidem bello superstitem fuisse perhibent, propter inimicicias quæ ei cum Priamo erant.

Iliad. v. 480. (Nam Priamo grauiter semper succensuit iste,
Quòd sibi præclaro nullum deferret honorem
Eximium.—)

etiam collegas eius Antenoridas, & ipsum Antenorem, propterea quòd Menelaum hospitio is excepisset. Sophocles quidē in excidio Ilij ait pardi pellem fuisse foribus Antenoris appositam, qua tessera domum eius immunem à direptione esse significaretur. (Aeneæ historia.) Proinde Antenorem cum filijs & Henetis sibi adiunctis in Thraciam euasisse: indeꝗ in Venetiam, quæ nunc dicitur, apud Adriam peruenisse. Aeneam cum Anchisa patre & Ascanio filio hominum collecta multitudine abnauigasse. Alij eum sedes posuisse aiūt apud Olympum Macedoniæ. alij apud Mantineam Arcadiæ Capuas condidisse, nomine oppido à Capy facto. alij ad Aegestam Siciliæ cum Elymno Troë traiecisse, & occupasse Erycem ac Lilybæum: fluuiosꝗ circa Aegestam denominasse Scamandrum & Simoentem. Venisse inde in Latium, monituqúe oraculi ibi consedisse, quod manere ibi iubebat, ubi mensam comedisset. id ei in Latio apud Lauinium usu uenisse: cum 10 ob inopiam magnus panis loco mensæ positus, unà cum iniectis ei carnibus esset deuoratus. Homerus neque his adstipulari uidetur, neque ijs quæ de Scepsis autoribus dicta sunt. Innuit enim Aeneam mãsisse in Troia, inque regnum successisse, & id per successionem ad filiorū filios propagasse: cùm stirps Priami esset abolita.

Iliad. v. 306. Nunc etenim Priami stirpem Saturnius odit.

τῆς, ἠφανισμένου τοῦ τῶν Πριαμιδῶν γένους.

τὸ βασίλειον τοῦ Αἰνείου γεγονέναι τὴν Σκῆψιν, μέσην οὖσαν τῆς ὑπὸ τῷ Αἰνείᾳ, καὶ Λυρνησσοῦ, εἰς ἣν φυγεῖν εἴρηται διωκόμενος ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως. φησὶ γοῦν Ἀχιλλεύς.

Ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε πέρ σε βοῶν ἄπο μοῦνον ἐόντα,
Σεῦα κατ' Ἰδαίων ὀρέων ταχέεσσι πόδεσσι,
Κεῖθεν δ' ἐς Λυρνησσὸν ὑπέκφυγες· αὐτὰρ ἐγὼ τὴν
Πέρσα μεθορμηθείς.— .

Οὐχ' ὁμολογεῖ δὲ τῷ περὶ τῶν ἀρχηγετῶν τῆς Σκήψεως λόγῳ τῷ λεχθέντι νῦν τὰ περὶ τοῦ Αἰνείου θρυλλούμενα. περιγεγονέναι γὰρ δὴ τοῦτον φασὶν ἐκ τοῦ πολέμου διὰ τὴν πρὸς Πρίαμον δυσμένειαν·

Αἰεὶ γὰρ Πριάμῳ ἐπεμήνιε δίῳ,
Οὕνεκ' ἄρ' ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίεσκε.

Τοὺς δὲ συνάρχοντας Ἀντηνορίδας καὶ αὐτὸν τὸν Ἀντήνορα διὰ τὴν Μενελάου τὴν αὐτῷ ξενίαν. Σοφοκλῆς γοῦν ἐν τῇ ἁλώσει τοῦ Ἰλίου, παρδαλέαν φησὶ πρὸ τῆς θύρας τοῦ Ἀντήνορος προτεθῆναι σύμβολον τοῦ ἀπόρθητον ἐαθῆναι τὴν οἰκίαν. τὸν μὲν οὖν Ἀντήνορα, καὶ τοὺς παῖδας μετὰ τῶν παραγενομένων Ἐνετῶν εἰς τὴν Θρᾴκην περισωθῆναι· κἀκεῖθεν διαπεσεῖν εἰς τὴν λεγομένην κατὰ τὸν Ἀδρίαν Ἐνετικήν. τὸν δὲ Αἰνείαν μετ' Ἀγχίσου τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ παιδὸς Ἀσκανίου λαὸν ἀθροίσαντα πλεῦσαι. καὶ οἱ μὲν οἰκῆσαι περὶ τὸν Μακεδονικὸν Ὄλυμπόν φασιν· οἱ δὲ περὶ Μαντίνειαν τῆς Ἀρκαδίας, κτίσαι Καπύας, ἀπὸ Κάπυος θέμενον τοὔνομα τῷ πολίσματι. οἱ δ' εἰς Αἴγεσταν καταράραι τῆς Σικελίας σὺν Ἐλύμῳ Τρωῒ, καὶ Ἔρυκα, καὶ Λιλύβαιον κατασχεῖν, καὶ ποταμοὺς περὶ Αἴγεσταν προσαγορεῦσαι, Σκάμανδρον, καὶ Σιμόεντα. ἔνθεν δ' εἰς τὴν Λατίναν ἐλθόντα μεῖναι κατά τι λόγιον τὸ κελεῦον μένειν ὅπου αὐτὴ τὰ τράπεζαν καταφάγοι. συμβῆναι δὲ τοῦτο ἐν τῇ Λατίνῃ περὶ τὸ Λαουίνιον, ἄρτου μεγάλου τεθέντος ἀντὶ τραπέζης κατὰ ἀπορίαν, καὶ ἅμα ἀναλωθέντος τοῖς ἐπ' αὐτῷ κρέασιν. Ὅμηρος μὲν τοι συνηγορεῖν οὐδὲ τούτοις ἔοικεν, οὐδὲ τοῖς περὶ τῶν ἀρχηγετῶν τῆς Σκήψεως λεχθεῖσιν. ἐμφαίνει γὰρ μεμενηκότα τὸν Αἰνείαν ἐν τῇ Τροίᾳ, καὶ διαδεδεγμένον τὴν ἀρχὴν, καὶ παραδεδωκότα παισὶ παίδων τὴν διαδοχὴν αὐτῆς,

Ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων.

Νῦν Α

νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
καὶ παῖδες παίδων τοίκεν μετόπισθε γένωνται.

οὕτω δ' οὐδ' ἡ τοῦ Σκαμανδρίου διαδοχὴ σώζοιτ' ἄν. πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς ἑτέροις διαφωνεῖ τοῖς μέχρι καὶ Ἰταλίας αὐτοῦ τὴν πλάνην λέγουσι, καὶ αὐτόθι ποιοῦσι τὴν καταστροφὴν τοῦ βίου. Τινὲς δὲ γράφουσιν

νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο γένος πάντεσσιν ἀνάξει,
καὶ παῖδες παίδων—.

τοὺς Ῥωμαίους λέγοντες. Ἐκ δὲ τῆς Σκήψεως οἵ τε Σωκρατικοὶ γεγόνασιν, Ἔραστος καὶ Κορίσκος, καὶ ὁ τοῦ Κορίσκου υἱὸς Νηλεὺς ἀνὴρ καὶ Ἀριστοτέλους ἠκροαμένος καὶ Θεοφράστου, διαδεδεγμένος δὲ τὴν βιβλιοθήκην τοῦ Θεοφράστου, ἐν ᾗ ἦν καὶ ἡ τοῦ Ἀριστοτέλους. ὁ γὰρ Ἀριστοτέλης τὴν ἑαυτοῦ Θεοφράστῳ παρέδωκεν. ᾧπερ καὶ τὴν σχολὴν ἀπέλιπε, πρῶτος ὧν ἴσμεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ διδάξας τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ βασιλέας βιβλιοθήκης σύνταξιν. Θεόφραστος δὲ Νηλεῖ παρέδωκεν. ὁ δ' εἰς Σκῆψιν κομίσας τοῖς μετ' αὐτὸν παρέδωκεν ἰδιώταις ἀνθρώποις, οἳ κατάκλειστα εἶχον τὰ βιβλία, οὐδ' ἐπιμελῶς κείμενα. ἐπειδὴ δὲ ᾔσθοντο τὴν σπουδὴν τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, ὑφ' οἷς ἦν ἡ πόλις, ζητούντων βιβλία εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς ἐν Περγάμῳ βιβλιοθήκης, κατὰ γῆς ἔκρυψαν ἐν διώρυγί τινι. ὑπὸ δὲ νοτίας καὶ σητῶν κακωθέντα, ὀψέ ποτε ἀπέδοντο οἱ ἀπὸ τοῦ γένους Ἀπελλίκωντι τῷ Τηΐῳ πολλῶν ἀργυρίων, τά τε Ἀριστοτέλους, καὶ τὰ τοῦ Θεοφράστου βιβλία. ἦν δὲ ὁ Ἀπελλίκων φιλόβιβλος μᾶλλον, ἢ φιλόσοφος. διὸ καὶ ζητῶν ἐπανόρθωσιν τῶν διαβρωμάτων, εἰς ἀντίγραφα καινὰ μετήνεγκε τὴν γραφὴν ἀναπληρῶν οὐκ εὖ, καὶ ἐξέδωκεν ἁμαρτάδων πλήρη τὰ βιβλία. Συνέβη δὲ τοῖς ἐκ τῶν περιπάτων, τοῖς μὲν πάλαι τοῖς μετὰ Θεόφραστον ὅλως οὐκ ἔχουσι τὰ βιβλία πλὴν ὀλίγων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξωτερικῶν, μηδὲν ἔχειν φιλοσοφεῖν πραγματικῶς, ἀλλὰ θέσεις ληκυθίζειν. τοῖς δ' ὕστερον ἀφ' οὗ τὰ βιβλία ταῦτα προῆλθεν, ἄμεινον μὲν ἐκείνων φιλοσοφεῖν, καὶ ἀριστοτελίζειν, ἀναγκάζεσθαι μέντοι τὰ πολλὰ εἰκότως λέγειν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν. πολὺ δὲ εἰς τοῦτο καὶ ἡ Ῥώμη προσελάβετο. εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν Ἀπελλίκωντος τελευτὴν, Σύλλας εἷλε τὴν Ἀπελλίκωντος βιβλιοθήκην ὁ τὰς Ἀθήνας ἑλών· δεῦρο δὲ κομισθεῖσαν, Τυραννίων τε ὁ γραμματικὸς διεχειρίσατο

Fortis at Aeneas in Troës sceptra tenebit,
Et nati natorum, qui nascentur ab illis.

Hoc pacto ne Scamandrij quidem successio seruabitur. Multo magis hæc discrepant ab ijs, qui usque in Italiam uagatum eum dicunt, & ibi uitam cum morte commutasse. Quidam scribunt:

At genus Aeneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum—.

tur longus murus, xxx à Larissa stadijs. rediisse deinde ac Cumam condidisse, eoq; superstitum hominum coloniã deduxisse. à monte Locrico & Cumam Phriconidem dictam fuisse & Larissam, quæ nunc est deserta. Fuisse autem Pelasgos magnam gẽtem, ex alijs etiam historijs aiunt testatum reddi posse. Etenim Menecrates Elaita in libro de origine urbium, oram maritimã uniuersam quæ nunc Ionica dicitur, sumto à Mycale initio, itemq; uicinas insulas, sedem fuisse Pelasgorum. Lesbij uerò sub Pylæo se ad Ilium militasse aiunt, quem Pelasgorum ducem facit Homerus. à quo etiamnum mons Pylæus in Lesbo nomen habeat. Chij quoque à Pelasgis se conditos affirmant è Thessalia profectis. Vaga autem gens fuit Pelasgorum, & ad migrationes præceps, & incrementa ac decrementa magna ac subita tulit: maximè sub Aeolensium & Ionum transitum in Asiam. Peculiare aliquid omnibus Larissæis usu uenit, Caystrianis inquam, & Phriconensibus, & Thessalicis: quòd nimirum ager eorum ingesta à fluuijs terra solet integi. id faciũt Cayster, Hermus, & Peneum. Larissa Phriconide ferunt cultum honoribus fuisse Piasum. quem ferunt cum Pelasgorum princeps esset, filiæ, quã deperibat, suę Larissæ uim fecisse: atq; huius cõtumelię pœnas dedisse. cûm. n. eũ in doliũ uini plenũ despicientẽ Larissa depræhendisset, arreptis crurib. eũ sublimẽ erexit, inque dolium deiecit. Huiusmodi sunt antiqua. Aeolicis quæ nunc sunt urbibus, Aegæ etiam addendæ sunt, & Temnus patria Hermagoræ, qui præcepta artis rhetoricæ scripsit. Sitæ sunt urbes eæ ad montana quæ supra agrum Cumanum, Phocæum, & Smyrnæum iacent, per quem Hermus fluit. Non procul ab his urbibus Magnesia abest quæ sub Sipylo dicitur, à Romanis libera iudicata. hanc etiam læserunt terræ motus nuper facti. In contrariam partem quæ ad Caicum inclinant, à Larissa si Hermum transeas usque Cumam, LXX stadia sunt. hinc Myrinam XL. inde Grynium tantundem. deinde * Elæam * Vt autem Artemidorus, ab Ida sunt Adæ. tum promontorium XL stadia, quod Hydram uocant. ea sinum efficit Elaiticum opposito promontorio * Si à sinum faucibus per latum in sinu nauiges LX stadia, ad Myrinam

Iliad β. 843.

De Aeolicis urbibus.

χος ἀπὸ τριάκοντα σταδίων τῆς Λαρίσσης. ἐλθόντας δὲ κτίσαι τὴν Κύμην, καὶ τοὺς περιγινομένους ἀνθρώπους ἐκεῖσε ἀνοικίσαι. ἀπὸ δὲ τοῦ Λοκρικοῦ ὄρους τήν τε Κύμην Φρικωνίδα καλοῦσιν. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν Λάρισσαν. ἐρήμη δ' ἐστὶ νῦν. ὅτι δ' οἱ Πελασγοὶ μέγα ἦν ἔθνος, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης ἱστορίας οὕτως ἐκμαρτυρεῖσθαι φασί. Μενεκράτης γὰρ ὁ Ἐλαΐτης ἐν τοῖς περὶ κτίσεων, φησὶ τὴν παραλίαν τὴν νῦν Ἰωνικὴν πᾶσαν, ἀπὸ Μυκάλης ἀρξαμένην, ὑπὸ Πελασγῶν οἰκεῖσθαι πρότερον, καὶ τὰς πλησίον νήσους. Λέσβιοι δ' ὑπὸ Πυλαίῳ τετάχθαι λέγουσι σφᾶς, τῷ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένῳ, τῷ τῶν Πελασγῶν ἄρχοντι. ἀφ' οὗ καὶ τὸ παρ' αὐτοῖς ὄρος ἔτι Πύλαιον καλεῖσθαι. Καὶ Χῖοι δὲ οἰκιστὰς ἑαυτῶν Πελασγοὺς φασί, τοὺς ἐκ τῆς Θετταλίας. πολύπλανον δὲ ὂν καὶ ταχὺ τὸ ἔθνος πρὸς ἐπαναστάσεις, ηὐξήθη τε ἐπὶ πολύ, καὶ ἀθρόαν ἔλαβε τὴν ἔκλειψιν· καὶ μάλιστα κατὰ τὴν τῶν Αἰολέων, καὶ τῶν Ἰώνων περαίωσιν εἰς τὴν Ἀσίαν. ἴδιον δέ τι τοῖς Λαρισσαίοις συνέβη, τοῖς τε Καϋστριανοῖς, καὶ τοῖς Φρικωνεῦσι, καὶ τρίτοις τοῖς ἐν Θετταλίᾳ: ἅπαντες γὰρ ποταμόχωστον τὴν χώραν εἶχον· οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ Καΰστρου, οἱ δ' ὑπὸ τοῦ Ἕρμου, οἱ δ' ὑπὸ τοῦ Πηνειοῦ. ἐν δὲ τῇ Φρικωνίδι Λαρίσσῃ, τετιμῆσθαι λέγεται Πίασος, ὅν φασιν ἄρχοντα Πελασγῶν, ἐρασθῆναι τῆς θυγατρὸς Λαρίσσης· βιασάμενον δ' αὐτήν, τίσαι τῆς ὕβρεως δίκην. ἐγκύψαντα γὰρ εἰς πίθον οἴνου καταμαθοῦσαν, τῶν σκελῶν λαβομένην ἐξᾶραι καὶ καθεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν πίθον. Τὰ μὲν οὖν ἀρχαῖα τοιαῦτα. Ταῖς δὲ νῦν Αἰολικαῖς πόλεσιν, ἔτι καὶ τὰς Αἰγὰς προσληπτέον, καὶ τὴν Τῆμνον ὅθεν ἦν Ἑρμαγόρας ὁ τὰς ῥητορικὰς τέχνας συγγράψας. ἵδρυνται δὲ πόλεις αὗται κατὰ τὴν ὀρεινὴν τὴν ὑπερκειμένην τῆς τε Κυμαίας, καὶ τῆς Φωκαέων καὶ Σμυρναίων γῆς, παρ' ἣν ὁ Ἕρμος ῥεῖ. Οὐκ ἄπωθεν δὲ τούτων τῶν πόλεων, οὐδ' ἡ Μαγνησία ἐστὶν ἡ ὑπὸ Σιπύλῳ, ἐλευθέρα πόλις ὑπὸ Ῥωμαίων κεκριμένη. καὶ ταύτην δ' ἐκάκωσαν οἱ νεωστὶ γενόμενοι σεισμοί. εἰς δὲ τἀναντία τὰ ἐπὶ τὸν Κάϊκον νεύοντα, ἀπὸ Λαρίσσης μὲν διαβάντι τὸν Ἕρμον εἰς Κύμην, ἑβδομήκοντα στάδιοι. ἐντεῦθεν δ' εἰς Μύριναν τετταράκοντα στάδιοι. τὸ δ' ἴσον ἐντεῦθεν εἰς Γρύνιον. κἀκεῖθεν εἰς Ἐλαίαν. ὡς δ' Ἀρτεμίδωρος ἀπὸ τῆς Ἴδης εἰσὶν Ἄδαι, εἶτ' ἄκρα τετταράκοντα σταδίους, ἣν καλοῦσιν Ὕδραν, ποιοῦσα τὸν κόλπον τὸν Ἐλαΐτικόν, πρὸς τὴν ἀντιπέραν ἄκραν ἁρματοῦντα. τὸ μὲν οὖν στόμα τοῦ κόλπου τὸ πλάτος περὶ ὀγδοήκοντα σταδίους ἐστὶν ἐγκολπίζοντι

Μύριναν

Myrinam uenies urbem Aeolicam portu aptam. Inde Achæorum portus, ubi aræ sunt XII deorum. oppidulũ deinde Myrinæorum, Grynium, & fanum Apollinis, uetusq; oraculum, & templum sumtuosum ex albo. eò usque stadia sunt XL. Hinc LXX ad Eleam, quæ urbs Attalicorum regum, portum habet & stationem nauium. condita est à Menestheo & Atheniensibus qui cum eo ad Ilium fuerunt profecti. De Pitana, Atarneo, ac reliquis deinceps, dictum est superius. Aeolicarum urbiũ maxima est & præstantissima Cuma: eaq; & Lesbus reliquarum Aeolicarum urbium quasi matres sunt, quæ ferè XXX numero fuerunt. nam earum haud paucæ interierunt. Cumæos stoliditatis notant, ob hanc(ut nonnulli putãt)opinionem: quòd CCC ab urbe condita demum anno portorium exegerint, neque antè eum reditum populus perceperit. itaque opinio obtinuit, sero admodum eos sensisse, maritimam se urbem habitare. Alia etiam fertur ratio. Publico Cumæos nomine pecuniam mutuam cepisse, pignori oppositis porticibus. quã cùm non reddidissent ad diem dictum, prohibitos fuisse ambulationibus imbribus tamen accidentibus creditores uerecundia ductos pręconis uoce eos inuitasse, ut sub porticus subirent. proinde cùm præco clamaret, sub porticus subite: diditum sermonem, Nescire Cumæos imbribus decidentibus subeundũ esse sub porticus, nisi præconio admonerentur. Citra controuersiam est, hac in urbe natum fuisse Ephorum, uirum memoria dignum, Isocratis rhetoris discipulum: qui historiam conscripsit, & de inuentionibus. Ante hunc ibidem editus est Hesiodus poeta. ipse enim narrat Dium patrem suũ Aeolica relicta Cuma in Bœotos commigrasse. ubi quidem

*Operibus 637.*

In misero pago consedit, pone Heliconem,
Ascra: non ullo quæ tempore commoda prębet,
Tempore non minùs hyberno, quàm æstate molesta.

Homerum fuisse Cumæũ non est in confesso apud omnes. Nomẽ aiunt urbi factum ab Amazone: ut & Myrinæ ab ea quæ sepulta est in Troiano campo sub Batiẽa

Sanè homines illam Batieiam nomine dicunt,
At diui celeris cursu monumenta Myrinæ. *Iliad. β. 813.*

Ephorus notatur falsè, quòd in rerũ gesta-

*Cuma.*

Μύρινα ἐν ἑξήκοντα σταδίοις Αἰολὶς πόλις ἔχουσα λιμένα. εἶτ' Ἀχαιῶν λιμὴν, ὅπου οἱ βωμοὶ τῶν δώδεκα θεῶν. εἶτα πολίχνιον Μυριναίων, Γρύνιον, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος, καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον, καὶ νεὼς πολυτελὴς λίθου λευκοῦ. στάδιοι δ' ἐπ' αὐτὴν τετταράκοντα. εἶθ' ἑβδομήκοντα εἰς Ἐλαίαν, λιμένα ἔχουσαν καὶ ναύσταθμον τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Ἀθηναίων, τῶν συστρατευσάντων ἐπὶ Ἴλιον. τὰ δ' ἑξῆς εἴρηται τὰ περὶ Πιτάνην, καὶ Ἀταρνέα, καὶ τἆλλα τὰ τοιαῦτα. μεγίστη δ' ἐστὶ τῶν Αἰολικῶν καὶ ἀρίστη Κύμη, καὶ σχεδὸν μητρόπολις αὕτη τε καὶ ἡ Λέσβος τῶν ἄλλων πόλεων περὶ τριάκοντά που τὸν ἀριθμὸν, ὧν ἐκλελοίπασιν οὐκ ὀλίγαι. σκώπτεται δ' εἰς ἀναισθησίαν ἡ Κύμη κατὰ τοιαύτην τινὰ, ὥς φασιν ἔνιοι, δόξαν, ὅτι τριακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον τῆς κτίσεως ἀπέδοντο τοῦ λιμένος τὰ τέλη. πρότερον δ' οὐκ ἐκαρποῦτο τὴν πρόσοδον ταύτην ὁ δῆμος. κατέσχεν οὖν δόξα ὡς ὀψὲ ᾐσθημένων, ὅτι ἐπὶ θαλάττῃ πόλιν οἰκοῖεν. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος λόγος, ὅτι δανεισάμενοι χρήματα δημοσίᾳ, τὰς στοὰς ὑπέθεντο. εἶτ' οὐκ ἀποδιδόντες κατὰ τὴν ὡρισμένην ἡμέραν, εἴργοντο τῶν περιπάτων. ὅτε μέντοι ὄμβρος εἴη, κατ' αἰδῶ τινα κηρύττοιεν οἱ δανεισταὶ, κελεύοντες ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπέρχεσθαι. τοῦ δὴ κήρυκος οὕτω φθεγγομένου, ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπέλθετε, ἐκπεσεῖν λόγον, ὡς Κυμαίων οὐκ αἰσθανομένων, ὡς ἐν τοῖς ὄμβροις ὑπὸ τὰς στοὰς ὑπελθετέον, ἂν μὴ σημαίνῃ τις αὐτοῖς διὰ κηρύγματος. Ἀνὴρ δ' ἄξιος μνήμης ἐκ τῆς πόλεως ἀναντιλέκτως ἐστὶν Ἔφορος, τῶν Ἰσοκράτους γνωρίμων τοῦ ῥήτορος, ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας, καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων. καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δῖος μετῴκησεν εἰς Βοιωτοὺς Κύμην Αἰολίδα προλιπών·

Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ
Ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ.

Ὅμηρος δ' οὐχ ὁμολογουμένως, πολλοὶ γὰρ ἀμφισβητοῦσιν αὐτοῦ. τὸ δ' ὄνομα ἀπ' Ἀμαζόνος τῇ πόλει τεθεῖσθαι. καθάπερ καὶ τῇ Μυρίνῃ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ Τρωικῷ πεδίῳ κειμένης ὑπὸ τῇ Βατιείᾳ.

Τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν,
Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης.

Σκώπτεται δὲ καὶ ὁ Ἔφορος διότι τῆς πατρίδος οὐκ ἔ-

rum enumeratione cùm nihil haberet quod à suis diceret actum, & tamen patriæ uellet mentionem facere, ita acclamauerit: Eo tempore quieti erant Cumæi. Postquam litus Troianum & Aeolicum peragrauimus: restat ut mediterranea etiam usque ad Taurum percurramus, eodem seruato ordine. In his locis principatum tenet Pergamum, urbs illustris, & quæ multo tempore rebus secundis floruit sub Attalicis regibus. Hinc ergo peragrationis ducemus principium. primoque loco breuiter ostendemus, unde reges isti orti, & quis eorum fuerit finis. Pergami gazam suam adseruabat unus de Alexandri Magni successoribus Lysimachus Agathoclis F. erat autem conditum in ipso montis uertice: qui mons comi forma in acutum cacumen desinit. Huius munitionis & thesauri custodia commissa fuit Philetærus Tiano, qui à puero contusis testiculis euiratus fuerat. nam spectaculo quodam funebri, in magna hominum frequentia, nutrix eum gestans etiamnũ infantem in turba hominum depræhensa adeò fuit oppressa, ut pueri etiam colliderentur genitalia. Erat ergo eunuchus. sed liberaliter educatus, uidebatur isto munere dignus. Ac fuit is Philetærus aliquandiu fidelis Lysimacho. sed odio Arsinoës correptus, quæ eum falsis criminationibus detulerat: castellum à fide Lysimachi abduxit, & pro temporum opportunitate rem gessit, quæ rebus nouandis sentiebat idonea. Etenim Lysimachus domesticas in calamitates illapsus, coactus erat filium Agathoclem necare. Superueniens autem Seleucus Nicator eum euerterat, atque ipse etiam per dolum à Ptolemæo Cerauno necatus perierat. In his turbis Philetærus suo in castello mansit, semper potentiorem ac sibi propiorem pollicendo demerendoque lactans. atque ita per annos XX dominus mansit castelli ac pecuniæ. Duo ei fratres fuerunt. de his natu maior Eumenes filium Eumenem genuit, qui hæreditariò Pergamũ accepit, iamque uicinorum circum sita loca in sua potestate habuit: adeò, ut etiam apud Sardes prœlio congressus Antiochum Seleuci F. fuderit. mortuus est, cùm imperium per annos XXII tenuisset. Ei suscepit Attalus, Attali (qui minor natu frater Phileteri fuit.) & Antiochidis Achæo natæ F. Hic primus rex salutatus

*De Pergamo, & Attalicis regib,*

χωρ' ὀλίγα φράζειν ἐν τῇ διαριθμήσει τῶν ἄλλων πράξεων, οὐ μὴν οὐδ' ἂν ἀμνημόνευτον αὐτὴν ἐᾶν θέλων, οὕτως ἐπιφωνεῖ· κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Κυμαῖοι τὰς ἡσυχίας ἦγον. Ἐπεὶ δὲ διεληλύθαμεν τὴν Τρωικὴν ἅμα καὶ τὴν Αἰολικὴν παραλίαν, ἐφεξῆς ἂν εἴη τὴν μεσόγαιαν ἐπιδραμεῖν μέχρι τοῦ Ταύρου, φυλάσσοντας τὴν αὐτὴν τῆς διόδου τάξιν. Ἔχει δέ τινα ἡγεμονίαν πρὸς τόπους τούτους, τὸ Πέργαμον ἐπιφανὴς πόλις, καὶ πολὺν συνευτυχήσασα χρόνον τοῖς Ἀτταλικοῖς βασιλεῦσι. καὶ δὴ καὶ ἐντεῦθεν ἀρκτέον τῆς ἑξῆς περιοδείας. καὶ πρῶτον περὶ τῶν βασιλέων ὁπόθεν ὡρμήθησαν, καὶ εἰς ἃ κατέστρεψαν, ἐν βραχέσι δηλωτέον. ἦν μὲν δὴ τὸ Πέργαμον Λυσιμάχου γαζοφυλάκιον τοῦ Ἀγαθοκλέους ἑνὸς τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων, αὐτὴν τὴν ἄκραν τοῦ ὄρους συνῳκισμένην ἔχον. ἔστι δὲ στροβιλοειδὲς τὸ ὄρος εἰς ὀξεῖαν κορυφὴν ἀπολῆγον. ἐπεπίστευτο δὲ τὴν φυλακὴν τοῦ ὀρύγματος τούτου καὶ τῶν χρημάτων, ἦν δὲ τάλαντα ἐνακισχίλια, Φιλέταιρος ἀνὴρ Τιανὸς θλιβίας ἐκ παιδός. συνέβη γὰρ ἔν τινι ταφῇ θέας οὔσης, καὶ πολλῶν παρόντων, ἀποληφθεῖσαν ἐν τῷ ὄχλῳ τὴν κομίζουσαν τροφὸν τὸν Φιλέταιρον ἔτι νήπιον, συνθλιβῆναι μέχρι τοσοῦδε, ὥστε πηρωθῆναι τὸν παῖδα. ἦν μὲν δὴ εὐνοῦχος, τραφεὶς δὲ καλῶς ἐφάνη τῆς πίστεως ταύτης ἄξιος. τέως μὲν οὖν εὔνους διέμεινε τῷ Λυσιμάχῳ. διενεχθεὶς δὲ πρὸς Ἀρσινόην τὴν γυναῖκα αὐτοῦ διαβάλλουσαν αὐτὸν, ἀπέστησε τὸ χωρίον, καὶ πρὸς τοὺς καιροὺς ἐπολιτεύετο, ὁρῶν ἐπιτηδείους πρὸς νεωτερισμόν. ὅ, τε γὰρ Λυσίμαχος κακοῖς οἰκείοις περιπεσὼν, ἠναγκάσθη τὸν υἱὸν ἀνελεῖν Ἀγαθοκλέα. Σέλευκός τε ἐπελθὼν ὁ Νικάτωρ, ἐκεῖνόν τε κατέλυσε, καὶ αὐτὸς κατελύθη δολοφονηθεὶς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Κεραυνοῦ. Τοιούτων δὲ θορύβων ὄντων, διεγένετο μένων ἐπὶ τοῦ ἐρύματος ὁ εὐνοῦχος, καὶ πολιτευόμενος δι' ὑποσχέσεων καὶ τῆς ἄλλης θεραπείας ἀεὶ πρὸς τὸν ἰσχύοντα, καὶ ἐγγὺς παρόντα. διετέλεσε γοῦν ἔτη εἴκοσι κύριος ὢν τοῦ φρουρίου, καὶ τῶν χρημάτων. Ἦσαν δὲ αὐτῷ δύο ἀδελφοί, πρεσβύτερος μὲν Εὐμένης, νεώτερος δὲ Ἄτταλος. ἐκ μὲν οὖν τοῦ Εὐμένους ἐγένετο ὁμώνυμος τῷ πατρὶ Εὐμένης, ὅσπερ καὶ διεδέξατο τὸ Πέργαμον, καὶ ἦν ἤδη δυνάστης τῶν κύκλῳ χωρίων, ὥστε καὶ περὶ Σάρδεις ἐνίκησε συμβαλὼν Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου. δύο δὲ καὶ εἴκοσιν ἄρξας ἔτη, τελευτᾷ τὸν βίον. Ἐκ δὲ Ἀττάλου καὶ Ἀντιοχίδος τῆς Ἀχαιοῦ γεγονὼς Ἄτταλος διεδέξατο τὴν ἀρχήν, καὶ ἀνηγορεύθη βασιλεὺς πρῶτος,

πρῶτος, νικήσας Γαλάτας μάχῃ μεγάλῃ. οὗτος δὲ καὶ Ῥωμαίοις κατέστη φίλος, καὶ συνεπολέμησε πρὸς Φίλιππον μετὰ τοῦ Ῥοδίων ναυτικοῦ. γηραιὸς δὲ ἐτελεύτα βασιλεύσας ἔτη τρία καὶ τετταράκοντα. κατέλιπε δὲ τέτταρας υἱοὺς ἐξ Ἀπολλωνίδος Κυζικηνῆς γυναικός, Εὐμένη, Ἄτταλον, Φιλέταιρον, Ἀθήναιον. οἱ μὲν οὖν νεώτεροι διετέλεσαν ἰδιῶται. τῶν δ' ἄλλων ὁ πρεσβύτερος Εὐμένης ἐβασίλευσε. συνεπολέμησε δὲ καὶ οὗτος Ῥωμαίοις πρός τε Ἀντίοχον τὸν μέγαν, καὶ πρὸς Περσέα. καὶ ἔλαβεν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἅπασαν τὴν ὑπ' Ἀντιόχῳ τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου. πρότερον δ' ἦν τὰ περὶ Πέργαμον οὐ πολλὰ χωρία μέχρι τῆς θαλάττης τῆς κατὰ τὸν Ἐλαΐτην κόλπον, καὶ τὸν Ἀδραμυττηνόν. κατεσκεύασε δ' οὗτος τὴν πόλιν, καὶ τὸ Νικηφόριον ἄλσει κατεφύτευσε, καὶ ἀναθήματα, καὶ βιβλιοθήκας, καὶ τὴν ἐπὶ τοσόνδε κατοικίαν τοῦ Περγάμου τὴν νῦν οὖσαν ἐκεῖνος προσεφιλοκάλησε. βασιλεύσας ἔτη τετταράκοντα καὶ ἐννέα, ἀπέλιπε τῷ υἱῷ τὴν ἀρχὴν Ἀττάλῳ, γεγονότι ἐκ Στρατονίκης τῆς Ἀριαράθου θυγατρὸς τοῦ Καππαδόκων βασιλέως. ἐπίτροπον δὲ κατέστησε καὶ τοῦ παιδὸς νέου τελέως ὄντος, καὶ τῆς ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν Ἄτταλον. ἓν δὲ καὶ εἴκοσιν ἔτη βασιλεύσας γέρων οὗτος τελευτᾷ κατορθώσας πολλά. καὶ γὰρ Δημήτριον τὸν Σελεύκου συγκατεπολέμησεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ Ἀντιόχου, καὶ συνεμάχησε Ῥωμαίοις ἐπὶ τὸν Ψευδοφίλιππον. ἐχειρώσατο δὲ καὶ Διήγυλιν τὸν ἐκείνων βασιλέα στρατεύσας εἰς τὴν Θρᾴκην. ἀνεῖλε δὲ καὶ Προυσίαν, ἐπισυστήσας αὐτῷ Νικομήδη τὸν υἱόν. κατέλιπε δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τῷ ἐπιτροπευομένῳ Ἀττάλῳ. βασιλεύσας δὲ οὗτος ἔτη πέντε, καὶ κληθεὶς Φιλομήτωρ, ἐτελεύτα νόσῳ τὸν βίον. κατέλιπε δὲ κληρονόμους Ῥωμαίους. οἱ δ' ἐπαρχίαν ἀπέδειξαν τὴν χώραν, Ἀσίαν προσαγορεύσαντες ὁμώνυμον τῇ ἠπείρῳ. παραρρεῖ δ' ὁ Κάϊκος καὶ τὸ Πέργαμον διὰ τοῦ Καΐκου πεδίου προσαγορευομένου, σφόδρα εὐδαίμονα γῆν διεξιών, σχεδὸν δέ τοι καὶ τὴν ἀρίστην τῆς Μυσίας. ἄνδρες δ' ἐγένοντο ἐλλόγιμοι καθ' ἡμᾶς Περγαμηνοί, Μιθριδάτης τε καὶ Μηνοδότης υἱός, καὶ Ἀδοβογίωνος τοῦ τετραρχικοῦ τῶν Γαλατῶν γένους ἦν, καὶ ὃν παλλακεῦσαι τῷ βασιλεῖ Μιθριδάτῃ φασίν. ὅθεν καὶ τοὔνομα τῷ παιδὶ θέσθαι, προσποιησαμένους τοὺς ἐπιτηδείους ἐκ τοῦ βασιλέως αὐτὸν γεγονέναι. οὗτος οὖν Καίσαρι τῷ θεῷ γενόμενος φίλος, εἰς τοσόνδε προῆλθε τιμῆς, ὥστε καὶ τετράρχης ἀπεδείχθη τοῦ μητρῴου γένους, καὶ βασιλεὺς ἄλλων τε καὶ τοῦ Βοσπόρου. κατελύθη δ' ὑπὸ Λυσάνδρου τοῦ καὶ Φαρνα-

est, cùm magna pugna Galatas uicisset. socius Romanorum fuit, eosque in bello contra Philippum iuuit, Rhodię coniunctus classi. Regnauit annos XLIII, & senex è uita decessit: relictis ex Apollonide Cyzicena muliere filijs quatuor, Eumenæ, Attalo, Philetæro, Athenæo. De his tres natu minores priuati uixerunt: Eumenes natu maximus regnauit. Hic quoque Romanorum socius fuit in bellis aduersus Antiochum Magnũ, & Perseum. accepitq; à Romanis quidquid Asiæ intra Taurum Antiochus possederat: cùm antè sub Pergami ditione fuissent pauca quędam loca usque ad mare, iuxta sinum Elaiticum & Adramyttenum. Hic urbem adornauit Pergamum, & lucum Nicephorium conseuit: urbemq; ita ut nunc est auctam donarijs & bibliothecis exornauit. & cũ regnum per annos IL gessisset, id filio Attalo reliquit, quem sustulerat è Stratonica filia Ariarathis Cappadocum regis. Tutorem regni reliquit, & filij admodum paruo natu, fratrem suum Attalum. Hic Attalus cùm regnum per annos XXI administrasset, ætate grauis obijt diẽ suum, magnis multis gestis rebus. nam & Alexandrum Antiochi F. adiuuit in debellando Seleuco: & Romanos contra Pseudophilippum: & in Thraces expeditione facta, regem eorum Diegylin cepit: & Prusiam interfecit, substituto ei filio Nicomede. Regnum Attalo, cuius tutelam gesserat. Hic Attalus, cognomento Philometor, quinque annos regnauit: uitaque è morbo abijt, Romanis hæredibus nuncupatis. Hi ditionem illam in prouinciæ formam redegerunt, Asiamq; de continentis eius nomine appellauerunt. Pergamum præterfluit Caicus per campum ualdè opulentum, qui Caicus dicitur, ac ferè optimam partem Mysiæ. Nostra ætate Pergameni uiri memorabiles exstiterunt Mithridates & Menodotes filius, & Adobogion tetrarchiæ Galatarum stirpis. & Mithridates, quem regis catamitum fuisse aiunt, ideoq; hoc ei nomen necessarios fecisse, quòd fingerent rege natum. Is D. Cæsari amicus factus, eò usque honoris est prouectus, ut etiam tetrarcha materni generis crearetur, rexq; cùm aliorum tùm Bospori. euertit eum Lysander, qui & Pharna- *

cem interfecit, ac Bosporũ obtinuit. Huius ergo nomen magnum fuit. Nec non Apollodori rhetoris, qui artis præcepta conscripsit, & sectæ Apollodoreæ autor fuit: si qua tamen ea est. Multa enim inualuerunt, quæ maiore quam nostro dijudicanda sunt arbitrio. de quibus sunt etiam Apollodorea & Theodorea. Maximè extulit Apollodorum amicicia Augusti Cæsaris, quem dicendi arte instituit. Discipulum habuit memorabilem, Dionysium ciuem suum, cognomento Atticum. qui & sophista fuit bonus, & historiæ orationumq; scriptor. A Pergamo & planicie progressus uersus orientem solem, Apolloniam inuenies, sublimibus insitã locis. Versus austrum montosum est dorsum: quo superato, in itinere uersus Sardes, urbs est Thyatera, Macedonum colonia, quam ultimam Mysorum esse sunt qui dicant. Ad dextram est Apollonis, xxx stadijs à Pergamo, totidemq; à Sardibus: idem cum Cyzicena nomen gerens. Sequitur Hermi campus & Sardes. quæ à Pergamo uersus Aquilonem sunt, ad dextram pleraque à Mysis tenentur, qui Abletes nominant: quibus contigua est Epictetus, usque ad Bithyniam. Sardes urbs est magna, recentior quidem rebus Troianis, antiqua tamen. arcem habet probè munitam. regia fuit Lydorum, quos Homerus Meonas è longo, posteriores Mæonas dixerunt: alij cum Lydis eosdem, alij diuersos autumantes. præstat autem eosdem censere. Supra Sardes Tmolus est. Sardibus imminet Tmolus, mons diues, in fastigio speculam exedram albi lapidis, Persarum opus: unde conspici possunt in orbem circùm siti campi, maximè Caystrius. Circùm accolunt Lydi, Mysi, Macedones. è Tmolo Pactolus defluit, qui antiquitus ramenta auri secum deferebat copiosè: unde Crœsi & eius maiorum diuitias nomen celebre habuisse tradũt. nunt defecerunt ramenta. Defertur in Hermum Pactolus, ut & Hyllus. atque hi tres coniuncti, adsumptis etiam ignobilioribus alijs, in mare Phocææ proximum effluunt, ut Herodotus ait. Mysiam quoque attingit Hermus, è monte Dindymenæ sacro prolabens: & per Catakekaumenem in Sardianam fertur per continuos, ut diximus, ad mare usque campos. Sardibus subiecti sunt, Sar

dianus,

Lydia. — Lib. 1.

κὴν ἀνελόντος τὸν βασιλέα, καὶ κατισχόντα τὸν Βόσπορον. οὗτός τε δὴ ὀνόματος ἠξίωται μεγάλου, καὶ Ἀπολλόδωρος ὁ ῥήτωρ, ὁ τὰς τέχνας συγγράψας, καὶ τὴν Ἀπολλοδώρειον αἵρεσιν παραγαγὼν ἥ τις ποτ' ἐστί. πολλὰ γὰρ ἐπεκράτει, μείζονα ἢ καθ' ἡμᾶς ἔχοντα τὴν κρίσιν· ὧν ἐστι καὶ ἡ Ἀπολλοδώρειος αἵρεσις καὶ ἡ Θεοδώρειος. μάλιστα δ' ἐξῆρε τὸν Ἀπολλόδωρον ἡ τοῦ Καίσαρος φιλία τοῦ Σεβαστοῦ, διδάσκαλον τῶν λόγων γενόμενον. μαθητὴν δ' ἔσχεν ἀξιόλογον Διονύσιον τὸν ἐπικληθέντα Ἀττικόν, πολίτην αὐτοῦ· καὶ γὰρ σοφιστὴς ἦν ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς, καὶ λογογράφος. Προϊόντι δ' ἀπὸ τοῦ πεδίου καὶ τῆς πόλεως ἐπὶ μὲν τὰ πρὸς ἕω μέρη, πόλις ἐστὶν Ἀπολλωνία, μετεώροις ἐπικειμένη τόποις. ἐπὶ δὲ τὸν νότον ὀρεινὴ ῥάχις ἐστίν, ἣν ὑπερβᾶσι, καὶ βαδίζουσιν ἐπὶ Σάρδεων, πόλις ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ Θυάτειρα, κατοικία Μακεδόνων, ἣν Μυσῶν ἐσχάτην τινὲς φασίν. Ἐν δεξιᾷ δ' Ἀπολλωνίς, διέχουσα Περγάμου τριακοσίους σταδίους, τοσούτους δὲ καὶ τῶν Σάρδεων. ἐπώνυμος δ' ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς Ἀπολλωνίδος. εἶτ' ἐκδέχεται τὸ Ἕρμου πεδίον καὶ Σάρδεις. τὰ δὲ προσάρκτια τῆς Περγάμου τὰ πλεῖστα ὑπὸ Μυσῶν ἔχεται τὰ ἐν δεξιᾷ τῶν Ἀβλητῶν λεγομένων· οἷς συνάπτει ἡ Ἐπίκτητος μέχρι Βιθυνίας. Αἱ δὲ Σάρδεις πόλις ἐστὶ μεγάλη, νεωτέρα μὲν τῶν Τρωϊκῶν, ἀρχαία δ' ὅμως, ἄκραν εὐερκῆ ἔχουσα. βασίλειον δ' ὑπῆρξε τῶν Λυδῶν, οὓς ὁ ποιητὴς καλεῖ Μήονας, οἱ δ' ὕστερον Μαίονας· οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς Λυδοῖς, οἱ δ' ἑτέρους ἀποφαίνοντες. τοὺς δ' αὐτοὺς ἄμεινόν ἐστι λέγειν. Ὑπέρκειται δὲ τῶν Σάρδεων ὁ Τμῶλος εὐδαίμον ὄρος, ἐν τῇ ἀκρωρείᾳ σκοπὴν ἔχον ἐξέδραν λευκοῦ λίθου Περσῶν ἔργον, ἀφ' οὗ κατοπτεύεται τὰ κύκλῳ πεδία, καὶ μάλιστα τὸ Καϋστρινόν. περιοικοῦσι δὲ Λυδοί, καὶ Μυσοί, καὶ Μακεδόνες. ῥεῖ δ' ὁ Πακτωλὸς ἀπὸ τοῦ Τμώλου, καταφέρων τὸ παλαιὸν χρυσοῦ ψῆγμα πολύ, ἀφ' οὗ τὸν Κροίσου λεγόμενον πλοῦτον, καὶ τῶν προγόνων αὐτοῦ διονομασθῆναί φασι· νῦν δ' ἐκλέλοιπε τὸ ψῆγμα. καταφέρεται δ' ὁ Πακτωλὸς εἰς τὸν Ἕρμον, εἰς ὃν καὶ ὁ Ὕλλος ἐμβάλλει, Φρύγιος νῦν καλούμενος. συμπεσόντες δ' οἱ τρεῖς καὶ ἄλλοι ἀσημότεροι σὺν αὐτοῖς, εἰς τὴν κατὰ Φώκαιαν ἐκδιδόασι θάλατταν, ὥς Ἡρόδοτός φησιν. Ἅπτεται δὲ καὶ Μυσίας ὁ Ἕρμος, ἐξ ὄρους ἱεροῦ τῆς Δινδυμήνης· καὶ διὰ τῆς Κατακεκαυμένης εἰς τὴν Σαρδιανὴν φέρεται κατὰ συνεχῆ πεδία, ὥς εἴρηται, μέχρι τῆς θαλάττης. Ὑπόκειται δὲ τῇ πόλει τό τε Σαρ-

διανὸν

Σαρδιανὸν πεδίον καὶ τὸ τοῦ Κόρου, καὶ τὸ τοῦ Ἕρμου, καὶ τὸ Καϋστριανὸν, συνεχῆ τε ὄντα, καὶ πάντων ἄριστα πεδίων. Ἐν δὲ σταδίοις τετταράκοντα ἀπὸ τῆς πόλεως ἐστὶν ἡ Γυγαία μὲν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένη, Κολόη δ' ὕστερον μετονομασθεῖσα, ὅπου τὸ ἱερὸν τῆς Κολοηνῆς Ἀρτέμιδος μεγάλην ἁγιστείαν ἔχον. φασὶ δ' ἐνταῦθα χορεύειν πιθήκους κατὰ τὰς ἑορτάς· οὐκ οἶδ' ὅπως ποτὲ παραδοξολογούντων μᾶλλον, ἢ ἀληθευόντων. Κειμένων δ' οὕτω πως τῶν ἐπῶν παρ' Ὁμήρῳ·

Μῄοσιν αὖ Μάσθλης τε καὶ Ἄντιφος ἡγησάσθην.
υἷε Παλαιμένεος, τὼ Γυγαίη τέκε λίμνη.
οἳ καὶ Μῄονας ἦγον ὑπὸ Τμώλῳ γεγαῶτας·

προσγράφουσί τινες τούτῳ τέταρτον ἔπος.

Τμώλῳ ὑπὸ νιφόεντι Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ.

οὐδεμία δ' εὑρίσκεται Ὕδη ἐν τοῖς Λυδοῖς. οἱ δὲ καὶ τὸν Τύχιον ἐνθένδε ποιοῦσιν, ὅν φησιν ὁ ποιητής·

Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος Ὕδῃ ἔνι.—

προστιθέασι δὲ καὶ διότι καὶ δρυμώδης ὁ τόπος καὶ κεραυνόβολος, καὶ ὅτι ἐνταῦθα οἱ Ἄριμοι. καὶ οὕτως γάρ,

Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς·

ἐπιφέρουσι,

Χώρῳ ἐνὶ Δρυόεντι, Ὕδης ἐν πίονι δήμῳ.

Ἄλλοι δ' ἐν Κιλικίᾳ, τινὲς δ' ἐν Συρίᾳ πλάττουσι τὸν μῦθον τοῦτον· οἱ δ' ἐν Πιθηκούσαις, οἳ καὶ τοὺς πιθήκους φασὶ παρὰ τοῖς Τυρρηνοῖς ἀρίμους καλεῖσθαι. οἱ δὲ τὰς Σάρδεις Ὕδην ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῆς. Πιθανωτάτους δ' ὁ Σκήψιος ἡγεῖται τοὺς ἐν τῇ Κατακεκαυμένῃ τῆς Μυσίας τοὺς Ἀρίμους τιθέντας. Πίνδαρος δὲ συνοικειεῖ τοῖς ἐν τῇ Κιλικίᾳ τὰ ἐν Πιθηκούσσαις, ἅπερ ἐστὶ πρὸ τῆς Κυμαίας, καὶ τὰ ἐν Σικελίᾳ. καὶ γὰρ τῇ Αἴτνῃ φασὶ ὑποκεῖσθαι τὸν Τυφῶνα·

Τόν ποτε
Κιλίκιον θρέψε πολυώνυμον ἄντρον·
νῦν γε μὰν
Ταί θ' ὑπὲρ Κύμας ἁλιερκέες ὄχθαι
Σικελία τ' αὐτοῦ πιέζει
Στέρνα λαχνήεντα.

Καὶ πάλιν,

Κείνῳ μὲν Αἴτνα δεσμὸς ὑπερφίαλος ἀμφίκειται.

Καὶ πάλιν,

ἀλλ' οἶος ἄπλατον κεράιζε θεῶν Τυφῶνα
πεντηκοντοκέφαλον ἀνάγκᾳ Ζεὺς πατὴρ
Ἐν Ἀρίμοις ποτέ.

dianus, Cori, Hermi, Caystriq́ campi, contigui inter se, omniumq́ camporum optimi. Intra XL ab urbe stadia lacus est, Gygæus Homero, recentioribus Coloē dictus: ubi Coloēnes Dianæ templum est, magna cum sanctimonia cultum ibi ferunt 16 simias diebus festis saltare: nescio cur aliena à fide malint, quam uera dicere. Iam cùm Homeri uersus ita habeant. 16

Meonibus Masthles, atque Antiphus imperitabant: Iliad. β. 864.
Protulit hosce palus Gygæa, † Palæmeneus natos,
Mæonibus natis sub Tmolo qui imperitabant.

quidam hunc quartum adscribunt

Pinguis Hydæ in pagis, sub Tmoli saxa niuosi.

cùm quidem nulla sit in Lydis Hyda. Alij hāc etiam Tychio patriam tribuunt, de quo poëta dicat:

Ille habitabat Hydæ.—. Iliad. η. 221.

Addunt locum syluosum esse, & de cœlo sæpius tactum. ibiq́ Arimos ponunt. nam canente Homero

Ponè Arimos, ubi habere cubile Typhoēa dicunt: Iliad. β. 783.

subijciunt,

Ad pinguis quercetaq́ Hydæ.—.

Fabulam hanc alij in Ciliciam, quidam in Syriam reijciunt. Sunt qui Pithecusis adscribant, & Pithecos (.hoc est Pithecos.) Etrusca lingua arimos dici tradant. alij Sardes Hydam nominant, alij arcem eius. Scepsius maximè eos probat, qui Arimos in Mysia combusta (.id enim est Catacecaumene.) ponunt. Pindarus cum Cicilijs ea quę Pithecusarum sunt, ante Cumas sitarum, & quæ in Sicilia. Ait enim Typhonem Aetnæ subiectum. Typhoei fabula.

Quem quondam Cilicum Pythijs Oda 1.
Nobile protulit antrum. modò
Litora supra Cumas mare quæ profligant,
Et Trinacria premit eius
Hirsutum insula pectus.

& alibi.

Huic Aetna immane uinculum superincumbit.

ac rursus.

Qualis immensum Iupiter Typhonem
Quinquaginta mouentem capita prostrauit
In Arimis quondam.

Sunt qui Arimorum nomine Syros intelligunt, qui nunc Arami dicuntur. & affirment Cilices è Troia pulsos in Syriam migrasse, Syrisque eam ademisse quę nunc est Ciliciam. Callisthenes prope Calycadnum & Sarpedonium promontorium ad ipsum Corycium antrum Arimos ponit, à quibus & uicini montes Arimi dicantur. Circa lacum Coloën monumenta sunt regum. Ad ipsas Sardes tumulus est Halyattis, agger magnus in sublimi positus crepidine: factus, ut ait Herodotus, à multitudine oppidana, ita ut puellæ maiorem partem operis confecerint. eas idem omnes prostituisse corpora sua tradit. quidam etiam scorti id sepulcrum esse dicũt. Non desunt, qui lacum manu factum affirment Coloën, ut exciperet abundantem fluminum eluuie aquam. Hypæpa urbs est, quâ descenditur à Tmolo ad Caystrium pratum. Captas ait Sardes Callisthenes primùm à Cimmerijs, deinde à Treribus & Lycijs: idque etiam Callinum elegiarum scriptorem ostendere. postremò in Crœsi & Cypri potestatem uenisse. Cùm autem Callinus dicat Cimmerios in Esioneas impressionem fecisse, qua Sardes ceperunt: conijcit Scepsius Ionicè eum Esioneas pro Asioneas dixisse, id est Asios. quòd nimirum Meonia dicta esset Asia. quomodo & Homerus loquitur:

Iliad β. 461. Asius est ubi campus, ad alta fluente Caystri

Vrbs hæc deinde ob uirtutem soli præclarè refecta, ut nulli uicinarum gloria cederet, nuper magnam domiciliorum partem terræ motibus amisit. Tib. autem Cæsaris, qui nostra ætate rerum potitur, prouidentia & hanc & complures alias beneficijs reparauit, eodem tempore eadem calamitate adflictas. Viri memorabiles Sardibus natæ sunt, Diodori oratores duo eiusdem generis, quorum maior cognomento fuit Zonas, qui uir multa certamina obiuit pro Asia. & inuadente eam Mithridate rege, cum ei solicitatarũ ad defectionem ab eo urbium crimen esset intentatũ, purgauit se, ac crimina diluit. Iunioris, quo usi sumus amico, exstãt historiarum uolumina, odæ, & alia carmina, antiquam formam scribendi satis referentia. Xanthus antiquus historiæ scriptor Lydus perhibetur: an Sardibus natus fuerit, nescimus. Post Lydos Mysi sunt, & urbs Philadelphea crebris

Οἱ δὲ τοὺς Σύρους Ἀρίμους δέχονται, οὓς νῦν Ἀράμους λέγουσι. τοὺς δὲ Κίλικας τοὺς ἐν τῇ Τροίᾳ μετανασάντας εἰς Συρίαν ἀνῳκισμένους, ἀποτέμνεσθαι παρὰ τῶν Σύρων τὴν νῦν λεγομένην Κιλικίαν. Καλλισθένης δ' ἐγγὺς τοῦ Καλυκάδνου, καὶ τῆς Σαρπηδόνος ἄκρας παρ' αὐτὸ τὸ Κωρύκιον ἄντρον εἶναι τοὺς Ἀρίμους, ἀφ' ὧν τὰ ἐγγὺς ὄρη λέγεσθαι Ἄριμα. Περίκειται δὲ τῇ λίμνῃ Κολόῃ τὰ μνήματα τῶν βασιλέων. Πρὸς δὲ ταῖς Σάρδεσίν ἐστι τὸ τοῦ Ἀλυάττου ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς χῶμα μέγα, ἐργασθέν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος, ὑπὸ τοῦ πλήθους τῆς πόλεως, οὗ τὸ πλεῖστον ἔργον αἱ παιδίσκαι συνετέλεσαν. λέγει δ' ἐκεῖνος, καὶ πορνεύεσθαι πάσας. τινὲς δὲ καὶ πόρνης μνῆμα λέγουσι τὸν τάφον. Χειροποίητον δὲ τὴν λίμνην ἔνιοι ἱστοροῦσι τὴν Κολόην πρὸς τὰς ἐκδοχὰς τῶν πλημμυρίδων αἳ συμβαίνουσι τῶν ποταμῶν πληρουμένων. Ὕπαιπα δὲ πόλις ἐστὶ καταβαίνουσιν ἀπὸ τοῦ Τμώλου πρὸς τὸ τοῦ Καΰστρου πεδίον. Φησὶ δὲ Καλλισθένης ἁλῶναι τὰς Σάρδεις ὑπὸ Κιμμερίων πρῶτον, εἶθ' ὑπὸ Τρηρῶν καὶ Λυκίων, ὅπερ καὶ Καλλῖνον δηλοῦν τὸν τῆς ἐλεγείας ποιητήν. ὕστατα δὲ τὴν ἐπὶ Κύρου καὶ Κροίσου γενέσθαι ἅλωσιν. Λέγοντος δὲ τοῦ Καλλίνου τὴν ἔφοδον τῶν Κιμμερίων ἐπὶ τοὺς Ἡσιονῆας γεγονέναι, καθ' ἣν αἱ Σάρδεις ἑάλωσαν, εἰκάζουσιν οἱ περὶ τὸν Σκήψιον Ἰαστὶ λέγεσθαι Ἡσιονεῖς τοὺς Ἀσιονεῖς. Τάχα γὰρ ἡ Μηονία φησὶν, Ἀσία ἐλέγετο· καθ' ὃ καὶ Ὅμηρος ἔλεγεν,

Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϋστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα.

Ἀναληφθεῖσα δ' ἀξιολόγως ὕστερον διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας ἡ πόλις καὶ οὐδεμιᾶς λειπομένη τῶν ἀστυγειτόνων, νεωστὶ ὑπὸ σεισμῶν ἀπέβαλε πολλὴν τῆς κατοικίας. ἡ δὲ τοῦ Τιβερίου πρόνοια τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνος, καὶ ταύτην καὶ τῶν ἄλλων συχνὰς ἀνέλαβε ταῖς εὐεργεσίαις, ὅσαι περὶ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐκοινώνησαν τοῦ αὐτοῦ πάθους. Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασι τοῦ αὐτοῦ γένους, Διόδωροι δύο οἱ ῥήτορες, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐκαλεῖτο Ζώνας, ἀνὴρ πολλοὺς ἀγῶνας ἠγωνισμένος ὑπὲρ τῆς Ἀσίας, κατὰ δὲ τὴν Μιθριδάτου τοῦ βασιλέως ἔφοδον αἰτίαν ἐσχηκώς, ὡς ἀφιστὰς παρ' αὐτοῦ τὰς πόλεις, ἀπελύσατο τὰς διαβολὰς ἀπολογησάμενος. τοῦ δὲ νεωτέρου φίλου ἡμῖν γενομένου, καὶ ἱστορικὰ συγγράμματά ἐστι, καὶ μέλη, καὶ ἄλλα ποιήματα, τὴν ἀρχαίαν γραφὴν ἐμφαίνοντα ἱκανῶς. Ξάνθος δὲ ὁ παλαιὸς συγγραφεὺς Λυδὸς μὲν λέγεται· εἰ δὲ ἐκ Σάρδεων οὐκ ἴσμεν. Μετὰ δὲ Λυδούς εἰσιν οἱ Μυσοὶ, καὶ πόλις Φιλαδέλφεια σεισμῶν

σεισμῶν πλήρης. οὐ γὰρ διαλείπουσιν οἱ τοῖχοι διϊστάμενοι, καὶ ἄλλοτ' ἄλλο μέρος τῆς πόλεως κακοπαθοῦν. οἰκοῦσιν οὖν ὀλίγοι τὴν πόλιν διὰ τοῦτο. οἱ δὲ πολλοὶ καταβιοῦσιν ἐν τῇ χώρᾳ γεωργοῦντες, ἔχοντες εὐδαίμονα γῆν. ἀλλὰ καὶ τῶν ὀλίγων θαυμάζειν ἔστιν, ὅτι οὕτω φιλοχωροῦσιν ἐπισφαλεῖς τὰς οἰκήσεις ἔχοντες. ἔτι δ' ἂν τις μᾶλλον θαυμάσειε τῶν κτισάντων αὐτήν. Μετὰ δὲ ταῦτ' ἐστὶν ἡ Κατακεκαυμένη λεγομένη χώρα, μῆκος μὲν καὶ πεντακοσίων σταδίων, πλάτος δὲ τετρακοσίων, εἴτε Μυσίαν χρὴ καλεῖν, εἴτε Μηονίαν· λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως· ἅπασα ἄδενδρος, πλὴν ἀμπέλου τῆς τὸν Κατακεκαυμενίτην φέρουσης οἶνον, οὐδενὸς τῶν ἐλλογίμων ἀρετῇ λειπόμενον. ἔστι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τεφρώδης τῶν πεδίων, ἡ δ' ὀρεινὴ καὶ πετρώδης μέλαινα, ὡς ἂν ἐξ ἐπικαύσεως. εἰκάζουσι μὲν οὖν τινες ἐκ κεραυνοβολιῶν καὶ πρηστήρων συμβῆναι τοῦτο, καὶ οὐκ ὀκνοῦσι τὰ περὶ τὸν Τυφῶνα ἐνταῦθα μυθολογεῖν. Ξάνθος δὲ καὶ Ἀριμοῦν τινα λέγει τῶν τόπων τούτων βασιλέα. οὐκ εὔλογον δέ, ὑπὸ τοιούτων παθῶν τὴν τοσαύτην χώραν ἐμπρησθῆναι ἀθρόως, ἀλλὰ μᾶλλον ὑπὸ γηγενοῦς πυρός· ἐκλιπεῖν δὲ νῦν τὰς πηγάς. δείκνυνται δὲ καὶ βόθροι τρεῖς, οὓς φύσας καλοῦσιν, ὅσον τετταράκοντα ἀλλήλων διεστῶτας σταδίους. ὑπέρκεινται δὲ λόφοι τραχεῖς, οὓς εἰκὸς ἐκ τῶν ἀναφυσηθέντων σεσωρεῦσθαι μύδρων. τὸ δ' εὐάμπελον τὴν τοιαύτην ὑπάρχειν γῆν λάβοι τις ἂν, καὶ ἐκ τῆς Κατανίας τῆς χωσθείσης τῇ σποδῷ, καὶ νῦν ἀποδιδούσης οἶνον δαψιλῆ καὶ καλόν. ἀστεϊζόμενοι δέ τινες, εἰκότως πυριγενῆ τὸν Διόνυσον λέγεσθαί φασιν, ἐκ τῶν τοιούτων χωρίων τεκμαιρόμενοι. Τὰ δ' ἑξῆς ἐπὶ τὰ νότια μέρη τοῖς τόποις τούτοις ἐμπλοκὴν ἔχει μέχρι πρὸς τὸν Ταῦρον, ὥς τε καὶ τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικὰ, καὶ ἔτι τὸ τῶν Μυσῶν, δυσδιάκριτα εἶναι παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα. εἰς δὲ τὴν σύγχυσιν ταύτην οὐ μικρὰ συλλαμβάνει τὸ τοὺς Ῥωμαίους μὴ κατὰ φῦλα διελεῖν αὐτούς, ἀλλὰ ἕτερον τρόπον διατάξαι τὰς διοικήσεις, ἐν αἷς τὰς ἀγοραίους ποιοῦνται καὶ τὰς δικαιοδοσίας. ὁ μὲν γε Τμῶλος ἱκανῶς συνῆπται, καὶ περιγραφὴν ἔχει μετρίαν, ἐν αὐτοῖς ἀφοριζόμενος τοῖς Λυδίοις μέρεσιν. ἡ δὲ μεσόγαιος εἰς τὸ ἀντικείμενον μέρος διατείνει μέχρι Μυκάλης, ἀπὸ Κελαινῶν ἀρξάμενος, ὥς φησι Θεόπομπος. ὥς τε τὰ μὲν αὐτοῦ Φρύγες κατέχουσι, τὰ πρὸς ταῖς Καλαιναῖς, καὶ τῇ Ἀπαμείᾳ· τὰ δὲ Μυσοὶ καὶ Λυδοί,

uexata terræ motibus. nunquam enim desinunt muri ruinam minari, aliâsque alia pars urbis labefactari. ea de causa pauci urbem inhabitant: plerique ruri uiuunt, agrosque, quos habent optimos colunt. sed & paucos istos mirere licet, quòd tanto loci studio tenentur, cum habitent periculosè. magis etiam mirari licet quid conditoribus urbis in mentem uènerit. Sequitur regio quæ Catacecaumene, id est combusta dicitur, longitudine etiam ꟾↃ stadiorum, latitudine CCCC: siue ea Mysia est, siue Meonia appellanda. utrunque enim traditur. Arboribus prorsus caret, demta uite quę uinum Catacecaumenites gignit, nullo nobilium uinorum deterius. Camporum superficies est cinericia: montana & saxosa nigri sunt coloris, ueluti ex adustione. Itaque sunt qui â fulminibus & cœlitus immissis ignis procellis id accidisse dicant: neque dubitent eò referre fabulam Typhonis. Xanthus etiam Arimûn quendam istorum regem locorum ponit. Non est autem consentaneum tantum regionis tali casu fuisse confertim adustam: sed ab igni potiùs è terra enato, cuius nunc defecerint fontes. quin & tres fossæ monstrantur, quas Physas, hoc est folles, appellant, inuicem ad XL stadia distantes: quibus asperi imminēt colles, quos accumulatos è glebis sursum efflatis probabile est. Vitiferam uerò probè hanc regionem esse, intelligi ex agro potest Catanensi: qui cinere oppletus, nunc uini boni largè suppeditat copiam. Et quidam facetè iocantes, conueniēter aiunt Bacchum ignigenam dici, argumento ex his locis ducto. Quæ deinceps ab his locis uersus meridiem sunt usque ad Taurum, implicata sunt: cûm Phrygiæ, Lydiæ, Cariæ, Mysiæque partes inter se concurrentes discerni nequeant. ad quam confusionem haud parum fecit, quòd non per gentes Romani loca ista diuiserunt, sed alio modo diœceses seu præfecturas instituerunt, in quibus fora sunt & ius dicitur. Tmólus quidem satis est determinatus, mediocrem habet circumscriptionem in ipsis Lydiæ partibus. Mediterranea in oppositam partem porriguntur usque ad Mycalen â Celænis sumto initio, ut autor est Theopompus. Eorum partem Phryges tenēt, iuxta Celænas & Apameam: alias Mysi & Lydi,

Catacecaumene

& Lydi, alias Cares & Iones. Sic & fluuij, maxime Mæander, partim distinguunt gentes, in alijs per quas medij fluunt certum discrimen ambiguum faciunt. eadẽ est ratio camporum in utroque montium & fluuiorum latere. Neque nobis etiam usque adeò horum cura habenda, aut inanis regionum dimensio instituenda est: suffecerit ea descripsisse, quæ ab alijs ante nos tradita sunt. Caystriano itaque campo, qui medio loco inter mediterranea & Tmolum incidit, uersus orientem conterminus est Cilbianus campus magnus & habitationibus probè aptus, agrique fertilis. Sequitur Hyrcanius campus, quem sic Persæ nominauerunt à colonis ex Hyrcania eò adductis. Tum Cyri campus ita à Persis denominatus. inde Peltinus, Phrygiæ iam, & Cillanius, ac Tabenus, oppida habens semi Phrygia, Pisidicum etiam quidpiam habentia, unde ijs nomen. Supra mediterraneam sunt regionem, quæ inter Cares & Nysaidem est. hæc regio est trans Mæandrum usque ad Cybiratidem & Caballidem. In mediterraneis ex aduerso Laodicea est Hierapolis, ubi aquæ sunt calidæ, & Plutonium. quorum utrunque insolens aliquid atque mirum habet. Aqua enim ita facilè in callum coit atque induratur, ut riuis deductis sæpes è solido lapide constantes operentur. Plutonium sub paruo supercilio montis supra incumbentis foramen est modicum, quãto posit homo recipi, admodum profundum. inclusum est cancellis quadrangulis, ambitu dimidij circiter iugeri. Id foramen oppletum est nebulosa & crassa caligine, ut solum uix posit conspici. Enimuerò qui in orbem ad cancellos accedunt, nihil incommodi aër adfert, qui nouilunio tempore ab ea caligine est purus, & intra cancellos se continet. Intrò autem accedens animal illicò mors excipit. tauri quidem intrò adducti, mortui extrahuntur. & nos passeres immisimus, qui extemplò exanimati conciderunt. at exsecti Galli siue damno accedunt, etiam usque ad foramen, inque id introspiciunt, & aliquantisper cõpresso plurimum spiritu subeunt. nam ex aspectu depræhendimus suffocatricis cuiusdam affectionis speciem. siue omnes ita eo implentur spiritu, siue ij duntaxat qui

*Aquæ mirum.*
*Plutonium.*

καὶ Λυδοί, τὰ δὲ Κᾶρες καὶ Ἴωνες. οὕτω δὲ καὶ οἱ ποταμοί, καὶ μάλιστα ὁ Μαίανδρος, τὰ μὲν διορίζοντες τῶν ἐθνῶν, δι' ὧν δὲ μέσοι φερόμενοι, δυσληπτον ποιοῦσι τ' ἀκριβές. καὶ περὶ τῶν πεδίων δὲ τῶν ἐφ' ἑκάτερα τῆς τε ὀρεινῆς καὶ τῆς ποταμίας ὁ αὐτὸς λόγος. οὐδ' ἡμῖν ἴσως ἐπὶ τοσοῦτον φροντιστέον, ὥστ' ἄρα κενῇ χωρομετροῦσιν, ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον ὑπογραπτέον, ὅσον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν παραδεδώκασι. Τῷ δὴ Καϋστριανῷ πεδίῳ μεταξὺ πίπτοντι τῆς τε μεσογειότητος, καὶ τοῦ Τμώλου, συνεχές ἐστι πρὸς ἕω, τὸ Κιλβιανὸν πεδίον, πολύ τε καὶ συνοικούμενον εὖ, καὶ χώραν ἔχον σπουδαίαν. Εἶτα τὸ Ὑρκάνιον πεδίον, Περσῶν ἐπονομασάντων, καὶ ἐποίκους ἀγαγόντων ἐκεῖθεν. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Κύρου πεδίον ὁ Πέρσαι κατωνόμασαν. εἶτα τὸ Πελτινὸν πεδίον, ἤδη Φρύγιον, καὶ τὸ Κιλλάνιον, καὶ τὸ Ταβηνὸν, ἔχον τὰς πολίχνας μιξοφρυγίους, ἐχούσας τι καὶ Πισιδικὸν, ἀφ' ὧν αὐτὰ κατωνομάσθη. ὑπερβάλλουσι δὲ τὴν μεσογίδα τὴν μεταξὺ Καρῶν τε, καὶ τῆς Νυσαΐδος, ἥ ἐστι χώρα κατὰ τοῦ Μαιάνδρου πέραν μέχρι τῆς Κιβυράτιδος, καὶ τῆς Καβαλλίδος. Πόλεις δ' εἰσὶ πρὸς μὲν τῇ μεσογαίᾳ κατ' ἀντικρὺ Λαοδικείας, Ἱεράπολις, ὅπου τὰ θερμὰ ὕδατα, καὶ τὸ Πλουτώνιον, ἄμφω παραδοξολογίαν τινὰ ἔχοντα. Τὸ μὲν γὰρ ὕδωρ εἰς πῶρον οὕτω ῥαδίως μεταβάλλει πηττόμενον, ὥστ' ὀχετοὺς ἐπάγοντες, φραγμοὺς ἀπεργάζονται μονολίθους. τὸ δὲ Πλουτώνιον ὑπ' ὀφρύϊ μικρᾷ τῆς ὑπερκειμένης ὀρεινῆς, στόμιόν ἐστι σύμμετρον, ὅσον ἄνθρωπον δέξασθαι δυνάμενον, βεβάθυνται δ' ἐπὶ πολύ. πρόκειται δὲ τούτου δρυφάκτωμα, τετράγωνον, ὅσον ἡμιπλέθρου τὴν περίμετρον. τοῦτο δὲ πλῆρές ἐστιν ὁμιχλώδους παχείας ἀχλύος, ὥστε μόγις τοὔδαφος καθορᾶν. τοῖς μὲν οὖν κύκλῳ πλησιάζουσι πρὸς τὸν δρύφρακτον, ἄλυπός ἐστιν ὁ ἀὴρ, καθαρεύων ἐκείνης τῆς ἀχλύος ἐν ταῖς νηνεμίαις. συμμένει γὰρ ἐντὸς τοῦ περιβόλου. τῷ δ' εἴσω παριόντι ζώῳ, θάνατος παραχρῆμα ἀπαντᾷ. ταῦροι γοῦν εἰσαχθέντες, πίπτουσι, καὶ ἐξέλκονται νεκροί. ἡμεῖς δὲ στρουθία ἐπέμψαμεν, καὶ ἔπεσον εὐθὺς ἐκπνεύσαντα. οἱ δὲ ἀπόκοποι γάλλοι παρίασιν ἀπαθεῖς, ὥστε καὶ μέχρι τοῦ στομίου πλησιάζειν, καὶ ἐγκύπτειν καὶ καταδύειν μέχρι ποσοῦ συνέχοντας, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ πνεῦμα. ἑωρῶμεν γὰρ ἐκ τῆς ὄψεως, ὡς ἂν πνιγώδους τινὸς πάθους ἔμφασιν, εἴτε πάντων οὕτω πεπληρωμένων τοῦτο, εἴτε μόνον τῶν

…ων τῶν περὶ τὸ ἱερὸν, καὶ εἴτε θείᾳ προνοίᾳ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἐνθουσιασμῶν εἰκός, εἴτε ἀντιδότοις τισὶ δυνάμεσι τούτου συμβαίνοντος. τὸ δὲ τῆς ἀπολιθώσεως, καὶ ἐπὶ τῶν ἐν Λαοδικείᾳ ποταμῶν φασὶ συμβαίνειν. καίπερ ὄντων ποτίμων. ἔστι δὲ καὶ πρὸς βαφὴν ἐρίων θαυμαστῶς σύμμετρον τὸ κατὰ τὴν Ἱεράπολιν ὕδωρ, ὥστε τὰ ἐκ τῶν ῥιζῶν βαπτόμενα ἐνάμιλλα εἶναι τοῖς ἐκ τῆς κόκκου καὶ τοῖς ἁλουργέσιν. οὕτω δ' ἐστὶν ἄφθονον τὸ πλῆθος τοῦ ὕδατος, ὥστε ἡ πόλις μεστὴ τῶν αὐτομάτων βαλανείων ἐστί. Μετὰ δὲ τὴν Ἱεράπολιν τὰ πέραν τοῦ Μαιάνδρου, τὰ μὲν περὶ Λαοδίκειαν, καὶ Ἀφροδισιάδα, καὶ τὰ μέχρι Καρούρων, εἴρηται. Τὰ δ' ἑξῆς ἐστὶ πρὸς δύσιν, ἡ τῶν Ἀντιοχέων πόλις τῶν ἐπὶ Μαιάνδρῳ τῆς Καρίας ἤδη. τὰ δὲ πρὸς νότον ἡ Κιβύρα ἐστὶν ἡ μεγάλη, καὶ ἡ Σίνδα, καὶ ἡ Καβαλαΐς, μέχρι τοῦ Ταύρου καὶ τῆς Λυκίας. Ἡ μὲν οὖν Ἀντιόχεια μετρία πόλις ἐστὶν, ἐπ' αὐτῷ κειμένη τῷ Μαιάνδρῳ κατὰ τὸ πρὸς τῇ Φρυγίᾳ μέρος. ἐπέζευκται δὲ γέφυρα. χώραν δ' ἔχει πολλὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ ποταμοῦ πᾶσαν εὐδαίμονα. πλείστην δὲ φέρει τὴν καλουμένην Ἀντιοχικὴν ἰσχάδα. τὴν δὲ αὐτὴν καὶ τρίφυλλον ὀνομάζουσιν. εὔσειστος δὲ καὶ οὗτος ἐστὶν ὁ τόπος. σοφιστὴς δὲ παρὰ τούτοις ἔνδοξος γεγένηται Διοτρέφης, οὗ διήκουσεν Ὑβρέας ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος μέγιστος ῥήτωρ. Σολύμους δ' εἶναί φασι τοὺς Καβαλεῖς. τῆς γοῦν Τερμησσέως ἄκρας ὁ ὑπερκείμενος λόφος καλεῖται Σόλυμος. καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ Τερμησσεῖς Σόλυμοι καλοῦνται. πλησίον δ' ἐστὶ καὶ ὁ τοῦ Βελλεροφόντου χάραξ, καὶ ὁ Πεισάνδρου τάφος τοῦ υἱοῦ, πεσόντος ἐν τῇ πρὸς Σολύμους μάχῃ. Ταῦτα δ' ἑκάστοις ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγομένοις ὁμολογεῖται. περὶ μὲν γὰρ τοῦ Βελλεροφόντου φησὶν οὕτω·

Δεύτερον αὖ Σολύμοισι μαχέσατο κυδαλίμοισι.

περὶ δὲ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ·

Πείσανδρον δὲ οἱ υἱὸν Ἄρης ἆτος πολέμοιο
Μαρνάμενον Σολύμοισι κατέκτανεν.

Ἡ δὲ Τερμησσός ἐστι Πισιδικὴ πόλις, ἡ μάλιστα καὶ ἔγγιστα ὑπερκειμένη τῆς Κιβύρας. Λέγονται δὲ ἀπόγονοι Λυδῶν οἱ Κιβυρᾶται τῶν κατασχόντων τὴν Καβαλίδα. ὕστερον δὲ Πισιδῶν τῶν ὁμόρων οἰκισάντων καὶ μετακτισάντων εἰς ἕτερον τόπον εὐαρκέστατον ἐν κύκλῳ σταδίων περὶ ἑκατόν. Ηὐξήθη δὲ διὰ τὴν εὐνομίαν. καὶ αἱ κῶμαι παρεξέτειναν ἀπὸ Πισιδίας,

xat qui circa templum agunt. & siue diuina id fit prouidentia, ut par est in diuinis furoribus: siue remedijs quibusdam aduersantibus pesti ei. Aquæ autem in lapidem mutationem aiunt etiam Laodiceæ fluuijs accidere, quanquam potabilibus. Est & ad lanas tingendas mirum in modum adcommodata aqua Hierapolitana: ita ut è radicibus facta tinctura coccinam & purpuream æquet. tanta autem aquæ copia est, ut tota urbs plena sit balneorum sponte sua ortorum. Post Hierapolin trans Mæandrum sita, ut Laodicea Aphrodisias, & Carura, sunt iam explicata. Versus occasum sequitur Antiochea ad Mæandrum, Cariæ iam uersus meridiem Cibyra magna, Sinda, Caballis, usque ad Taurum & Lyciam. Antiochea mediocris urbs est, ad ipsum sita Męandrum ab ea parte qua is Phrygiam spectat. ponte iunctus est fluuius. ad utramque eius ripam ager est urbi, omnis locuples. plurima ibi ficus nascitur, unde caricis Antiochenis nomen, quæ & triphylla quasi trifolia nominantur. is quoque locus obnoxius est terræ motibus. In hac urbe natus fuit nobilis sophista Diotrephes, quem audiuit Hybreas oratorum nostra ætate coryphæus. Solymos esse dicunt Caballenses. & sane tumulus qui supra Termesſium iacet promōtorium, Solymus appellatur: ipsi Termesſij uocantur Solymi. Propè est & uallum Bellerophontis, & Pesandri tumulus, filij eius, qui in pugna aduersus Solymos cecidit. Singula hæc Homeri consentiunt dictis. nam hic de Bellerophonte hæc habet:

Post illam Solymis illustribus intulit arma. *Iliad ζ.184.*
& de filio eius:
Pesandrum Solymos contra dum prœlia misceat, 203.
Mars strauit natum generoso Bellerophonte.

Termessus urbs est Pisidica, maximè & proximè supra Cibyram sita. Cibyratæ dicūtur prognati à Lydis qui Caballidem obtinuerunt. urbem Pisidæ finitima transtulerunt & condiderunt aptissimo loco, cuius circulus stadiorum fere C. Creuit ob legum bonitatem, & pagi eius porrecti à Pisidia *Cibyra.*

ſidia conterminaqúe Milyade uſque ad Lyciam & Rodo oppoſitam continentem. Accedentibus autem tribus finitimus urbibus, Bubonibus nempe, Balburis, & Oenoandro, conuentui huic nomen Tetrapolis eſt factum: una quæ uis urbs ſuum habuit ſuffragium, Cibyra duo: quippe quæ mitteret XXX peditum, duo equitum millia. Semper eam tyranni, ſed modeſte tamen tenuerunt. In Moagete deſijt tyrannis, quem Murena deiecit, & Balburam ac Bubonem Lyciæ adiecit. Nihilo ſeciùs inter maximas Aſiæ præfecturas Cibyratica habetur. Quatuor linguis uſi ſunt Cibyratæ, Piſidica, Solymorum, Græca, Lydia: cuius ne ueſtigium quidem in Lydia ſupereſt. Id Cibyra habet peculiare, quod ferrum facilè apud eos tornatur. Milyas eſt, quæ ab anguſtijs apud Termeſſum & tranſitum Tauri ad interiora per eas anguſtias porrigitur ad Sindam montana regio, uſque ad Sagalaſſum, & Apameam ditionem.

σιδίας, καὶ τῆς ὁμόρου Μυλιάδος ἕως Λυκίας, καὶ τῆς Ῥοδίων περαίας. προσγενομένων δὲ τριῶν πόλεων ὁμόρων, Βουβώνων, Βαλβούρων, Οἰνοάνδρου, τετράπολις τὸ σύστημα ἐκλήθη, μίαν ἑκάστης ψῆφον ἐχούσης, δύο δὲ τῆς Κιβύρας. ἔστελλε γὰρ αὕτη πεζῶν μὲν τρεῖς μυριάδας, ἱππέας δὲ δισχιλίους. ἐτυραννεῖτο δ' ἀεὶ σωφρόνως δ' ὅμως. ἐπὶ Μοαγέτου δ' ἡ τυραννὶς τέλος ἔσχε, καταλύσαντος αὐτὴν Μουρήνα, καὶ Λυκίοις προσβείσαντος τὴν Βαλβούραν, καὶ τὴν Βουβῶνα. οὐδὲν δ' ἧττον ἐν ταῖς μεγίσταις ἐξετάζεται διοικήσεσι τῆς Ἀσίας ἡ Κιβυρατική. τέτταρσι δὲ γλώτταις ἐχρῶντο οἱ Κιβυρᾶται, τῇ Πισιδικῇ, τῇ Σολύμων, τῇ Ἑλληνίδι, τῇ Λυδῶν. ταύτης δὲ οὐδ' ἴχνος ἐστὶν ἐν Λυδίᾳ. ἴδιον δ' ἐστὶν Κιβύρᾳ, τὸ τὸν σίδηρον τορνεύεσθαι ῥᾳδίως. Μιλύα δ' ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῶν κατὰ Τερμησσὸν στενῶν, καὶ τῆς εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ Ταύρου ὑπερθέσεως δι' αὐτῶν ἐπὶ Σίνδα παρατείνουσα ὀρεινὴ μέχρι Σαγαλασσοῦ, καὶ τῆς Ἀπαμέων χώρας.

# IN LIBRVM DECIMVMTERTIVM

## INTERPRETIS ANNOTATIONES.



OCVM Homeri facilè fuit ſibi reſtituere, ſed uidentur aliquot ſaltem uerba excidiſſe. Ego ut potui Latinè ita exſcripſi locum, ut ne hiaret.

2 Summitatem.] Ἀκρόντορον quid uocis ſit, neſcio prauam puto. mox καὶ τοῦ λεκτοῦ πρῶτα, mendoſam eſt. Locus de Gargaro eſt apud Homer. Iliad. ξ. 292. meminit & Iliad. θ. 48.

3 Hic locus eſt cõfuſus: ſed in epitomis explicatur.

4 Ariſtæus.] In textu eſt Ἀρισαῖος Ariſtæus. Sed ego Suidam, Plutar. in Romulo, alioſq; ſum ſecutus. quanquam Plinius etiam Ariſtæum uocat lib. 7. capit. 52. ut quidem hodie legitur, itaque utrumq; poſui. Procõneſum ſcio à quibuſdã Præconneſum ſcribi, Προικόννησον. ſed id alibi expoſui. Quid eſt autem ςεῤῥᾷ τῆς Χεῤῥ: ἀριστερᾷ aut περαίᾳ puto. Paulo pòſt αἱ Κολῶναι. αἱ legi & repoſui Aldina lectione ducente ad ueritatem rei. Λοκολώνη.] Aldo Λικολώνη. ſuſpicor fuiſſe Λευκὴ Κολώνη, aut Λευκοκολώνη.

5 Hæc uerba in Græco fortaßis ita ſcribenda ſunt. Διὸ καὶ εὐπετέστερον E. T. Σ. διαίρουσι, παραλλάξαμενοι μ. & c. ἀφιέντα & παραλεκτέον liquidò erant falſa. mox καὶ τῷ χρόνῳ.] Lego καὶ τὸ χρόνῳ.

6 Μάντει προσφέρει.] Verti hoc ut inueni. quanquam ualde ſuſpectum. Χιλιόναυς στόλος eſt uel ex Euripide notus. Aliquanto infra Rœteum Troadis reſtitui: cauſam in Onomaſtico reddidi.

7 Ammiſſo clypeo.] Locus miſerè eſt deprauatus. rei mentio exſtat apud Herodotum τερψιχόρῃ, & eius (.arbitror.) non iniquum ea in narratione cenſorẽ Plutarchũ περὶ Ἡροδότου κακοηθείας. Phrynonem à Pittaco fuiſſe interemtum retiaria aſtutia, id ſanè liquet etiam è Diogene Laertio, Suida, alijs. Alcæi uerſus emendare non ſum aggreſſus, ne cõiecturas uenditatẽ, & de re nõ magna magnos ronchos experirer.

8 Siue ſupplicationem.†] Locus eſt lacer. et quanquam Euſtath. in Iliad. ζ. 92. adducit quodam, nihil tamen habet, quod huic medeatur. Epitomæ habent θυάσιν pro ὑάσιν: & γουνάσιν pro ſupplicationibus accipi oſtẽdunt (atq; hinc eſt γουνάζεσθαι apud Homerum ſæpius uſurpatum.) Idem innuit Euſtath. γουνασμὸν & ἱκετείαν interpretari quoſdã dicens. Sed altera interpretationum, quam Strabo itidem improbat, excidit. Exemplum dicis denouendi inſtauratorem urbis euerſæ, habes in ſacris etiam litteris. Ioſue cap. 6. & euentum 2. Reg. 16. Infra de Hellanico οἶκος ἐκείνου

κάνου μῦθος. lego θυμός. est particula Homerici uersus.

9 **Censemusq́ in plerisq́.**] Non est dubium, quin ad Demetrium Scepsium hæc pertineant: Sed in Græco uerba nõ cohærent, paulo antè pro τάγματα legi πλάσματα.

10 **Ob inopiam.**] Κατὰ ἀπειρίαν mallem, & ἦν antè τοῖς Λατίνοις inijcerem. nõ enim Latinis, sed Aeneæ comitibus hoc accidit. Oraculum exstat & alibi & III. Aeneid. & mensæ uoratæ lib. VII. pro Elymno suprà uide an sit Elymus legendum. Consule ad hæc Dionys. Halic. antiq. Rom. lib. 1. Συνηγορεῖν οὐδὲ τέροις.] Οὐδὲ τούτοις fortè.

11 **Aut uicissim.**] Asteriscum adieci, nam deest aliquid nisi quis fortasse Ciliciam quandam cognomento ἔμπαλιν nouit. Sanè in Epitomis est Cillam & Cilices ab hoc dictos Cillo. Paulò suprà pro LX. stadijs Eustath habet LXX. Locum aũt de Hercule Cornopione & cæteris ex Eustathio restitui, cũ eßet ualde uitiatus. Eustathianam aũt lectionem confirmant ea quæ in Lexico ex alijs autoribus sunt annotata, quæ miror Gyraldo non accedisse ad animum, qui hunc locum deprauatum, quanquam non nominatim, in sua deorum historia adduxerit. Quid sit μελιοῦς, non satis conijcio. Μηλιοῦντα uel Maliunta mallem. Intelligo de Erythræis quorum urbis in Bœotia meminit Plin. 4.7. qui à Maliaco sinu non ita procul abfuerunt. Sed hæc est coniectura infirma. Quid autem sit illud μισις, non inuenio. Interpres μῦστις legit: quid secutus, ignoro. Pòst ποταμῶν χειμάῤῥων.] Credo hoc dixiße fluuiorum aut torrẽtum eluuione ista loca deleta esse. infrà de Sapra, quid sit σαπραθώδης, dicã ubi didicero, interim mendum credam.

12 **Hermeiæ tyranni.**] Ἑρμίου. non puto nihil de hoc dixißet, nulla priùs facta eius mentione. de Hermeia itaq; excepi cuius historia supra fuit explicata. mox νῆσον ἔχουσαν.] Lego, dum quid melius offeratur, ἀνέχων νησίς.] Νησίς τις fortè. ἐπισόγκου.] ἐπισόγκου fortè, cui onus inijcitur. **E Cyno.**] Hæc urbs est Locridis nobilis: Cygno nihil hæc rei. Pater Auges media per ε constanter scribitur ab Apollodoro in bibliotheca.

13 Διωνομασμένας uox est correctionis indigens. Sed ἴδην pro ἤδην cur scripserim, nemo eruditus quæret. Temnon restitui. quanquam alij Timnon legunt. uide Onomasticum nostrum. Pro Ἀπίας Ἀσίας legendum, indidem disces.

14 **Si ad dextram.**] Obscurum hoc non est, à Methymna ad Maleam nauigantibus Lesbon ad dextrã, oram continentis ad læuam haberi. itaq; παραλίαν νήσου est legendum. νῆσον erat, quod cum interpres non concoqueret, reiecit. Sed & circumscriptio insulæ Ptolemaicæ parum consentit, maximè cum Sigrium facit Ereßo quàm Pyrrhæ propiùs. de Arginusis οὐ ante μεγάλαι inieci ex rei ueritate.

13 **Et Phanias.**] Græca non mutaui. Sic tamen habet uetus, & Epitomæ.

16 **Simias.**] Apud Eustath. in uersus Homeri qui mox citantur, non πιθήκους est, sed καλάθους: ut sportulæ seu calathi saltauerint. In uersibus retinui Strabonianam lectionem ut inueni. Mesthlen alij scribunt, & Eustathius. Idem non Pal. Sed Talamenem habet, atq; etiam ἐτυμολογεῖ nomen hoc. alij Pylæmenem nominant.

17 **Pisandrum.**] Homero Isander est. Sed quòd etiam supra lib. XII. sic habetur, uolui Strabonianam lectionem hîc retinere.∴


FINIS.

# STRABONIS RERVM GEOGRAPHICARVM LIBER DECIMVS QVARTVS.

## ARGVMENTVM.

*Quartusdecimus liber circa Cycladas insulas uersatur, & ulteriorem regionem in qua est Pamphylia, Isauria, Lycia, Pisidia, Cilicia usque Seleuciam Syriæ, & Asiam, quæ propriè Ionia appellatur.*

*Vide 1. Asiæ tabulam in libris præcedentibus.*



Vperest, ut de Ionibus dicamus & Caribus, oraq; extra Taurum maritima, quam tenent Lycij & Pamphylij ac Cilices. sic enim absoluerimus tandem peninsulam, cuius isthmum diximus esse transitum à Pontico mari ad Issicum. *Ioniæ descriptio* Ioniæ ceruitus, si quis litus legat, stadiorum ad CCCCXXX, propter sinus: & quia maior pars eius regionis formam imitatur peninsulæ. Longitudo in recta linea, non est ita magna. Nam Epheso 1 Smyrnam iter est rectà CCCXX stadia 1 Smyr- * nam autem reliqua. nauigatio autem iuxta litus ab una earum urbium ad alteram, stadijs CIↃ CIↃ CC paulo minor. Fines oræ Ionicæ sunt Posidium Milesiorum, ac Cariæ extrema, & Phocea atque Hermus. De hac Miletum, Myuntem, & quæ sunt circa Mycalen atque Ephesum loca Pherecydes scribit Cares quondam tenuisse: reliquam usque ad Phocæam, Chium, & Samum oram, cui Ancæus præfuit, Leleges. + utrosque autem ab Ionibus eiectos in reliquas Cariæ partes demigrasse. Ducem coloniæ Ionum ait fuisse Androclum Codri Atheniensium regi F. legitimum. qui eam post Aeolicam deduxerit, Ephesumq; condiderit. Itaq; ibi regiam Ionum fuisse positam tradunt. & qui ex ea sunt progenie, etiamnum reges appellantur, habentq; suos honores: primum scilicet in consessu locum quando spectantur certamina, purpuramque insigne regij generis, scipionem loco sceptri, & sacra Cereris Eleusiniæ. Miletum etiam condidit Neleus, domo Pylius. Messenij autem & Pylij quandam inter se cognationem perhibēt: propter quàm etiam recentiores poëtę Nestorem Messenium faciunt: & cum Melantho Codri patre multos

# ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

## ὙΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ τεσσερεσκαιδέκατον περὶ τὰς Κυκλάδας νήσους καὶ τὴν ἀντίπεραν χώραν ἐν ᾗ Παμφιλία, Ἰσαυρία, Κιλικία, Λυκία, Πισιδία, ἕως Σελευκίας τῆς Συρίας, καὶ τῆς Ἀσίας τῆς ἰδίως λεγομένης Ἰωνίας.



ΟΙΠΟΝ δ' ἐστὶν εἰπεῖν περὶ Ἰώνων καὶ Καρῶν, καὶ τῆς ἔξω τοῦ Ταύρου παραλίας, ἣν ἔχουσι Λύκιοί τε καὶ Παμφύλιοι, καὶ Κίλικες. οὕτω γὰρ ἂν ἔχοι τέλος ἡ πᾶσα τῆς χερρονήσου περιήγησις, ἧς ἰσθμὸν ἔφαμεν τὴν ὑπέρβασιν τὴν ἐκ τῆς Ποντικῆς θαλάττης ἐπὶ τὴν Ἰσσικήν. Ἔστι δὲ τῆς Ἰωνίας ὁ μὲν περίπλους ὁ παρὰ γῆν, σταδίων που τετρακοσίων ἑξήκοντα, διὰ τοὺς κόλπους, καὶ διὰ τὸ χερρονησίζειν ἐπὶ πλεῖον τὴν χώραν. τὸ δ' ἐπ' εὐθείας μῆκος οὐ πολύ. αὐτὸ οὖν τὸ ἐξ Ἐφέσου μέχρι Σμύρνης, ὁδὸς μέν ἐστιν ἐπ' εὐθείας τριακόσιοι εἰκοσι στάδιοι, οἱ λοιποὶ δὲ εἰς Σμύρναν. περίπλους δὲ μικρὸν ἀπολείπων τῶν δισχιλίων, καὶ διακοσίων. Ἔστι δὴ οὖν ἀπὸ τοῦ Ποσειδίου τοῦ Μιλησίων, καὶ τῶν Καρικῶν ὅρων, μέχρι Φωκαίας καὶ τοῦ Ἕρμου, τὸ πέρας τῆς Ἰωνικῆς παραλίας. Ταύτης δὲ φησὶ Φερεκύδης Μίλητον μὲν, καὶ Μυοῦντα, καὶ τὰ περὶ Μυκάλην καὶ Ἔφεσον, Κᾶρας ἔχειν πρότερον· τὴν δ' ἑξῆς παραλίαν μέχρι Φωκαίας, καὶ Χίου, καὶ Σάμου ἧς Ἀγκαῖος ἦρχε, Λέλεγας. ἐκβληθῆναι δ' ἀμφοτέρους ὑπὸ τῶν Ἰώνων, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Καρίας ἐκπεσεῖν. Ἄρξαι δὲ φησιν Ἄνδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου τοῦ βασιλέως Ἀθηνῶν. γενέσθαι τοῦτον Ἐφέσου κτίστην. διόπερ τὸ βασίλειον τῶν Ἰώνων ἐκεῖ συστῆναι φασί· καὶ ἔτι νῦν οἱ ἐκ τοῦ γένους ὀνομάζονται βασιλεῖς, ἔχοντές τινας τιμάς, προεδρίαν τε ἐν ἀγῶσι, καὶ πορφύραν ἐπίσημον τοῦ βασιλικοῦ γένους, σκίπωνα ἀντὶ σκήπτρου, καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Ἐλευσινίας Δήμητρος. Καὶ Μίλητον δ' ἔκτισε Νηλεὺς ἐκ Πύλου τὸ γένος ὤν. οἵ τε Μεσσήνιοι, καὶ οἱ Πύλιοι συγγένειαν τινα προσποιοῦνται, καθ' ἣν καὶ Μεσσήνιον τὸν Νέστορα οἱ νεώτεροι φασὶ ποιηταί, καὶ τοῖς περὶ Μέλανθον τὸν Κόδρου πατέρα πολ-

πολλοῦ, καὶ τῶν Πυλίων συνεξάρξαι φασὶν ἐς τὰς Ἀθήνας· ὥστε δὴ πάντα τὸν λαὸν μετὰ τῶν Ἰώνων κοινῇ στεῖλαι τὴν ἀποικίαν. τοῦ δὲ Νηλέως ἐπὶ τῷ Ποσειδίῳ βωμὸς ἵδρυμα δείκνυται. Κυδρῆλος δὲ νόθος υἱὸς Κόδρου Μυοῦντα κτίζει. Ἀνδρόκοπος δὲ Λέβεδον, καταλαβόμενος τόπον τινὰ Ἄρτιν. Κολοφῶνα δ' Ἀνδραίμων Πύλιος, ὥς φησι καὶ Μίμνερμος ἐν Ναννοῖ. Πριήνην δ' Αἴπυτος ὁ Νηλέως, εἶθ' ὕστερον Φιλώτας ἐκ Θηβῶν λαὸν ἀγαγών. Τέω δὲ Ἀθάμας μὲν πρότερον, διὸ Ἀθαμαντίδα καλεῖ αὐτὴν Ἀνακρέων. κατὰ δὲ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, Ναῦκλος υἱὸς Κόδρου νόθος, καὶ μετὰ τοῦτον Ποίκνης, καὶ Δάμαθος Ἀθηναῖοι. καὶ γὰρ ἦν ἐκ Βοιωτῶν. Ἐρύθρας δὲ, καὶ Νῶπος. καὶ οὗτος υἱὸς Κόδρου νόθος. Φωκαιαν δ' οἱ μετὰ Φιλογένους Ἀθηναῖοι. Κλαζομενὰς δὲ Πάραλος. Χίον δὲ Ἐγέρτιος, σύμμικτον ἐπαγόμενος πλῆθος. Σάμον δὲ Τυμβρίων, εἶθ' ὕστερον Πατροκλῆς. Αὗται μὲν δώδεκα Ἰωνικαὶ πόλεις. προσελήφθη δὲ ὕστερον καὶ Σμύρνα, ἐς τὸ Ἰωνικὸν ἐναγαγόντων Ἐφεσίων. ἦσαν γὰρ αὐτοῖς σύνοικοι τὸ παλαιόν, ἡνίκα καὶ Σμύρνα ἐκαλεῖτο ἡ Ἔφεσος. καὶ Καλλῖνός που οὕτως ὠνόμακεν αὐτήν, Σμυρναίους τοὺς Ἐφεσίους καλῶν ἐν τῷ πρὸς Δία λόγῳ·

Σμυρναίους δ' ἐλέησον. — καὶ πάλιν,
Μνῆσαι δ' εἴ κοτέ τοι μηρία καλὰ βοῶν.

Σμύρνα δ' ἦν Ἀμαζὼν ἡ κατασχοῦσα τὴν Ἔφεσον· ἀφ' ἧς τοὔνομα καὶ τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τῇ πόλει, ὡς καὶ ἀπὸ Σισύρβης Σισυρβῖταί τινες τῶν Ἐφεσίων ἐλέγοντο. καὶ τόπος δέ τις τῆς Ἐφέσου Σμύρνα ἐκαλεῖτο, ὡς δηλοῖ Ἱππῶναξ. ᾤκει δ' ὄπισθεν τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ μεταξὺ Τρηχέης τε καὶ Λεπρῆς ἀκτῆς. Ἐκαλεῖτο γὰρ Λεπρὴ μὲν ἀκτὴ ὁ Πριὼν ὑπερκείμενος τῆς νῦν πόλεως ἔχων μέρος τοῦ τείχους αὐτῆς. τὰ γοῦν ὄπισθεν τοῦ Πριῶνος κτήματα ἔτι νυνὶ λέγεται ἐν τῇ Ὀπισθολεπρίᾳ. Τραχεῖα δ' ἐκαλεῖτο ἡ ὑπὲρ τὸν Κορησσὸν παρώρειος. Ἡ δὲ πόλις ἦν τὸ παλαιὸν περὶ τὸ Ἀθήναιον τὸ νῦν ἔξω τῆς πόλεως ὄν, κατὰ τὴν καλουμένην Ὑπέλαιον. ὥστε ἡ Σμύρνα ἦν κατὰ τὸ νῦν γυμνάσιον ὄπισθεν μὲν τῆς νῦν πόλεως, μεταξὺ δὲ Τρηχέης τε καὶ Λεπρίης ἀκτῆς. Ἀπελθόντες δὲ τῶν Ἐφεσίων οἱ Σμυρναῖοι, στρατεύουσιν ἐπὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ νῦν ἐστιν ἡ Σμύρνα, Λελέγων κατεχόντων. ἐκβαλόντες δ' αὐτούς, ἔκτισαν τὴν παλαιὰν Σμύρναν διέχουσαν τῆς νῦν περὶ εἴκοσι σταδίους. Ὕστερον δὲ ὑπὸ Αἰολέων ἐκπεσόντες ἔφυγον εἰς Κολοφῶνα,

multos Pyliorum Athenas profectos aiunt: qui totus populus communiter cum Ionibus in coloniam abiuerit. ara in Posidio uisitur, à Neleo posita. Cydrelus Codri F. spurius Myuntem condidit. Androcopus Lebedon, occupato loco, cui nomen Artis. Colophonem Andræmon Pylius: ut & Mimnermus in Nannone scribit. Prienam Aepytus Nelei F. postea Philotas, populo secum Thebis adducto. Teum Athamas antè, unde & Athamantidem eam Anacreon uocat: pòst tempore Ionicæ coloniæ Naudus Codri F. spurius: ac deinde Pœcnes & Damathus Athenienses. erat enim è Bœotis Erythras Kænopus, spurius ipse etiam Codri filius. Phocæam Athenienses cum Philogene. Clazomenas Paralus. Chium Egertius, promiscuam adducens multitudinem. Samum Tembrio, ac postmodo Patrocles. Hæ ergo sunt XII urbes Ionicæ. postea temporis adsumta in eum conuentum est etiam Smyrna, autoribus Ephesijs. nam unà habitauerunt antiquitus, ità ut Ephesus etiam Smyrnę nomen gesserit. & Callinus quodam loco sic eam appellat, Ephesios Smyrnæorum uocabulo intelligens, in oratione ad Iouem: *Ephesus. Smyrna.*

Smyrnæos miserare. —. ac rursum.
Si taurorum illi pulcra tibi femora †

Smyrna Amazon fuit, à qua nomen hominibus, urbique factum: sicut & à Sisyrba quidam Ephesiorum Sisyrbitæ dicũtur. Sed & locus quidam Ephesi Smyrna uocatur, ut Hipponax docet his uerbis: Habitabat in parte urbis posteriore, in Smyrna, inter Asperam & Lepren actam. Lepre acta enim dicebatur Prion, qui nũc supra urbem est situs, partemque muri occupat. & quæ post Prionem sunt possessiones, etiamnum in posteriore Lepra siue Opistoleprea dicuntur. Aspera dicebatur, quę ad montes est supra Corissum. Ipsa urbs fuit antiquitus circa Athenæum seu Mineruium, quòd nunc est extra urbem, ad locum qui Hypelæus appellatur. ut fuerit Smyrna iuxta id quod nunc exstat gymnasium, retro urbem quæ hodie est, inter Asperam & Lepram actam. Discessione deinde ab Ephesijs facta Smyrnæi, eò profecti sunt ubi nunc Smyrna est, quem tũ Leleges tenebant locum. quibus eiectis, ueterem condiderunt Smyrnam, ab ea quæ nunc est stadijs circiter XX disitam. Postea temporis ab Aeolensibus expulsi, Colophonem fu

gerunt, cumque Colophonijs reuersi suam urbem recuperauerunt. Id Mimnermus quoque Nannone indicat, Smyrnæ facta mentione, ut de qua semper fuerit certatum.

Nos Pylon excelsam linquentes Neleos urbem,
Iucundam oram Asiæ nauibus attigimus:
Vi nostra freti consedimus & Colophone,
Castum armis princeps ius uiolare manus.
Pergentes fluuio sed ab Astyente, deorum
Consilio Smyrnam uidimus Aeolidem:

Hæc de his. sed rursum singula sunt peragranda, initio sumto à principatum tenentibus locis, à quibus alia deinde condita sunt. Miletum dico, & Ephesum. hæ enim urbes sunt optimæ & nobilissimæ. Post Posidium seu Neptunium Milesiorum deinceps est oraculum Didymei Apollinis in Branchidis, sursum uersus circiter XIIX stadia. Incensum est à Xerxe, ut & alia omnia templa, præter Ephesium. Branchidæ cùm fugienti Persæ thesauros dei tradidissent, unà abiuerunt, ne pœnas cogerentur dare sacrilegij & proditionis. Postea temporis Milesij templum omnium maximum construxerunt, quod ob magnitudinem sine culmine mansit. nam ambitus delubri pagi amplitudinem æquat: estque intus & extra lucus preciosus. alia delubra oraculum & sacra continent. Ibi fabulæ Branchum fuisse dicunt, & amorem Apollinis. Ornatum est templum donarijs antiquarum gẽtium sumtuosissimè. inde ad urbem uia & nauigatio est non longa. Ephorus narrat, Miletum principiò à Cretensibus ad mare fuisse conditam, ubi nunc uetus est Miletus: Sarpedone è Cretensi Mileto eò ducente colonos, nomenque urbi idem cum ea imponente: cùm eum locum antea Leleges tenuissent. eam quæ nunc est Miletum à Nileo fuisse conditam. Hæc portus habet quatuor, unum etiam classi sufficientem. Multa sunt huius ciuitatis facta. maximum est aũt, multitudo coloniarum. nam & Euxinum Pontum colonijs frequentarunt Milesij totum, & Propontidem, & alia loca. Anaximenes quidem Lampsacenus ait, Icarum insulam & Lerum Milesiorum esse colonias: & iuxta Hellespontum in Cherreneso Limnas, in Asia Arisbam, Abydum, Pæsum, in Cyzicena

Branchidæ.

Miletus.

καὶ μετὰ τῶν ἐν Κολοφῶνι ἐλθόντων, τὴν σφετέραν ἀπέλαβον. καθάπερ καὶ Μίμνερμος ἐν δὲ Ναννοῖ φράζει, μνησθεὶς τῆς Σμύρνης, ὅτι περιμάχητος ἀεί·

Ἡμεῖς δ' αἰπὺ Πύλου Νηλήϊον ἄστυ λιπόντες,
Ἱμερτὴν Ἀσίην νηυσὶν ἀφικόμεθα.
Ἐς δ' ἐρατὴν Κολοφῶνα βίην ὑπέροπλον ἔχοντες,
Ἑζόμεθ' ἀργαλέης ὕβριος ἡγεμόνες.
Κεῖθεν δ' Ἀστήεντος ἀπορνύμενοι ποταμοῖο
Θεῶν βουλῇ Σμύρναν εἵλομεν Αἰολίδα.

Ταῦτα μὲν περὶ τούτων. ἐφοδευτέον δὲ πάλιν τὰ καθ' ἕκαστα, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ἡγεμονικωτέρων τόπων ποιησαμένους, ἀφ' ὧνπερ καὶ πρῶτον αἱ κτίσεις ἐγένοντο. λέγω δὲ τῶν περὶ Μίλητον καὶ Ἔφεσον. αὗται γὰρ ἄρισται πόλεις καὶ ἐνδοξόταται. μετὰ δὲ τὸ Ποσείδιον τὸ Μιλήσιον, ἑξῆς ἐστι τὸ μαντεῖον τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις, ἀναβάντι ὅσον ὀκτωκαίδεκα σταδίους. ἐνεπρήσθη δ' ὑπὸ Ξέρξου, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα ἱερὰ πλὴν τοῦ ἐν Ἐφέσῳ. οἱ δὲ Βραγχίδαι τοὺς θησαυροὺς τοῦ θεοῦ παραδόντες τῷ Πέρσῃ φεύγοντι, συναπῆραν τοῦ μὴ τῖσαι δίκας τῆς ἱεροσυλίας, καὶ τῆς προδοσίας. Ὕστερον δ' οἱ Μιλήσιοι μέγιστον νεὼν τῶν πάντων κατεσκεύασαν. διέμεινε δὲ χωρὶς ὀροφῆς διὰ τὸ μέγεθος. κώμης γοῦν κατοικίαν ὁ τοῦ σηκοῦ περίβολος δέδεκται, καὶ ἄλσος ἐντός τε καὶ ἐκτὸς πολυτελές. ἄλλοι δὲ σηκοὶ τὸ μαντεῖον καὶ τὰ ἱερὰ συνέχουσιν. Ἐνταῦθα δὲ μυθεύεται καὶ τὰ περὶ τὸν Βράγχον, καὶ τὸν ἔρωτα τοῦ Ἀπόλλωνος. Κεκόσμηται δ' ἀναθήμασι τῶν ἀρχαίων ἐθνῶν πολυτελέστατα. ἐντεῦθεν δ' ἐπὶ τὴν πόλιν οὐ πολλὴ ὁδός ἐστιν, οὐδὲ πλοῦς. Φησὶ δ' Ἔφορος τὸ πρῶτον κτίσμα εἶναι Κρητικῶν ὑπὲρ θαλάττης τετειχισμένον, ὅπου νῦν ἡ παλαιὰ Μίλητός ἐστι, Σαρπηδόνος ἐκ Μιλήτου τῆς Κρητικῆς ἀγαγόντος οἰκήτορας, καὶ θεμένου τοὔνομα τῇ πόλει τῆς ἐκεῖ πόλεως ἐπώνυμον, κατεχόντων πρότερον τὸν τόπον Λελέγων. Τοὺς δὲ περὶ Νηλέα ὕστερον τὴν νῦν τειχίσαι πόλιν. ἔχει τέτταρας λιμένας ἡ νῦν, ὧν ἕνα καὶ στόλῳ ἱκανόν. πολλὰ δὲ τῆς πόλεως ἔργα ταῦτα. μέγιστον δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἀποικιῶν. ὅ, τε γὰρ Εὔξεινος πόντος ὑπὸ τούτων τετείχισται πᾶς, καὶ ἡ Προποντὶς, καὶ ἄλλοι πλείους τόποι. Ἀναξιμένης γοῦν ὁ Λαμψακηνὸς οὕτω φησὶν, ὅτι καὶ Ἴκαρον τὴν νῆσον καὶ Λέρον Μιλήσιοι συνῴκισαν, καὶ περὶ Ἑλλήσποντον ἐν μὲν τῇ Χερρονήσῳ Λίμνας, ἐν δὲ τῇ Ἀσίᾳ Ἄβυδον, Ἀρίσβαν, Παισόν, ἐν δὲ τῇ Κυζικηνῶν

κλώδῃ νήσῳ, Ἀρτάκην, Κύζικον· ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῆς Τρῳάδος, Σκῆψιν. ἡμεῖς δ' ἐν τοῖς καθέκαστα λέγομεν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ὑπὸ τούτου παραλελειμμένας. Οὔλιον δ' Ἀπόλλωνα καλοῦσί τινα καὶ Μιλήσιοι, καὶ Δήλιοι, οἷον ὑγιαστικὸν καὶ παιονικόν. τὸ γὰρ οὔλειν, ὑγιαίνειν. ἀφ' οὗ καὶ τὸ οὐλή, καὶ οὖλέ τε μέγα χαῖρε—. ἰατικὸς γὰρ ὁ Ἀπόλλων, καὶ ἡ Ἄρτεμις ἀπὸ τοῦ ἀρτεμέας ποιεῖν. καὶ ὁ ἥλιος δὲ καὶ ἡ σελήνη συνοικειοῦνται τούτοις, ὅτι τῆς περὶ τοὺς ἀέρας εὐκρασίας αἴτιοι. καὶ τὰ λοιμικὰ δὲ πάθη, καὶ τοὺς αὐτομάτους θανάτους τούτοις ἀνάπτουσι τοῖς θεοῖς. Ἄνδρες δ' ἄξιοι μνήμης ἐγένοντο ἐν τῇ Μιλήτῳ, Θαλῆς τε εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν ὁ πρῶτος φυσιολογίας ἄρξας ἐν τοῖς Ἕλλησι, καὶ μαθηματικῆς. καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Ἀναξίμανδρος, καὶ ὁ τούτου πάλιν Ἀναξιμένης. ἔτι δ' Ἑκαταῖος, ὁ τὴν ἱστορίαν συντάξας. καθ' ἡμᾶς δὲ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ὃς ἐν φυγῇ διετέλεσε, παρρησιασάμενος πέρα τοῦ μετρίου πρὸς Πομπήιον Μάγνον. ἠτύχησε δ' ἡ πόλις, ἀποκλείσασα Ἀλέξανδρον, καὶ βίᾳ ληφθεῖσα, καθάπερ καὶ Ἁλικαρνασός. ἔτι δὲ πρότερον ὑπὸ Περσῶν. καί φησί γε Καλλισθένης, ὑπ' Ἀθηναίων χιλίαις δραχμαῖς ζημιωθῆναι Φρύνιχον, τὸν τραγικόν, διότι δρᾶμα πεποίηκε Μιλήτου ἅλωσιν ὑπὸ Δαρείου. Πρόκειται δ' ἡ Λαδὴ νῆσος πλησίον, καὶ περὶ τὰς Τραγαίας νησία ὑφόρμους ἔχοντα λῃσταῖς. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Λατμικὸς κόλπος, ἐν ᾧ Ἡράκλεια ἡ ὑπὸ Λάτμῳ λεγομένη πολίχνιον, ὕφορμον ἔχον. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Λάτμος ὁμωνύμως τῷ ὑπερκειμένῳ ὄρει. ὅπερ Ἑκαταῖος μὲν ἐμφαίνει τὸ αὐτὸ εἶναι νομίζων τῷ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Φθειρῶν ὄρει λεγομένῳ, (ὑπὲρ γὰρ τῆς Λάτμου φησὶ τὸ Φθειρῶν ὄρος κεῖσθαι.) τινὲς δὲ τὸ Γρίον φασίν, ὡς ἂν παράλληλον τῷ Λάτμῳ, ἀνῆκον ἀπὸ τῆς Μιλησίας πρὸς ἕω, διὰ τῆς Καρίας μέχρι Εὐρώμου, καὶ Χαλκητόρων. ὑπέρκειται δὲ ταύτης ἐν ὕψει. Μικρὸν δ' ἄπωθεν διαβάντι πρὸς τῷ Λάτμῳ ποταμίσκον, δείκνυται τάφος Ἐνδυμίωνος ἔν τινι σπηλαίῳ. εἶτα ἀφ' Ἡρακλείας ἐπὶ Πύῤῥαν πολίχνην πλοῦς ἑκατόν που σταδίων. Μικρὸν δὲ πλέον τὸ ἀπὸ Μιλήτου εἰς Ἡράκλειαν ἐγκολπίζοντι. εὐθυπλοία δ' εἰς Πύῤῥαν ἀπὸ Μιλήτου τριάκοντα, τοιαύτην ἔχει μακροπορίαν ὁ παρὰ γῆν πλοῦς. Ἀνάγκη δ' ὑπὸ τῶν ἐνδόξων τόπων ὑπομένειν τὸ περισκελὲς τῆς τοιαύτης γεωγραφίας. Ἐκ δὲ Πύῤῥας ἐπὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Μαιάν-

cena insula Artacen & Cyzicum, in mediterraneis Troadis Scepsin. Nos de singulis suo loco monentes, adijciemus etiam alias. Apollinem Vlium quendam & Milesij uocāt & Delij, utpote salutiferū & medicum. Est enim ulein, sanum esse. unde ule cicatrix, & ule pro salue. Odyss. ω. 401. Etenim Apollo sanator est, est Diana Artemis dicitur, quod artem eas, id est integros incolumesq; faciat. His Sol & Luna accommodantur, quia penes eos est potestas aëris temperandi. quin & pestilentias, & mortes sponte accidentes ijs imputant. Memorabiles uiros Miletus protulit, qui sequuntur. Thales de VII sapientibus unus, qui princeps Græcorum indagationem causarum naturalium & mathematicarum rerum instituit. Anaximander huius discipulus, rursumque huius Anaximenes. tum Hecatæus, qui historiam conscripsit. Nostra ætate Aeschines orator, qui in exsulio mortuus est, quod libertate dicendi immodica Pompeium Magnum perstrinxisset. Infortunium habuit Miletus, cùm excluso Alexandro ui est capta: ut & Halicarnassus. Sed ante à Persis fuit capta: & quidem scribit Callisthenes Phrynichum Tragœdū CIↃ drachmis multatum fuisse ab Atheniēsibus, quòd de capta à Dario Mileto fabulam condidisset. Ante Miletum non procul sita est est Lade insula, & circum Tragæas exiguæ insulæ, stationes prædonum habentes. Sequitur Latmicus sinus, in quo Heraclea sub Latmo dicta, oppidulum cum statione. id antè Latmos ab imminente supra monte appellatum fuit. Latmum Hecatæus innuit eundem se putare cum eo, quem Phthirôn mōtem Homerus nominat. (ait enim supra oppidum Latmum esse Phthirôn montem.) Iliad. β. 868. alij Grium intelligunt, qui æqualibus undique spacijs à Latmo distans à Milesio agro uersus orientem porrigatur per Cariam usque ad Euromum & Chalcetores, sublimisque dicto incumbat oppidulo. Haud longè inde ubi fluuiolum quendam transieris, quadam in spelunca Endymionis sepulcrum cernes. Inde ab Heraclea ad oppidum Pyrrham nauigatio est C circiter stadiorum: paulo autem ampliùs à Mileto Heracleam uersus si intrentur sinus: rectà tantum XXX. tantum spacij producitur in litore. Necesse est autem ut de insignibus locis descriptionem tam exactam boni consulat lector. A' Pyrrha ad

Mæandri ostia, stadia sunt L. locus uadosus & paludosus est. per stadia XXX aduerso flumine scaphis ad ministeria paratis nauigatur ad Myuntem, quæ una de XII Ioniæ urbibus, nunc ob defectum uirorum Mileto est adiuncta. Hanc pro opsonio Xerxes Themistocli fertur dedisse, pane Magnesiam, uino Lampsacum. Quatuor à Myunte stadijs pagus est Cariæ Thymbria: apud quam sacra est spelunca Charonium nomine, quæ pestilentibus exhalationibus etiam aues necat. Suprà sita est Magnesia quæ ad Mæandrum usurpatur, colonia Magnetum Thessalicorum & Cretensium: de qua mox dicemus. Post ostia Mæandri litus est Prienense, & suprà Priene, ac Mycale mons uenationibus aptus atque arboribus. Imminet hic Samio agro, & aduersus eum ultra Trogilium promontorium facit fretum VII circiter latum stadia. Priena quibusdam Cadme dicitur, quia Philotas eius instaurator Bœotius fuit. Patria fuit Biantis, unius de VII sapientibus, de quo Hipponax, Iustior in iudicando quàm Bias Prienæus. Ante Trogilium sita est insula minuta, eiusdem nominis. Inde ad Suniū breuissimus traiectus est stadiorum CIƆ IƆC. ab initio Samus ad dextram est & Icaria & Corsiç: ad sinistram Melanthij scopuli. deinde per medias nauigatur Cyclades. Ipsum Trogilium promontorium, quasi pes quidam Mycales procurrens est. Mycalæ autem alius adiacet mōs Pactyes, agri Ephe- 2 sij. in quem & 2 Mesogis terminantur. A' Trogilio in Samum sunt stadia XL. Austrum insula respicit, & portus eius, statione nauium præditus. In planicie maior eius pars mari proluitur. pars quædam etiam in montem suprà imminentē adsurgit. Ad dextram, quâ intrò nauigatur ad urbem, est Posædium promontorium quòd cum opposita Mycala fretum includit VII stadiorum. templum habet Neptuni. ante id exigua sita est insula Narthecis. Ad læuam est suburbium ad Heræum seu Iunonium, & Imbrasus fluuius, atque Iunonis antiquum fanum, ac magnum templum, quod nunc reponendis tabulis usurpatur. Extra multitudinem tabularum ibi positarum, alia sunt etiam tabularum repositoria, & sacella quædam plena antiquorum artificiorum. similiter locus sub dio patens, plenus est optimarum statuarum. inter has tria Myronis opera colossica, uni insistentia

Priene.

Samus.

Μαιάνδρου, πεντήκοντα. τεναγώδης δὲ ὁ τόπος, καὶ ἑλώδης. ἀναπλεύσαντι δ' ὑπηρετικοῖς σκάφεσι τριάκοντα σταδίους, πόλις Μυοῦς μία τῶν Ἰάδων τῶν δώδεκα, νῦν δ' ὀλιγανδρίαν Μιλησίοις συμπεπόλισται. ταύτην ὄψον λέγεται Θεμιστοκλεῖ δοῦναι Ξέρξης, ἄρτον δὲ Μαγνησίαν, οἶνον δὲ λάμψακον. ἔνθεν ἐν σταδίοις τέσσαρσι κώμη καρικὴ Θυμβρία· παρ' ἣν ἄορνον ἐστὶ σπήλαιον ἱερὸν, Χαρώνιον λεγόμενον, ὀλεθρίους ἔχον ἀποφοράς. Ὑπέρκειται δὲ Μαγνησία ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ, Μαγνήτων ἀποικία τῶν ἐν Θετταλίᾳ, καὶ Κρητῶν, περὶ ἧς αὐτίκα ἐροῦμεν. Μετὰ δὲ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Μαιάνδρου, ὁ κατὰ Πριήνην ἐστὶν αἰγιαλός. ὑπὲρ αὐτοῦ δ' ἡ Πριήνη, καὶ Μυκάλη τὸ ὄρος εὔθηρον καὶ εὔδενδρον. Ἐπίκειται δὲ τῇ Σαμίᾳ, καὶ ποιεῖ πρὸς αὐτὴν ἐπέκεινα τῆς Τρωγιλίου καλουμένης ἄκρας, ὅσον ἑπταστάδιον πορθμόν. λέγεται δ' ὑπό τινων ἡ Πριήνη Κάδμη, ἐπειδὴ Φιλώτας ὁ ἐπικτίσας αὐτὴν Βοιώτιος ὑπῆρχεν. ἐκ Πριήνης δ' ἦν Βίας, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ οὗ φασιν οὕτως Ἱππώναξ, Καὶ δικάσασθαι ἐκ Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρέσσον. Τῆς δὲ Τρωγιλίου πρόκειται νησίον ὁμώνυμον. ἐντεῦθεν δὲ τὸ ἐγγυτάτω δίαρμα ἐστὶν ἐπὶ Σούνιον σταδίων χιλίων ἑξακοσίων· κατ' ἀρχὰς μὲν Σάμον ἐν δεξιᾷ ἔχοντι καὶ Ἰκαρίαν, καὶ Κορσίας· ἐν δὲ Μελανθίους σκοπέλους ἐξ εὐωνύμων. τὸ λοιπὸν δὲ διὰ μέσων τῶν κυκλάδων νήσων. Καὶ αὐτὴ δ' ἡ Τρωγίλιος ἄκρα, πρόπους τις τῆς Μυκάλης ἐστί. Τῇ Μυκάλῃ δ' ὄρος ἄλλο πρόσκειται τῆς Ἐφεσίας Πακτύης. Καὶ ἡ Μεσωγὶς δὲ εἰς αὐτὴν καταστρέφει. ἀπὸ δὲ τῆς Τρωγιλίου στάδιοι τετταράκοντα εἰς τὴν Σάμον. Βλέπει δὲ πρὸς νότον, καὶ αὐτὴ καὶ ὁ λιμὴν ἔχων ναύσταθμον. Ἔστι δ' αὐτῆς ἐν ἐπιπέδῳ τὸ πλέον ὑπὸ τῆς θαλάττης κλυζόμενον. μέρος δέ τι καὶ εἰς τὸ ὄρος ἀνέχει τὸ ὑπερκείμενον. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν προσπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον, ἄκρα ἡ ποιοῦσα πρὸς τὴν Μυκάλην τὸν ἑπταστάδιον πορθμόν. ἔχει δὲ νεὼν Ποσειδῶνος. πρόκειται δ' αὐτοῦ νησίδιον ἡ Ναρθηκίς. ἐπ' ἀριστερᾷ δὲ τὸ προάστειον τὸ πρὸς τῷ Ἡραίῳ, καὶ ὁ Ἴμβρασος ποταμός, καὶ τὸ Ἡραῖον ἀρχαῖον ἱερὸν, καὶ νεὼς μέγας, ὃς νῦν πινακοθήκη ἐστί. χωρὶς δὲ τοῦ πλήθους τῶν ἐνταῦθα κειμένων πινάκων, ἄλλαι πινακοθῆκαι, καὶ ναΐσκοι τινές εἰσι, πλήρεις τῶν ἀρχαίων τεχνῶν. τό τε ὕπαιθρον, ὁμοίως μεστόν ἐστι τῶν ἀρίστων ἀνδριάντων, ὧν τρία Μύρωνος ἔργα κολοσσικά, ἱδρυμένα ἐπὶ μιᾶς βάσεως.

βάσεως· ἃ ἦρε μὲν Ἀντώνιος, ἀνέθηκε δὲ πάλιν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ εἰς τὴν αὐτὴν βάσιν τὰ δύο, τὴν Ἀθηνᾶν, καὶ τὸν Ἡρακλέα. τὸν δὲ Δία εἰς τὸ Καπετώλιον μετήνεγκε, κατασκευάσας αὐτῷ ναΐσκον. Περίπλους δ' ἐστὶ τῆς Σαμίων νήσου σταδίων ἑξακοσίων. Ἐκαλεῖτο δὲ Παρθενίας πρότερον οἰκούντων Καρῶν. εἶτα Ἀνθεμοῦς, εἶτα Μελάμφυλος, εἶτα Σάμος, εἴτ' ἀπό τινος ἐπιχωρίου ἥρωος, εἴτ' ἐξ Ἰθάκης καὶ Κεφαλληνίας ἀποικίσαντος. Καλεῖται μὲν οὖν καὶ ἄκρα τις Ἄμπελος βλέπουσά πως πρὸς τὸ τῆς Ἰκαρίας Δρέπανον. ἀλλὰ καὶ τὸ ὄρος ἅπαν, ὃ ποιεῖ τὴν ὅλην νῆσον ὀρεινήν, ὁμώνυμος λέγεται. Ἔστι δ' οὐκ εὔοινος, καίπερ εὐοινουσῶν τῶν κύκλῳ νήσων, καὶ τῆς ἠπείρου σχεδόν τι τῆς προσεχοῦς πάσης, τοὺς ἀρίστους ἐκφορουσῶν οἴνους· οἷον Χίου, καὶ Λέσβου, καὶ Κῶ· καὶ μὴν καὶ ὁ Ἐφέσιος, καὶ Μητροπολίτης ἀγαθοί, ἥ τε Μεσωγὶς, καὶ ὁ Τμῶλος, καὶ ἡ Κατακεκαυμένη, καὶ Κνίδος, καὶ Σμύρνα, καὶ ἄλλοι ἀσημότεροι τόποι διαφόρως χρηστοινοῦσιν, ἢ πρὸς ἀπόλαυσιν, ἢ πρὸς διαίτας ἰατρικάς. περὶ μὲν οἴνους οὐ πάνυ εὐτυχεῖ Σάμος. τὰ δ' ἄλλα εὐδαίμων, ὡς δῆλον ἔκ τε τοῦ περιμάχητον γενέσθαι, καὶ ἐκ τοῦ τοὺς ἐπαινοῦντας, μὴ ὀκνεῖν ἐφαρμόττειν αὐτῇ τὴν λέγουσαν παροιμίαν, ὅτι φέρει καὶ ὀρνίθων γάλα· καθάπερ που καὶ Μένανδρος ἔφη. τοῦτο δὲ καὶ τὸ τῶν τυραννίδων αἴτιον αὐτῇ κατέστη, καὶ τῆς πρὸς Ἀθηναίους ἔχθρας. Αἱ μὲν οὖν τυραννίδες ἤκμασαν κατὰ Πολυκράτη μάλιστα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Συλοσῶντα. ἦν δ' ὁ μὲν καὶ τύχῃ καὶ δυνάμει λαμπρὸς, ὥστε καὶ θαλαττοκρατῆσαι. τῆς δ' εὐτυχίας αὐτοῦ σημεῖον τιθέασιν, ὅτι ῥίψαντος εἰς τὴν θάλατταν ἐπίτηδες τὸν δακτύλιον λίθου, καὶ γλύμματος πολυτελοῦς, ἀνήνεγκε μικρὸν ὕστερον τῶν ἁλιέων τις τὸν καταπιόντα ἰχθῦν αὐτόν, ἀνατμηθέντος δ' εὑρέθη ὁ δακτύλιος. πυθόμενον δὲ τοῦτο τὸν Αἰγυπτίων βασιλέα, φασὶ μαντικῶς πως ἀποφθέγξασθαι ὡς ἐν βραχεῖ καταστρέψει τὸν βίον εἰς οὐκ εὐτυχὲς τέλος, ὁ τοσοῦτον ἐξηρμένος ταῖς εὐπραγίαις. καὶ δὴ καὶ συμβῆναι τοῦτο. καταληφθέντα γὰρ ἐξ ἀπάτης ὑπὸ τοῦ σατράπου τῶν Περσῶν, κρεμασθῆναι. Τούτῳ συνεβίωσεν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός, καὶ δὴ καὶ πᾶσα ἡ ποίησις πλήρης ἐστὶ τῆς περὶ αὐτοῦ μνήμης. Ἐπὶ τούτου δὲ, καὶ Πυθαγόραν ἱστοροῦσι φυομένην ἰδόντα τὴν τυραννίδα, ἐκλιπεῖν τὴν πόλιν, καὶ ἀπελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, καὶ Βαβυλῶνα φιλομαθείας χάριν.

basi. quae cùm sustulisset Antonius omnia, Augustus Cæsar duo reposuit in basin eandem, Mineruam scilicet atque Herculem. Iouem in Capitolium transtulit, sacello ei parato. Sami insulæ ambitus est stadiorum IↃC. Olim dicta fuit Parthenias, Caribus eam tenentibus. deinde Anthemus, pòst Melamphylus, tãdem Samus: siue ab heroë aliquo indigena, siue quod incolæ ex Ithaca & Cephallenia eò sunt traducti. Promontorium habet Samus, quod ampelos dicitur (uitem uox hęc notat.) obuersum Drepano Icariæ. eodemque nomine totus mons dicitur, qui totam insulam facit montosam. Non est autem à uino laudabilis Samus, quanquam insulæ circumpositæ, & uicina continens omnis optimum uinum dent: ut Chius, Lesbus, Cos. quin & Ephesium & Metropolites uina præstantia sunt. & Mesogis, Tmolus, Catacecaumene, Cnidus, Smyrna, aliaq; obscuriora loca uino excellunt, siue ad iucũditatem, siue ad usus medicos requiras. Sed uino ut non est felix Samus, ita aliis omnibus rebus diues. quod & hinc apparet, quia certatim est expetita: & quod eam laudantes non uerentur accommodare ei prouerbium uulgatum. Ferre eam etiam gallinarum lac. sicut alicubi dixit Menander. hæc etiam caussa fuit, cur tyranni eam possiderent, & inimiciciarum cum Atheniensibus. Tyrannides maximè uiguerunt sub Polycrate, & fratre eius Sylosonte. Polycrates fortuna & potentia ita floruit, ut etiam maris tenuerit imperium. Et hoc argumẽtum prosperitatis eius ferunt, quòd cùm annulum lapide & sculptura sumtuosum admodum industria in mare abiecisset: paulo pòst piscatorum quidam extraxit piscem qui deglutierat eum: & aperto pisce annulus inuentus est. Ferunt Ægyptiorum regem, cum hoc ei nunciatum esset, ueluti uaticinantem pronunciasse, breui Polycratem uitam infelici exitu clausurum, qui eò usque lætis elatus esset successibus. idque euentum comprobasse. nam à Persico satrapa dolo circumuentum atq; captum, & crucem sublatum fuisse Polycratem. Cùm hoc uixit Anacreon Lyricus, & mentione eius oppleuit sua carmina. Eiusdem ætate ferunt Pythagoram, cum gliscentem in patria uideret tyrannidem, Samo excessisse, inq; Aegyptũ & Babylonem discendi studio abiuisse. cumq;

*Polycratis fortuna*

*Herodot. Thalea.*

cumq́; reuersus eam uideret durare, in Italiam nauigasse, atque ibi uitæ reliquum confecisse. Hæc de Polycrate. Sylosontem frater priuatum reliquerat. Hic cùm Dario Histaspis dono dedisset uestem, quam ipsa gestante ille expetiuerat nondum ad regnum euectus: ab eo regnum adepto tyrannidem pro dono recepit. Imperauit autem acerbè: quo factum est ut uiri urbem desererent, indeque prouerbium exciderit,

Sylosontis opera uastitas regionem habet.

Athenienses priùs quidem misso Pericle prætore, & unà Sophocle poëta, rebellantes Samios obsidione graui adflixerunt. pòst etiam duo ciuium millia eò in coloniam miserunt. è quibus fuit Neocles Epicuri philosophi pater, ludi magister litterarij. & Epicurum aiunt Sami educatum ac in Teo, ad pubertatem accessisse Athenis, & æqualem habuisse Menandrum Comicum. Samius fuit etiam Creophylus. Hunc aiunt Homero hospitium aliquando præbuisse, donoq́; ab eo accepisse inscriptionem poëmatis de capta Oechalia. Callimachus contrà quodam epigrammate indicat autorem fuisse Creophylum, sed Homero ob hospitium fuisse attributum.

33 Me Samius fecit, qui quōdam excepit Homerum
Hospitio. casus Euryte ploro tuos,
Formosamquè Iolam. Homero scripta feruntur
Ista: Creophylo, Iuppiter, hôcce leue est.

Quidam hunc Homeri fuisse magistrum tradunt: alij non hunc, sed Aristeam Proconnesium. Samo adiacet Icaria insula, à qua nomen Icario mari. ipsa nomen habet ab Icaro Dædali F. quem ferunt patri fugæ comitem, quo tēpore è Creta sumtis alis auolauit, cùm non teneret cursum, eò decidisse. nimis enim ad solem elati alas cera liquefacta defluxisse. Insulæ totius ambitus est stadiorum CCC. portu caret, habet tamen stationes, quarum optima Histi appellatur: promontorium est uersus Fauonium porrectum. Est etiam templum Dianæ nomine Tauropolium in insula ea, & oppidulum Oenoë, & aliud Draconum, eiusdem cum promontorio nominis cui incumbit, & habet locum appellentibus aptum nauibus. promontorium abest à Can

Icaria.

ἐπανιόντα δ᾽ ἐκεῖθεν, ὁρῶντα ἐπισυμμένουσαν τὴν τυραννίδα, πλεύσαντα εἰς Ἰταλίαν, ἐκεῖ διατελέσαι τὸν βίον. περὶ Πολυκράτους μὲν ταῦτα. Συλοσῶν δ᾽ ἀπελείφθη μὲν ἰδιώτης ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ. Δαρείῳ δὲ τῷ Ὑστάσπεως χαρισάμενος ἐσθῆτα, ἣς ἐπεθύμησεν ἐκεῖνος φοροῦντα ἰδὼν (οὔπω δ᾽ ἐβασίλευε τότε) βασιλεύσαντος αὐτοῦ ἔλαβε δῶρον τὴν τυραννίδα. πικρῶς δ᾽ ἦρξεν, ὥστε καὶ ἐλειπάνδρησεν ἡ πόλις. κἀκεῖθεν ἐκπεσεῖν συνέβη τὴν παροιμίαν,

Ἕκητι Συλοσῶντος εὐρυχωρίη.

Ἀθηναῖοι δὲ πρότερον μὲν πέμψαντες στρατηγὸν Περικλέα, καὶ σὺν αὐτῷ Σοφοκλέα τὸν ποιητήν, πολιορκίᾳ κακῶς διέθηκαν ἀπειθοῦντας τοὺς Σαμίους. ὕστερον δὲ καὶ κληρούχους ἔπεμψαν δισχιλίους ἐξ ἑαυτῶν, ὧν ἦν καὶ Νεοκλῆς ὁ Ἐπικούρου τοῦ φιλοσόφου πατήρ, γραμματοδιδάσκαλος, ὥς φασι. καὶ τραφῆναι φασὶν ἐνθάδε, καὶ ἐν Τέῳ, καὶ ἐφηβεῦσαι Ἀθήνησι. γενέσθαι δ᾽ αὐτῷ συνέφηβον Μένανδρον τὸν κωμικόν. Σάμιος δ᾽ ἦν καὶ Κρεώφυλος, ὅν φασι δεξάμενον ξενίᾳ ποτὲ Ὅμηρον, λαβεῖν δῶρον τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ποιήματος, ὃ καλοῦσιν Οἰχαλίας ἅλωσιν. Καλλίμαχος δὲ τοὐναντίον ἐμφαίνει δι᾽ ἐπιγράμματός τινος, ὡς ἐκείνου μὲν ποιήσαντος, λεγομένου δ᾽ Ὁμήρου διὰ τὴν λεγομένην ξενίαν.

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
Δεξαμένου κλαίω δ᾽ Εὔρυτον ὅσσ᾽ ἔπαθεν·
Καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα. Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Τινὲς δὲ διδάσκαλον Ὁμήρου τοῦτόν φασιν. οἱ δ᾽ οὐ τοῦτον, ἀλλ᾽ Ἀριστέα τὸν Προκοννήσιον. Παράκειται δὲ τῇ Σάμῳ νῆσος ἡ Ἰκαρία, ἀφ᾽ ἧς τὸ Ἰκάριον πέλαγος. αὕτη δ᾽ ἐπώνυμός ἐστιν Ἰκάρου παιδὸς τοῦ Δαιδάλου, ὅν φασι τῷ πατρὶ κοινωνήσαντα τῆς φυγῆς, ἡνίκα ἀμφότεροι πτερωθέντες ἐκ Κρήτης, πεσεῖν ἐνθάδε, μὴ κρατήσαντα τοῦ δρόμου. μετεωρισθέντι γὰρ πρὸς τὸν ἥλιον ἐπὶ πλέον, περιρρυῆναι τὰ πτερὰ τακέντος τοῦ κηροῦ. τριακοσίων δ᾽ ἐστὶ τὴν περίμετρον σταδίων ἡ νῆσος ἅπασα, καὶ ἀλίμενος, πλὴν ὑφόρμων, ὧν ὁ κάλλιστος Ἱστοὶ λέγονται. ἄκρα δ᾽ ἐστὶν ἀνατείνουσα πρὸς ζέφυρον. ἔστι δὲ καὶ Ἀρτεμίσιον ἱερὸν καλούμενον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ, καὶ πολισμάτιον Οἰνόη, καὶ ἄλλο Δράκανον, ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ ἐφ᾽ ἧ ἵδρυται, πρόσορμον ἔχον. ἡ δὲ ἄκρα διέχει τῆς Σαμίων ἄκρας τῆς Καν-

θαρίου

θαρίου καλουμένης, ὀγδοήκοντα σταδίους, ὅπερ ἐστὶν ἐλάχιστον διάρμα τὸ μεταξύ. νυνὶ μὲν τοι λειπανδροῦσαν Σάμιοι νέμονται, τὰ πολλὰ βοσκημάτων χάριν. μετὰ δὲ τὸν Σάμιον πορθμὸν τὸν πρὸς Μυκάλῃ πλέουσιν εἰς Ἔφεσον, ἐν δεξιᾷ ἐστὶν ἡ Ἐφεσίων παραλία. μέρος δέ τι ἔχουσιν αὐτῆς καὶ οἱ Σάμιοι. πρῶτον δ' ἐστὶν ἐν τῇ παραλίᾳ τὸ Πανιώνιον, τρισὶ σταδίοις ὑπερκείμενον τῆς θαλάσσης, ὅπου τὰ Πανιώνια κοινὴ πανήγυρις τῶν Ἰώνων συντελεῖται τῷ Ἑλικωνίῳ Ποσειδῶνι καὶ θυσία. ἱερῶνται δὲ Πριηνεῖς. εἴρηται περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς. εἶτα Νεάπολις, ἣ πρότερον μὲν ἦν Ἐφεσίων, νῦν δὲ Σαμίων, διαλλαξάμενοι πρὸς τὸ Μαραθήσιον τὸ ἐγγυτέρω πρὸς τὸ ἀπώτερον. εἶτα Πύγελα πολίχνιον, ἱερὸν ἔχον Ἀρτέμιδος Μουνυχίας, ἵδρυμα Ἀγαμέμνονος, οἰκούμενον ὑπὸ μέρους τῶν ἐκείνου λαῶν. πυγαλίας γάρ τινας καὶ γενέσθαι, καὶ κληθῆναι. κάμνοντας δ' ὑπὸ τοῦ πάθους καταμεῖναι, καὶ τυχεῖν οἰκείου τοῦ ὀνόματος τὸν τόπον. εἶτα λιμὴν Πάνορμος καλούμενος, ἔχων ἱερὸν τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος. εἶθ' ἡ πόλις. ἐν δὲ τῇ αὐτῇ παραλίᾳ μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐστὶ καὶ ἡ Ὀρτυγία, διαπρεπὲς ἄλσος παντοδαπῆς ὕλης, κυπαρίττου δὲ τῆς πλείστης. διαρρεῖ δὲ ὁ Κέγχριος ποταμός, οὗ φασι νίψασθαι τὴν Λητὼ μετὰ τὰς ὠδῖνας. ἐνταῦθα γὰρ μυθεύουσι τὴν λοχείαν καὶ τὴν τροφὸν τὴν Ὀρτυγίαν, καὶ τὸ ἄδυτον ἐν ᾧ ἡ λοχεία, καὶ τὴν πλησίον ἐλαίαν, ᾗ πρῶτον ἐπαναπαύσασθαί φασι τὴν θεὸν ἀπολυθεῖσαν τῶν ὠδίνων. ὑπέρκειται δὲ τοῦ ἄλσους ὄρος ὁ Σολμισσός, ὅπου στάντας φασὶ τοὺς Κουρῆτας, τῷ ψόφῳ τῶν ὅπλων ἐκπλῆξαι τὴν Ἥραν, ζηλοτύπως ἐφεδρεύουσαν, καὶ λαθεῖν συμπράξαντας τὴν λοχείαν τῇ Λητοῖ. ὄντων δ' ἐν τῷ τόπῳ πλειόνων ναῶν, τῶν μὲν ἀρχαίων, τῶν δ' ὕστερον γενομένων, ἐν μὲν τοῖς ἀρχαίοις ἀρχαῖά ἐστι ξόανα, ἐν δὲ τοῖς ὕστερον Σκόπα ἔργα· ἡ μὲν Λητὼ σκῆπτρον ἔχουσα, ἡ δ' Ὀρτυγία παρέστηκεν, ἑκατέρᾳ τῇ χειρὶ παιδίον ἔχουσα. πανήγυρις δ' ἐνταῦθα συντελεῖται κατ' ἔτος. ἔθει δέ τινι οἱ νέοι φιλοκαλοῦσι, μάλιστα περὶ τὰς ἐνταῦθα εὐωχίας λαμπρυνόμενοι. τότε δὲ καὶ τῶν Κουρήτων ἀρχεῖον συνάγει συμπόσια, καί τινας μυστικὰς θυσίας ἐπιτελεῖ. τὴν δὲ πόλιν ᾤκουν μὲν Κᾶρές τε καὶ Λέλεγες. ἐκβαλὼν δ' ὁ Ἄνδροκλος τοὺς πλείστους, ᾤκισεν ἐκ τῶν συνελθόντων περὶ τὸ Ἀθήναιον καὶ τὴν Ὑπέλαιον, προσπεριλαβὼν καὶ τῆς περὶ τὴν Κορησσὸν

thario Sami promontorio, stadijs xxc, quod est angustissimum inter eas insulas fretum. Nunc quidem Samas penuria ciuium laborantes pecoris pascendi maximè causa incolunt. Cùm à Samio freto quod est ad Mycalen nauigatur Ephesum, ad dextram est Ephesiorum ora partem eius habent etiam Samij. Primùm in ora maritima illa est Panionium, tribus stadijs supra mare situm, ubi Iones solennem conuentum agitant, & Heliconio Neptuno sacrificant. sacrificio præsunt Prienses. de hoc in rebus Peloponnesiacis dictum est. Sequitur Neapolis, quondam Ephesiorum, nunc Samiorum qui Marathesium pro ea in permutatione dederunt remotioris cum uiciniore. Pòst Pygela oppidulum, inque eo templum Munychiæ Dianæ, conditum ab Agamemnone, & à parte eorum qui ipsi suberant habitatum. nam quosdam natium dolore correptos, inde Pygalias uocatos fuisse aiunt, qui morbo defatigati ibi manserint, locoque à se id nomen fecerint. Pòst portus Panormus cum templo Ephesiæ Dianæ deinde ipsa urbs Ephesus. In eadem ora paululum supra mare Ortygia est, lucus elegans omnis generis arboribus, plurima tamen cupresso. Per eum Cenchrius labitur fluuius, quo se abluisse à partu Latonam perhibent. Istis enim in locis partum Latonæ ponũt fabulæ, & Ortygiam nutricem, & adytum in quo enixa fuerit, & proximam oleam, in qua primùm soluta doloribus dea acquieuerit. Supra lucum mõs est situs Solmissus: in quo stantes aiunt Curetas armorum sonitu Iunonem riualitatis causa insidiantem absterruerint, & ut occultè pareret Latonæ adiumento fuerint. Cùm autem plura sint ibi templa, antiqua alia, alia recentia: in antiquis uetusta sunt simulacra, in nouis opera praua: Iuno sceptrum tenens, & adstans Ortygia, & utraque manu infantem gestans. Quotannis ibi solennis celebratur festiuitas: & consuetudine quadam adolescentes in splendide adornandis istis conuiuijs operam collocant. Sed & curetum collegium tunc conuiuia agitat, & mystica quædam sacrificia peragit. Vrbem initio habuerunt Cares & Leleges. quorum plerosque cùm eiecisset Androclus, cum ij quos secum adduxerat domicilia posuit circa Athenæum & Hypelæum, occupatis etiam locis ad Corressum

*supra lib. IIX.*

*Latonæ partus.*

*Ephesus.*

sum montibus adiacentibus. Ita habitatum fuit, usque ad Crœsi tempora. Deinde à montanis degresși, circa templum quod nūc est sedes habuerunt usque ad Alexandrum. Lysimachus autem cùm urbem ut hodie exstat muris circumuenisset, & uideret oppidanos non libenter è prioribus sedibus migrare: exspectato præcipiti imbre, ipse eum adiuuit obstructis per quas aqua effluere solebat cloacis: ita ut diluuio urbem infestante non grauatè ciues transirent quò uolebat. Vrbi nomen Arsinoam fecit ab uxore sua: sed uetus obtinuit. Erat ad regendam ciuitatem senatus conscriptus: qui adiūctis quos Adscititios uocabant omnia gubernabant. Templum Dianæ primus architectatus est Chersiphron. alius deinde mai⁹ fecit. Quod cum Herostratus quidam cōbusisset, aliud præstantius exstruxerunt, collato ad hoc mundo muliebri & suis facultatibus, prioribus etiam columnis uenditis. Testantur hoc quę tum facta sunt decreta. quę ignorantem ait Artemidorus Timæum Tauromenitam, hominem alioqui inuidum & calumniatorem, ac cui propterea
4 nomen Epitimij, id est repræhensoris factum sit, scripsisse, id templum eos è depositis Persarum condidisse. Atqui neque ulla tum fuisse deposita: & si qua fuissent, cum templo conflagrasse. cumque post incendium culmine careret, quem nam uoluisse sub diuo depositum suum in templo condere. Porrò Alexandrum promisisse Ephesijs, & factos sumtos se compensaturum, & facturum de suo reliquos, ea lege ut ipsum operi inscriberent: id renuisse Ephesios: qui multo minùs utique uoluissent è sacrilegio & rapto gloriam sibi quærere. Laudatque eum Ephesium, qui Alexandro dixerit, Non esse conueniens ut deus dijs donaria apparet. Templum ait Chæromocratis opus esse, qui etiam Alexandriam condiderit. eundem promisisse Alexandro, uelle se Atho montem ita ad ipsius similitudinem effingere, ut tanquam libans è gnato quodam effunderet in pateram fluuium, qui ex una urbium (.duas enim se facturum, unam ad dextram, alteram ad sinistram montis.) in alteram laberetur. Post templum, reliquorum donariorum multitudinem inuentā esse
* æstimatione artificum. aram uerò totam fermè oppletam esse operibus Praxitelis. Nobis etiam Thrasonis quædam monstrata sunt, cuius est Hecatesium, & fons Penelopes,

σὸν παρωρείας. μέχρι μὲν δὴ τῶν κατὰ Κροῖσον, οὕτως ᾠκεῖτο. ὕστερον δ' ἀπὸ τῆς παρωρείου καταβάντες, περὶ τὸ νῦν ἱερὸν ᾤκησαν μέχρι Ἀλεξάνδρου. Λυσίμαχος δὲ τὴν νῦν πόλιν τειχίσας, ἀηδῶς τῶν ἀνθρώπων μεθισταμένων, τηρήσας καταρράκτην ὄμβρον, συνήργησε καὶ αὐτὸς, καὶ τοὺς ῥινούχους ἐνέφραξεν, ὥστε κατακλύσαι τὴν πόλιν. οἱ δὲ μετέστησαν ἄσμενοι. ἐκάλεσε δ' Ἀρσινόην ἀπὸ τῆς γυναικὸς τὴν πόλιν. ἐπεκράτησε μέντοι τὸ ἀρχαῖον ὄνομα. Ἦν δὲ γερουσία καταγραφομένη. τούτοις δὲ συνῄεσαν οἱ ἐπίκλητοι καλούμενοι, καὶ διῴκουν πάντα. Τὸν δὲ νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος, πρῶτος μὲν Χερσίφρων ἠρχιτεκτόνησεν, εἶτ' ἄλλος ἐποίησε μείζω. ὡς δὲ τοῦτον Ἡρόστρατός τις ἐνέπρησεν, ἄλλον ἀμείνω κατεσκεύασαν, συνενέγκαντες τὸν τῶν γυναικῶν κόσμον, καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας, διαθέμενοι δὲ καὶ τοὺς προτέρους κίονας. τούτων δὲ μαρτύριά ἐστι τὰ γενηθέντα τότε ψηφίσματα. ἅπερ ἀγνοοῦντά φησιν ὁ Ἀρτεμίδωρος τὸν Ταυρομενίτην Τίμαιον, καὶ ἄλλως βάσκανον ὄντα, καὶ συκοφάντην. διὸ καὶ Ἐπιτίμαιον κληθῆναι λέγει, ὡς ἐκ τῶν Περσικῶν παρακαταθηκῶν ἐποιήσαντο τοῦ ἱεροῦ τὴν κατασκευήν. οὔτε δὲ ὑπάρξαι παρακαταθήκας τότε, εἴτε ὑπῆρξαν, συνεμπεπρῆσθαι τῷ ναῷ. μετὰ δὲ τὴν ἔμπρησιν τῆς ὀροφῆς ἠφανισμένης, ἐν ὑπαίθρῳ τῷ σηκῷ, τίνα ἂν ἐθελῆσαι παρακαταθήκην κειμένην ἔχειν. Ἀλέξανδρον δὴ τοῖς Ἐφεσίοις ὑποσχέσθαι τὰ γεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἀναλώματα, ἐφ' ᾧ τε τὴν ἐπιγραφὴν αὐτὸν ἔχειν, τοὺς δὲ μὴ ἐθελῆσαι· πολὺ μᾶλλον οὐκ ἂν ἐθελήσαντας ἐξ ἱεροσυλίας καὶ ἀποστερήσεως φιλοδοξεῖν. ἐπαινεῖ τε τὸν εἰπόντα τῶν Ἐφεσίων πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς οὐ πρέπει θεῷ θεοῖς ἀναθήματα κατασκευάζειν. μετὰ δὲ τὴν τοῦ νεὼ συντέλειαν, ὅν φησιν εἶναι Χειρομοκράτους ἔργον. τοῦ δ' αὐτοῦ καὶ τὴν Ἀλεξανδρείας κτίσιν. τὸν αὐτὸν ὑποσχέσθαι Ἀλεξάνδρῳ τὸν Ἄθω διασκευάσειν αὐτῷ, ὡσανεὶ ἐκ πρόχου τινὸς εἰς φιάλην καταχέοντα σπονδὴν, ποιήσαντα πόλεις, δύο τὴν μὲν ἐκ δεξιῶν τοῦ ὄρους, τὴν δ' ἐν ἀριστερᾷ, ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας εἰς τὴν ἑτέραν ῥέοντα ποταμόν. Μετὰ δ' οὖν τὸν νεὼν, τὸ τῶν ἄλλων ἀναθημάτων πλῆθος εὑρέσθαι τῇ ἐκτιμήσει τῶν δημιουργῶν. τὸν δὲ δὴ βωμὸν εἶναι τῶν Πραξιτέλους ἔργων ἅπαντα σχεδόν τι πλήρη. ἡμῖν δ' ἐδείκνυτο καὶ τῶν Θράσωνός τινα, ὧνπερ τὸ Ἑκατήσιόν ἐστι καὶ ἡ κρήνη Πηνελόπεια,

μητέα, καὶ ἡ πρεσβῦτις ἡ Εὐρύκλεια. ἱερέας δ' εὐνούχους εἶχον, οὓς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντες ἀεί τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προστασίας. καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ. συνιερᾶσθαι δὲ τούτοις ἐχρῆν παρθένους. νυνὶ δὲ τὰ μὲν φυλάττεται τῶν νομίμων, τὰ δ' ἧττον. ἄσυλον δὲ μένει τὸ ἱερὸν καὶ νῦν, καὶ πρότερον. τῆς δ' ἀσυλίας τοὺς ὅρους ἀλλαγῆναι συνέβη πολλάκις. Ἀλεξάνδρου μὲν ἐπὶ στάδιον ἐκτείναντος, Μιθριδάτου δὲ τόξευμα ἀφέντος ἀπὸ τῆς γωνίας τοῦ κεράμου καὶ δόξαντος ὑπερβαλέσθαι μικρὰ τὸ στάδιον. Ἀντωνίου δὲ διπλασιάσαντος τοῦτο, καὶ συμπεριλαβόντος τῇ ἀσυλίᾳ μέρος τι τῆς πόλεως. ἐφάνη δὲ τοῦτο βλαβερόν, καὶ ἐπὶ τοῖς κακούργοις ποιοῦν τὴν πόλιν. ὥστ' ἠκύρωσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ. Ἔχει δ' ἡ πόλις καὶ νεώρια καὶ λιμένα. βραχύστομον δ' ἐποίησαν οἱ ἀρχιτέκτονες, συνεξαπατηθέντες τῷ κελεύσαντι βασιλεῖ. οὗτος δ' ἦν Ἄτταλος ὁ φιλάδελφος. οἰηθεὶς γὰρ οὗτος βαθὺν τὸν εἴσπλουν ὁλκάσι μεγάλαις ἔσεσθαι, καὶ αὐτὸν τὸν λιμένα τεναγώδη ὄντα πρότερον διὰ τὰς ἐκ τοῦ Καΰστρου προχώσεις, ἐὰν παραβληθῇ χῶμα τῷ στόματι, πλατεῖ τελέως ὄντι, ἐκέλευσε γενέσθαι τὸ χῶμα. συνέβη δὲ τοὐναντίον. ἐντὸς γὰρ ἡ χοῦς εἰργομένη, τεναγίζειν μᾶλλον ἐποίησε τὸν λιμένα σύμπαντα μέχρι τοῦ στόματος. πρότερον δ' ἱκανῶς αἱ πλημμυρίδες καὶ ἡ παλίρροια τοῦ πελάγους ἀφῄρει τὴν χοῦν, καὶ ἀνέσπα πρὸς τὸ ἐκτός. ὁ μὲν οὖν λιμὴν τοιοῦτος. ἡ δὲ πόλις τῇ πρὸς τὰ ἄλλα εὐκαιρίᾳ τῶν τόπων, αὔξεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐμπόριον οὖσα μέγιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν τὴν ἐντὸς τοῦ Ταύρου. Ἄνδρες δ' ἀξιόλογοι γεγόνασιν ἐν αὐτῇ. τῶν μὲν παλαιῶν Ἡράκλειτός τε ὁ σκοτεινὸς καλούμενος, καὶ Ἑρμόδωρος. περὶ οὗ ὁ αὐτὸς οὗτος φησίν. Ἄξιον Ἐφεσίοις ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι, οἵτινες Ἑρμόδωρον ἄνδρα ἑωυτῶν ὀνήιστον ἐξέβαλον, πάντες, Ἡμέων μηδὲ εἷς ὀνήιστος ἔστω. εἰ δὲ μή, ἄλλη τε καὶ μετ' ἄλλων. Δοκεῖ δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ νόμους τινὰς Ῥωμαίοις συγγράψαι. Καὶ Ἱππῶναξ δ' ἐστὶν ὁ ποιητὴς ἐξ Ἐφέσου, καὶ Παρράσιος ὁ ζωγράφος καὶ Ἀπελλῆς. Τῶν δὲ νεωτέρων, Ἀλέξανδρος ῥήτωρ ὁ Λύχνος προσαγορευθείς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο, καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν, καὶ ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται, καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ, καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποιήματα. Μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Καΰστρου λίμνη ἐστὶν ἐκ τοῦ πελάγους ἀναχεομένη. καλεῖται δὲ Σελινουσία. καὶ ἐφεξῆς ἄλλη σύρρους

lopes, & anus Euryclea. Sacerdotes habuit templum illud eunuchos, qui Megalobyzi uocabantur, aliunde alios istam ambientes dignitatem, & si mererentur ea ornatos. hi in magno erant honore, & collegas eis esse oportebat uirgines. Hodie istorum institutorum alia seruantur, alia negliguntur. Asyli ius templum habuit & olim & nunc. Sed istius libertatis fines ut sæpius mutarentur usu uenit. Alexander asylo stadium largitus est: Mithridates quantum sagitta ab angulo tecti emissa cōtingeret, quod stadio fuit paulo longius spacium. Antonius id duplicauit, partemq́ue urbis asylo adiecit. Visum fuit hoc damnosum, & maleficis urbem in potestatem hoc pacto dedi. itaque abrogauit Augustus Cæsar. Vrbs & naualia habet, & portum. sed eius os breue fecerunt architecti, unà cum rege iubente decepti. Is fuit Attalus Philadelphus. Opinatus enim cùm putaret profundum aditum nauibus onerarijs fore in ipsum portum, qui uadosus aliâs erat ob aggestam à Caystro limum, si adijceretur agger ori portus omnino lato fieri iussit aggerem. Sed contrarium euenit. Intus enim coarctatus limus, fecit ut uniuersus portus uadosior ad ipsum usque os fieret. cùm antè æstus maris reciprocans limum satis auferret ac forâs euelleret. Talis ergo portus est. Vrbs ipsa ob opportunitatem locorum ad alias res, quotidie augetur, estq́ue emporium Asiæ eorum quæ sunt intra Taurum maximum. Viri in ea memorabiles nati sunt, antiquis temporibus Heracletus qui Scotenus, id est tenebricosus fuit ob obscuritatem sermonis cognominatus. & Metrodorus, de quo sic Heracletus: Digni sunt Ephesij qui ad puerum usq; omnes strangulentur, quod Hermodorum uirum inter ipsos frugi eiecerunt, addito, Nemo nostrum frugi esto, aut alibi id esto & inter alios. Is Hermodorus uidetur quasdā leges Romanis scripsisse. Hipponax etiam poëta Ephesius fuit: & Parrhasius atque Apelles pictores. De recentioribus Alexander fuit orator, cognomento Lychnus. is & remp. gesit, & historiam conscripsit. ac uersus reliquit de rerū cœlestium, ac orbis terrestris partium descriptione, editis de singulis earum poëmatibus. Secundum Caystri ostia lacus est à mari effusus, nomine à Luna deducto Selenusia: aliaq́ue deinceps

in hanc influens. amplos eæ habent reditus: easq́ deæ consecratas cùm suas fecissent reges, Romani restituerunt. publicani autem ui rursum ad se uectigalia rapuerunt. Artemidorus uerò missus (. ut ipse narrat.) legatus, cùm lacus deæ recuperauit, tum Heracleotidem desciscentem Romæ dicta causa euicit Ephesiorum esse. pro quibus meritis ei ciuitas auream in templo posuit statuam. in cauissima lacus parte fanum est regis, dedicatum (. ut aiũt.) ab Agamemnone. Sequitur Gallesius mons, & Colophon urbs Ionica, anteq́ hãc Clarij Apollinis lucus, in quo antiquitus oraculum fuit. Memoriæ prodi-

Colophon.

5 tum est Calchantem cũ 5 Amphilocho Amphiarai F. à Troia pedestri itinere eò uenisse. cumq́ apud Clarum in se meliorem uatem incidisset Mopsum Mantûs F, quæ Tyresiæ fuit filia, præ mœrore uita excessisse. Hesiodus fabulam sic refert. Mopso Calchantem hanc proposuisse.

Dic mihi (. nam nostram tenet admiratio mẽtem.)
Quot numero grossos parua hæc habeat caprificus.

respondisse autem Mopsum.

Mille tibi decios numerus, mensura medimnus:
Vnus adhuc superat, quem non comprehendere possis.
Dixit. Calchantem subitò mors occupat atra.

Pherecydes ait à Calchante porcam grauidam fuisse propositam, & de fetus numero quæstionem. Mopsum respondisse, Tres catulos, & de his unam femellam. idq́ue re comprobante, ęgritudine animi exstinctum fuisse Calchantem. Alij Calchantem de sue, de caprifico Mopsum quæsiuisse: & hunc uerum respondisse, illum non, ideoq́ mœrore exanimatum perijsse. quòd oraculo fuerit prædictum. Oraculum id Sophocles in Repetitione Helenæ commemorat: in fatis Calchãti fuisse ut moreretur ubi in se meliorem uatem incidisset. idem hanc concertationem & mortem Calchantis in Ciliciam transfert. Atque prisca quidem talia sunt. Quondam & nauticas copias memorabiles habuerunt, & equitatum quo ita alijs præstabant: ut ubi cunq́ bellum aliquod ambiguum esset, Colophonio equitatu superueniẽte id dirimeretur.

σύνεγγυς αὐτῇ μεγάλας ἐχούσας προσόδους, ἃς οἱ βασιλεῖς μὲν ἱερὰς οὔσας, ἀφείλοντο τὴν θεόν· Ῥωμαῖοι δ' ἀπέδοσαν. πάλιν δ' οἱ δημοσιῶναι βιασάμενοι εἰς ἑαυτοὺς τὰ τέλη. πρεσβεύσας δὲ ὁ Ἀρτεμίδωρος ὥς φησι, τάς τε λίμνας ἀπέλαβε τῇ θεῷ, καὶ τὴν Ἡρακλεώτιν ἀφισταμένην ἐξενίκησε κριθεὶς ἐν Ῥώμῃ. ἀντὶ δὲ τούτων εἰκόνα χρυσῆν ἀνέστησεν ἡ πόλις ἐν τῷ ἱερῷ. Τῆς δὲ λίμνης ἐν τῷ κοιλοτάτῳ βασιλέως ἐστὶν ἱερόν. φασὶ δ' Ἀγαμέμνονος ἵδρυμα. Εἶτα τὸ Γαλλήσιον ὄρος, καὶ ἡ Κολοφὼν πόλις ἰωνική, καὶ τὸ πρὸ αὐτῆς ἄλσος τοῦ Κλαρίου Ἀπόλλωνος, ἐν ᾧ καὶ μαντεῖον ἦν ποτε παλαιόν. Λέγεται δὲ Κάλχας ὁ μάντις μετ' Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὴν ἐκ Τροίας ἐπάνοδον πεζῇ δεῦρο ἀφικέσθαι. περιτυχὼν δ' ἑαυτοῦ κρείττονι μάντει κατὰ τὴν Κλάρον Μόψῳ τῷ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου θυγατρός, διὰ λύπην ἀποθανεῖν. Ἡσίοδος μὲν οὖν οὕτω πως διασκευάζει τὸν μῦθον. προτεῖναι γάρ τι τοιοῦτο τῷ Μόψῳ τὸν Κάλχαντα·

Θαῦμά μ' ἔχει κατὰ θυμὸν ἐρινεὸς ὅσσους ὀλίνθους,
Οὗτος ἔχει μικρός περ ἐών, εἴποις ἂν ἀριθμόν.

τὸν δ' ἀποκρίνασθαι.

Μύριοί εἰσιν ἀριθμόν, ἀτὰρ μέτρον γε μέδιμνος,
Εἷς δὲ περισσεύει, τὸν ἐπελθέμεν οὐκ ἐδύναιο.
Ὣς φάτο. καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρου.
Καὶ τότε δὴ Κάλχανθ' ὕπνος θανάτοιο κάλυψε.

Φερεκύδης δέ φησιν ὗν προβαλεῖν ἔγκυον τὸν Κάλχαντα, καὶ ἐρωτῆσαι πόσους ἔχει χοίρους. τὸν δὲ εἰπεῖν, ὅτι τρεῖς, ὧν ἕνα θήλειαν. ἀληθεύσαντος δ' ἀποθανεῖν ὑπὸ λύπης. οἱ δὲ τὸν μὲν Κάλχαντα προβαλεῖν τὴν ὗν φασι, τὸν δὲ ἐρινεόν. καὶ τὸν μὲν εἰπεῖν τ' ἀληθές, τὸν δὲ μή. ἀποθανεῖν δὲ ὑπὸ λύπης καὶ κατά τι λόγιον. λέγει δ' αὐτὸ Σοφοκλῆς ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει, ὡς εἱμαρμένον εἴη ἀποθανεῖν, ὅταν κρείττονι ἑαυτοῦ μάντει περιτύχῃ. οὗτος δὲ καὶ εἰς Κιλικίαν μεταφέρει τὴν ἔριν, καὶ τὸν θάνατον τοῦ Κάλχαντος. τὰ μὲν παλαιὰ τοιαῦτα. Ἐκτήσαντο δέ ποτε καὶ ναυτικὴν ἀξιόλογον δύναμιν Κολοφώνιοι καὶ ἱππικήν, ἐν ᾗ τοσοῦτον διέφερον τῶν ἄλλων, ὥσθ' ὅπου ποτὲ ἐν τοῖς δυσκαταλύτοις πολέμοις τὸ ἱππικὸν τῶν Κολοφωνίων ἐπικουρήσειε, λύεσθαι τὸν πόλεμον. ἀφ'

μον. ἀφ' οὗ καὶ τὴν παροιμίαν ἐκδοθῆναι τὴν λέγουσαν, τὸν Κολοφῶνα ἐπέθηκεν, ὅταν τέλος ἐπιτεθῇ βέβαιον τῷ πράγματι. Ἄνδρες δ' ἐγένοντο Κολοφώνιοι τῶν μνημονευομένων, Μίμνερμος αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγείας. καὶ Ξενοφάνης, ὁ φυσικός, ὁ τοὺς σίλλους ποιήσας διὰ ποιημάτων. λέγει δὲ Πίνδαρος, καὶ Πολύμναστόν τινα τῶν περὶ τὴν μουσικὴν ἐλλογίμων· φθέγμα μὲν πάγκοινον ἔγνωκας Πολυμνάστου Κολοφωνίου ἀνδρός. καὶ Ὅμηρον δέ τινες ἐντεῦθεν φασιν. Εὐθυπλοία μὲν οὖν ἑβδομήκοντα στάδιοι εἰσὶν ἐξ Ἐφέσου, ἐγκολπίζοντι δὲ ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. Μετὰ δὲ Κολοφῶνα ὄρος Κοράκιον, καὶ νησίον ἱερὸν Ἀρτέμιδος, εἰς ὃ διανηχομένας τίκτειν τὰς ἐλάφους πεπιστεύκασιν. Εἶτα Λέβεδος διέχουσα Κολοφῶνος ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίους. ἐνταῦθα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν, ἡ σύνοδος καὶ κατοικία τῶν ἐν Ἰωνίᾳ μέχρι Ἑλλησπόντου, ἐν ᾗ πανηγύρεις τε καὶ ἀγῶνες κατ' ἔτος συντελοῦνται τῷ Διονύσῳ. Ἐν Τέῳ δὲ ᾤκουν πρότερον τῇ ἐφεξῆς πόλει τῶν Ἰώνων. ἐμπεσούσης δὲ στάσεως, εἰς Ἔφεσον κατέφυγον. Ἀττάλου δ' εἰς Μυόννησον αὐτοὺς καταστήσαντος μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου, πρεσβεύονται Τήιοι, δεόμενοι Ῥωμαίων μὴ περιιδεῖν ἐπιτειχιζομένην σφίσι τὴν Μυόννησον. οἱ δὲ μετέστησαν εἰς Λέβεδον, δεξαμένων τῶν Λεβεδίων ἀσμένως διὰ τὴν κατέχουσαν αὐτοὺς ὀλιγανδρίαν. Καὶ Τέως δὲ Λεβέδου διέχει ἑκατὸν εἴκοσι στάδια. Μεταξὺ δὲ νῆσος Ἀσπίς, οἱ δ' Ἀρκόννησος καλοῦσιν. καὶ ἡ Μυόννησος δ' ἐφ' ὕψους χερρονησίζοντος κατοικεῖται. Καὶ ἡ Τέως δὲ ἐπὶ χερρονήσῳ ἵδρυται, λιμένα ἔχουσα. ἐνθένδ' ἐστὶν Ἀνακρέων ὁ μελοποιός, ἐφ' οὗ Τήιοι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες, εἰς Ἄβδηρα ἀπῴκησαν Θρακίαν πόλιν, οὐ φέροντες τὴν τῶν Περσῶν ὕβριν. ἀφ' οὗ καὶ τοῦτ' εἴρηται· Ἄβδηρα καλὴ Τηίων ἀποικία. πάλιν δ' ἐπανῆλθόν τινες αὐτῶν χρόνῳ ὕστερον. εἴρηται δὲ καὶ περὶ Ἀπελλικῶνος ὅτι Τήιος ἦν κἀκεῖνος. γέγονε δὲ καὶ συγγραφεὺς Ἑκαταῖος ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως. ἔστι καὶ ἄλλος λιμὴν ὁ πρόσβορος, ἀπὸ τριάκοντα σταδίων τῆς πόλεως, Χερραΐδαι. εἶτα Χαλκιδεῖς, ὁ τῆς Χερρονήσου ἰσθμὸς τῆς Τηίων καὶ Ἐρυθραίων. ἐντὸς μὲν οὖν τοῦ ἰσθμοῦ οἰκοῦσιν οὗτοι. ἐπ' αὐτῷ δὲ τῷ ἰσθμῷ Τήιοι καὶ Κλαζομένιοι. τὸ μὲν γὰρ νότιον τοῦ ἰσθμοῦ πλευρὸν ἔχουσι Τήιοι, τοὺς Χαλκιδέας· τὸ δὲ πρόσβορον Κλαζομένιοι, καθὸ συνάπτουσι τῇ Ἐρυθραίᾳ. κεῖται δ' ὑπόκρημνος ὁ τόπος ἐπὶ τῇ

retur. unde etiam ortum ferunt adagium, Colophonem imposuit: quando res stabili fine aliqua absoluitur. Colophonij uiri, quorum memoria uiuit, fuerunt Mimnermus tibicen iuxtà & elegiæ scriptor: Xenophanes physicus, qui sillos mordax poëma scripsit. Pindarus etiam Polymnastum quendam refert musica arte clarum.

Commune dictum Polymnasti audiuisti uiri Colophonij.

Quidam Homerum quoque natum Colophone autumant. Ab Epheso Colophonem rectà nauiganti iter est LXX stadiorum: sinus intranti CXX. Post Colophonem mons Coracius sequitur, & parua insula Dianę sacra: in quam transnatare cernas ut pariant ibi aiunt. Deinde Lebedus, à Colophone distans stadia CXX. Ibi scenicorum artificum conuentus & domiciliũ est qui in Ionia sunt ad Hellespontum usque. ibiq; solennis conuentus, & annua certamina in honorẽ Bacchi agitantur. Teos proxima deinceps Ioniæ urbs antè eorum fuerat sedes. Sed cum incidisset seditio, Ephesum confugerunt. cumq; Attalus eos in Myonnesum traduxisset, quę est inter Teon & Lebedum: missis legatis Teij à Romanis petiuerunt, ne contra se ij paterentur muniri Myonnesum. ita illi Lebedum commigrauerunt, Lebedijs ob hominum penuriam qua tum premebantur eos perlibenter recipientibus. Teos à Lebedo distat stadia CXX. In medio est insula Aspis, alijs
6 Arconnesus dicta * tum Myonnesus 6
in excelso loco peninsulam referente habitatur. Teos quoque sita est in peninsula, & portum habet, patria Anacreontis lyrici poëtæ. cuius ætate Teij urbe relicta Abderam migrauerunt Thraciæ urbem, non tolerantes Persarum contumelias. unde & hoc dictum manauit,

Abdera pulcra Teiorum colonia.

Inferioribus tamẽ temporibus quidam in patriam rediuerunt. De Apellicone Teio dictum est suprà. Teius fuit etiam Hecatæus historiæ scriptor. Est & alijs portus septentrioni obuersus, Cherræidæ. deinde Chalcidenses peninsulæ isthmus Teiorum & Erythræorum. Hi intra isthmum habitant. in ipso autem isthmo Teij & Clazomenij. nam australem latus isthmi & Chalcidenses occupauerunt Teij, septentrionale Clazomenij, quâ Erythreos attingunt. Locus est nonnihil pre-

*Lebedus.* *Teos.* *Clazomenæ.* *Erythræ.*

ξάνδρειαν, μεγάλων ἀνδρῶν καθάπερ καὶ τῶν ἐκεῖ συνῳκισμένων. πρόκεινται δὲ καὶ λίμναι τῆς πόλεως ἐκ τῶν βασιλείων, ἃ νῦν μὲν κατέσπασται, καὶ ἔστιν ἔρημα. ἵδρυται δ' ἐφ' ὕψους καθήκοντα μέχρι τοῦ κάτω τῆς πόλεως ἐδάφους. συνάπτει δ' ἄλσος αὐτῷ καὶ λίμνη. Τετταράκοντα δ' ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους προελθόντι, ὀρεινή τις ὀφρύς ἐστιν, ἐφ' ᾗ πολλαὶ μὲν Πυραμίδες εἰσὶ τάφοι τῶν βασιλέων. τρεῖς δ' ἀξιόλογοι, τὰς δὲ δύο τούτων καὶ ἐν τοῖς ἑπτὰ θεάμασι καταριθμοῦνται. εἰσὶ γὰρ σταδιαῖαι τὸ ὕψος, τετράγωνοι τῷ σχήματι, τῆς πλευρᾶς ἑκάστης μικρῷ μεῖζον τὸ ὕψος ἔχουσαι. μικρῷ δὲ καὶ ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας ἐστὶ μείζων. ἔχει δ' ἐν ὕψει μέσως πως τῶν πλευρῶν λίθον ἐξαιρέσιμον. ἀρθέντος δὲ σύριγξ ἐστὶ σκολιὰ μέχρι τῆς θήκης. αὗται μὲν οὖν ἐγγὺς ἀλλήλων εἰσὶ τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ. ἀπωτέρω δ' ἐστὶν ἐν ὕψει μείζων τῆς ὀρεινῆς ἡ τρίτη πολὺ ἐλάττων τοῖν δυοῖν, πολὺ δὲ μείζονος δαπάνης κατεσκευασμένη. ἀπὸ γὰρ θεμελίων μέχρι μέσου σχεδόν τι, μέλανος λίθου ἐστίν. ἐξ οὗ καὶ τὰς θυίας κατασκευάζουσι κομίζοντες πόρρωθεν, ἀπὸ τῶν τῆς Αἰθιοπίας ὀρῶν. καὶ τῷ σκληρὸς εἶναι καὶ δυσκατέργαστος, πολυτελῆ τὴν πραγματείαν παρέσχε. λέγεται δὲ τῆς ἑταίρας τάφος γεγονὼς ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, ἣν Σαπφὼ μὲν ἡ τῶν μελῶν ποιήτρια, καλεῖ Δορίχαν ἐρωμένην τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Χαράξου γεγονυῖαν, οἶνον κατάγοντος εἰς Ναύκρατιν Λέσβιον κατ' ἐμπορίαν. ἄλλοι δ' ὀνομάζουσι Ῥοδώπην. μυθεύουσι δ' ὅτι λουομένης αὐτῆς, ἓν τῶν ὑποδημάτων αὐτῆς ἁρπάσας ἀετὸς παρὰ τῆς θεραπαίνης, κομίσειεν εἰς Μέμφιν· καὶ τοῦ βασιλέως δικαιοδοτοῦντος, ὑπαίθριος γενόμενος, κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ ῥίψειε τὸ ὑπόδημα εἰς τὸν κόλπον. ὁ δὲ καὶ τῷ ῥυθμῷ τοῦ ὑποδήματος, καὶ τῷ παραδόξῳ κινηθεὶς, περιπέμψειεν εἰς τὴν χώραν κατὰ ζήτησιν τῆς φορούσης ἀνθρώπου τοῦτο· ἐν πόλει δὲ εὑρεθεῖσα τῶν Ναυκρατιτῶν ἀναχθείη καὶ γένοιτο γυνὴ τοῦ βασιλέως· τελευτησάσῃ δὲ τοῦ λεχθέντος τύχοι τάφου. Ἓν δέ τι τῶν ὁραθέντων ὑφ' ἡμῶν ἐν ταῖς Πυραμίσι παραδόξων οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν. Ἐκ γὰρ τῆς λατύπης σωροί τινες πρὸ τῶν Πυραμίδων κεῖνται. ἐν τούτοις δ' εὑρίσκεται ψήγματα καὶ τύπῳ καὶ μεγέθει φακοειδῆ. ἐνίοις δὲ, καὶ ὡς ἂν πτίσμα οἷον ἡμιλεπίστων ὑποτρέχει. φασὶ δ' ἀπολιθωθῆναι λείψανα τῆς τῶν ἐργαζομένων τροφῆς. οὐκ ἀπέοικε. καὶ γὰρ οἴκοι παρ' ἡμῖν, λόφος τίς ἐστιν ἐν πεδίῳ παραμήκης. οὗτος δ' ἐστὶ μεστὸς ψήφου φακοειδῶν λίθου πο-

xandream, hominibus conuenis referta. Extant lacus in fronte urbis, & regiarum, quæ nunc dirutæ sunt & desertæ: sitæ olim in loco edito, & usque ad inferiorem urbis partem descendentes, ubi lacus & lucus adiunguntur. Quadraginta stadijs ab urbe est mõtanum quoddam supercilium, in quo stant multæ Pyramides, regum sepulturæ. Earum tres memorabiles sunt: duæ inter septem orbis spectacula adnumerantur. Singulæ altitudine stadij, figura quadrata, altitudinem habentes paulo maiorem quolibet latere, & mole se paululum excedentes. In media ferè laterum altitudine, lapis exemtilis est: eoque sublata obliqua fistula usque ad loculum. Atque eæ inter se proximæ in eodem sunt plano. Vlterius in maiore montis altitudine est tertia multo primis duabus minor, maiore tamen impensa structa. Nam ab ipsis ferè fundamentis usque ad medium constat ex nigro lapide, ex quo mortaria faciunt, ab extremis Aethiopię montibus delato: qui cum & durus sit, & operatu difficilis, reddidit opus sumtuosum. Hæc dicitur meretricis sepultura, ab amantibus effecta. Hãc mulierem Sappho poëtria Doricham uocat, & fratris sui Charaxi amicam, cum is Lesbium uinũ negotiator Naucratim portaret. Alij eam Rhodopem nominant, atque fabulam quandam narrant. ea dum lauaretur, aquilam alterum è calceis è manu ancillæ correptum, Memphim deportasse: & in sublime supra regis uerticem iura dantis euolantem, calceum in huius gremium demisisse: regem calcei concinnitate & rei nouitate permotum, per totam regionem dimisisse ad inquirẽdam eam, quæ huiusmodi calceum gestaret: eam in urbe Naucraticarum inuentam, atque adductam, regis uxorem factam, & post mortem hac sepultura adfectam fuisse. Sed unum de miris rebus à nobis in Pyramidibus uisum, haudquaquam prætereundum est. Acerui quidam lapidũ frustulis dolando detritis, ante Pyramides iacent, in his lapilli & forma, & magnitudine lentis inueniuntur, quidam ut hordei grana, quę semidecorticata eminent. narrant reliquias ciborum qui operarijs dati fuerãt, in lapidem induruisse. quòd quidem satis uidetur uerisimile. Nam & apud nos collis quidam est oblongus, in campo situs, qui tofi calculis in modum lentis plenus est.

Pyramides.

* Maritimi quoque & fluuiales calculi eãdem ferè ambiguitatem præstãt, sed ij propter motum, qui in aqua fit, lentorem seu mucorem aliquem habent. isthic indagatio ueri est dif- * ficilior. Alibi docuimus, ⁎ circa loca, ubi lapides effodiũtur, ex queis Pyramides factę sunt, mons quidam est nomine Troicus satis petrosus, & speluncæ sub eo, & pagus his ac flumini proximus nominè Troia, antiqua Troianorum habitatio, eorum qui captiui Menelaum secuti sunt & ibi consederũt. Pòst Memphim est Acanthus ciuitas Libycæ persimilis. ibidem Osiridis templum, & Acanthæ Thebaicæ lucus unde gummi habetur. postea est Aphroditopolitanæ præfectura & ciuitas eodem nomine in Arabia, in qua bos alba sacra alitur. Sequitur Heracleotica præfectura in insula magna, iuxta quam ad dextram in Libycam, aut Arsinoiticã pręfecturam fossa est, quæ & duo ora habet, cùm pars quædam insulæ intercidat. Hæc præfectura cæteras omnes, & adspectu, & uirtute, & apparatũ antecellit. Sola enim oleas perfectas & fructiferas arbores profert, ac si quis bene colligat oleum etiam optimum fit: negligentes autem rem, multum quidem efficiũt, sed pessimi odoris. At Aegyptus reliqua oleo caret, exceptis hortis, qui circa Alexandriam
11 sunt: 11 qui oleas quidem ferre possunt, oleum uerò non suppeditant. At uini non parum fert, frumentum quoque, legumina, & alia semina omnis generis. Habet etiam lacum admirabilem, Mœridis appellatum, pelagi magnitudine, & maximo colore, cuius etiam ripas uidere est maris litoribus persimiles, ut idem de hoc loco atque ijs qui sunt circa Ammonẽ existimari possit. Etenim haud sanè multo à se inuicem distant, atque ambo à Parœtonio, &, ut ex multis deprǽhendi argumentis potest, templum illud prius in litore stabat, atque hæc loca prius maritima erãt. Inferiorem uerò Aegyptum, & quæ usque ad Serboniticum lacum tẽdunt, pelagus obtinebat, coniunctum fortasse cum mari Rubro, quod Heroum urbi & Elanitico recessui proximum est. Sed de his in primo geographiæ uolumine pluribus dictũ est. Nunc paucis admonentes naturę simul atque prouidentiæ opus una consideratione perpendemus. Naturæ, quia rebus omnium ad id

*Aquæ & terræ ouus ac mutationes.*

ῥέας, καὶ αἱ θαλάττιαι δὲ, καὶ αἱ ποτάμιαι ψῆφοι, σχεδόν τι τὴν αὐτὴν ἀπορίαν ὑπογράφουσιν. ἀλλ' αὗται μὲν ἐν τῇ κινήσει τῇ διὰ τοῦ ῥεύματος εὑρεσιλογίαν τινὰ ἔχουσιν, ἐκεῖ δ' ἀπορωτέρα ἡ σκέψις. εἴρηται δ' ἐν ἄλλοις καὶ διότι περὶ τὰ μέταλλα τῶν λίθων, ἐξ ὧν αἱ Πυραμίδες γεγόνασιν, ἐν ὄψει ταῖς Πυραμίσιν ὂν πέραν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, Τρωικόν τι καλεῖται πετρῶδες ἱκανῶς ὄρος καὶ σπήλαια ὑπ' αὐτῷ, καὶ κώμη πλησίον καὶ τούτοις καὶ τῷ ποταμῷ, Τροία καλουμένη, κατοικία παλαιὰ τῶν Μενελάῳ συγκατακολουθησάντων αἰχμαλώτων Τρώων, καταμεινάντων δ' αὐτόθι. Μετὰ δὲ Μέμφιν Ἄκανθος πόλις ὁμοίως ἐν τῇ Λιβύῃ καὶ τὸ τοῦ Ὀσίριδος ἱερόν, καὶ τὸ τῆς Ἀκάνθης ἄλσος τῆς Θηβαϊκῆς, ἐξ ἧς τὸ κόμμι. Εἶθ' ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νομός, καὶ ἡ ὁμώνυμος πόλις ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗ λευκὴ βοῦς ἱερὰ τρέφεται. Εἶθ' ὁ Ἡρακλεώτης νομὸς ἐν νήσῳ μεγάλῃ, καθ' ἣν ἡ διῶρυξ ἐστὶν ἐν δεξιᾷ εἰς τὴν Λιβύην παρὰ τὸν Ἀρσινοΐτην νομόν, ὥστε καὶ δίστομον εἶναι τὴν διώρυγα, μεταξὺ μέρους τινὸς τῆς νήσου παρεμπίπτοντος. Ἔστι δ' ὁ νομὸς οὗτος ἀξιολογώτατος τῶν ἁπάντων κατά τε τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν κατασκευήν. ἐλαιόφυτός τε γὰρ μόνος ἐστὶ μεγάλοις καὶ τελείοις δένδρεσι καὶ καλλικάρποις. εἰ δὲ συγκομίζοι καλῶς τις, καὶ εὔελαιος. ὀλιγωροῦντες δὲ τούτου, πολὺ μὲν ποιοῦσιν ἔλαιον, μοχθηρὸν δὲ κατὰ τὴν ὀσμήν. Ἡ δ' ἄλλη Αἴγυπτος ἀνέλαιός ἐστι πλὴν τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν κήπων, οἳ μέχρι τοῦ ἐλαίου χορηγεῖν ἱκανοί εἰσιν, ἔλαιον δ' οὐχ ὑπουργοῦσιν. οἶνον δὲ οὐκ ὀλίγον ἐκφέρει. σῖτόν τε καὶ ὄσπρια καὶ τἆλλα σπέρματα πάμπολλα. Θαυμαστὴν δὲ καὶ τὴν λίμνην ἔχει τὴν Μοίριδος καλουμένην πελαγίαν τῷ μεγέθει καὶ τῇ χρόᾳ θαλαττοειδῆ, καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς δὲ ἔστιν ὁρᾶν ἐοικότας τοῖς θαλαττίοις· ὡς ὑπονοεῖν τὰ αὐτὰ περὶ τῶν κατὰ Ἄμμωνα τόπων καὶ τούτων. Καὶ γὰρ οὐδὲ πάμπολυ ἀφεστᾶσιν ἀλλήλων καὶ τοῦ Παραιτονίου, μὴ ὥσπερ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο εἰκάζειν ἐστὶ πρότερον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρῦσθαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν τεκμηρίων. καὶ ταῦθ' ὁμοίως τὰ χωρία πρότερον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ὑπῆρχεν. Ἡ δὲ κάτω Αἴγυπτος καὶ τὰ μέχρι τῆς λίμνης τῆς Σερβωνίτιδος, πέλαγος ἦν, σύρρουν τυχὸν ἴσως τῇ Ἐρυθρᾷ τῇ κατὰ Ἡρώων πόλιν καὶ τὸν Ἐλανίτην μυχόν. Εἴρηται δὲ περὶ τούτων διὰ πλειόνων ἐν τῷ πρώτῳ ὑπομνήματι τῆς γεωγραφίας, καὶ νῦν δ' ὡδὶ βραχὺ ὑπομνηστέον, τὸ τῆς φύσεως ἅμα καὶ τὸ τῆς προνοίας ἔργον εἰς ἓν συμφέροντας. Τὸ μὲν τῆς φύσεως, ὅτι τῶν πάντων εἰς ἓν συννευόν-

οὐκ ἀνθρωπόμορφον, ἀλλὰ τῶν ἀλόγων ζώων τινός. τοῦ δὲ προνάου παρ' ἑκάτερον πρόκειται τὰ λεγόμενα πτερά. ἔστι δὲ ταῦτα ἰσοϋψῆ τῷ ναῷ τείχη δύο, κατ' ἀρχὰς μὲν ἀφεστῶτα ἀπ' ἀλλήλων μικρὸν πλέον, ἢ τὸ πλάτος ἐστὶ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεώ. ἔπειτ' εἰς τὸ πρόσθεν προϊόντι, κατεπινευούσας γραμμὰς μέχρι πηχῶν πεντήκοντα, ἢ ἑξήκοντα. ἀνακλυφὰς δ' ἔχουσιν οἱ τοῖχοι οὗτοι μεγάλων εἰδώλων, τοῖς Τυῤῥηνικοῖς, καὶ τοῖς ἀρχαίοις σφόδρα τῶν παρὰ τοῖς Ἕλλησι δημιουργημάτων. Ἔστι δέ τις καὶ πολύστυλος οἶκος καθάπερ ἐν Μέμφει, βαρβαρικὴν ἔχων τὴν κατασκευήν. πλὴν γὰρ τοῦ μεγάλων εἶναι, καὶ πολλῶν, καὶ πολυστίχων τῶν στύλων, οὐδὲν ἔχει χάριεν, οὐδὲ γραφικόν, ἀλλὰ ματαιοπονίαν ἐμφαίνει μᾶλλον. Ἐν δὲ τῇ Ἡλιουπόλει, καὶ οἴκους εἴδομεν μεγάλους, ἐν οἷς διέτριβον οἱ ἱερεῖς· μάλιστα γὰρ δὴ ταύτην κατοικίαν ἱερέων γεγονέναι φασὶ τὸ παλαιόν, φιλοσόφων ἀνδρῶν, καὶ ἀστρονομικῶν. ἐκλέλοιπε δὲ καὶ τοῦτο νυνὶ τὸ σύστημα, καὶ ἡ ἄσκησις. Ἐκεῖ μὲν οὖν οὐδεὶς ἡμῖν ἐδείκνυτο τῆς τοιαύτης ἀσκήσεως προεστώς, ἀλλ' οἱ ἱεροποιοὶ μόνον, καὶ ἐξηγηταὶ τοῖς ξένοις τῶν περὶ τὰ ἱερά. Παρηκολούθει δέ τις ἐξ Ἀλεξανδρείας ἀναπλέοντι εἰς τὴν Αἴγυπτον Αἰλίῳ Γάλλῳ τῷ ἡγεμόνι Χαιρήμων τοὔνομα, προσποιούμενος τοιαύτην τινὰ ἐπιστήμην· γελώμενος δὲ τὸ πλέον, ὡς ἀλαζών, καὶ ἰδιώτης. ἐκεῖ δ' οὖν ἐδείκνυντο οἵ τε τῶν ἱερέων οἶκοι, καὶ Πλάτωνος, καὶ Εὐδόξου διατριβαί. Συνανέβη γὰρ δὴ τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος δεῦρο, καὶ συνδιέτριψαν ἱερεῦσιν ἐκεῖνοι ἐνταῦθα τρισκαίδεκα ἔτη, ὡς εἴρηταί τισι. περιττοὺς γὰρ ὄντας κατὰ τὴν ἐπιστήμην τῶν οὐρανίων, μυστικοὺς δὲ καὶ δυσμεταδότους τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς θεραπείαις ἐξελιπάρησαν, ὥστε τινὰ τῶν θεωρημάτων ἱστορῆσαι. τὰ πολλὰ δὲ ἀπεκρύψαντο οἱ βάρβαροι. οὗτοι δὲ τὰ ἐπιτρέχοντα τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς μόρια ταῖς τριακοσίαις ἑξηκονταπέντε ἡμέραις εἰς τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου παρέδοσαν. ἀλλ' ἠγνοεῖτο τέως ὁ ἐνιαυτὸς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ ἄλλα πλείω, ἕως οἱ νεώτεροι ἀστρολόγοι παρέλαβον παρὰ τῶν μεθερμηνευσάντων εἰς τὸ Ἑλληνικὸν τὰ τῶν ἱερέων ὑπομνήματα. καὶ ἔτι νῦν παραλαμβάνουσι τὰ ἀπ' ἐκείνων, ὁμοίως καὶ τὰ τῶν Χαλδαίων. Ἐντεῦθεν δὴ ὁ Νεῖλός ἐστιν ὁ ὑπὲρ τοῦ Δέλτα. τούτου δὴ τὰ μὲν δεξιὰ καλοῦσι Λιβύην, ἀναπλέοντι. ὥσπερ καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὴν Μαρεῶτιν. τὰ δ' ἐν ἀριστερᾷ

non ad hominis formam, sed bestiæ alicuius effictum. Ex utraque parte atrij proiectæ sunt quæ pinnæ appellãtur, sunt autem duo muri, æquè alti atque templum, in initio inter se distãtes paulò plus, quàm est latitudo crepidinis templi, postea prorsum procedũt ad inclinantes inuicem lineas, usque ad L aut LX cubitos. Hi parietes ingentium simulacrorum sculpturas habent, Etruscis & antiquis Græciæ operibus persimilium. Extat etiam ædes quædam multis columnis structa, sicuti Memphi, Barbarica fabrica, nam præterquam quòd columnæ multæ sunt, & ingentes, & multiplici ordine constitutæ, nihil pictum aut elegans habet, sed potiùs inanem quendam laborem arguit. Heliopoli domos amplas uidimus, in quibus sacerdotes habitabant. Hanc enim perhibent olim sacerdotum habitationem fuisse, hominum philosophiæ & astromomiæ deditorum. nunc is ordo ac studium defecit, nec quisquam nobis tali exercitatione præfectus ostẽdebatur, sed homines tantùm qui sacrificia curarent, atque ritus eos peregrinis commonstrarent. Comitatus quidem est Aelium Gallum ducẽ ex Alexandria nauigantem in Aegyptum, quidam nomine Chæremon, qui eiusmodi scientiam profitebatur: sed ob ignorationem, & arrogantiam ferè plurimum deridebatur. Ostendebãtur ergo ibi sacerdotum ædes ac domicilia in quibus Eudoxus & Plato egerant. Etenim Eudoxus cum Platone eò profectus est: & ambo cum sacerdotibus annos tredecim sunt uersati, ut nonnulli tradiderũt. Isti sacerdotes cùm rerum cœlestium scientia præstarent, cæterum arcanam eam seruarent, neque cum quoquam communicare uellent: tamen & tempore & obsequio deuicti, nonnulla præcepta enarrauerunt, cùm plurima interim Barbari occultarent. Ii excurrẽtes diei ac noctis particulas supra CCCLXV dies ad anni complemẽtum, tradiderũt. Ignorabatur annus eo tempore apud Græcos, quemadmodum & alia permulta: donec iuniores astrologi ab ijs ea acceperunt, qui sacerdotum monumenta in Græcã linguam transtulerunt, & adhuc tum ab illis, tum à Chaldæis accipiunt. Hinc iam Nilus supra Delta est, cuius dextra ubi sursum nauigatur, Libyam uocant inque his ea quæ Alexandriæ & Mareotidi proxima sunt: sinistra uerò

Arabiam. Ergo Heliopolitis præfectura in Arabia censebitur. In Libya uerò Cercesura urbs est, iuxta Eudoxi cerulas sita. Etenim ante Heliopolim specula quędā ostēdit, quemadmodum & ante Cnidum: de quibus ille cœlestium corporū motus obseruabat. Præfectura hæc Litopolitana nominatur. Vlterius sursum nauiganti est Babylon castellum natura munitum, à Babylonijs quibusdam conditum: qui huc secedentes, eo in loco habitationem à regibus impetrarunt. Nunc in ea collocata est una ex trib. legionibus, quæ Aegyptum custodiunt. Ab hoc loco usque ad Nilū, iugū quoddā descēdit, per quod custodiūt aqua rotis, & cochleis à flumine trahitur, CL hominibus captiuis continuè opus facientibus. Hinc Pyramides, quę apud Memphium sunt, in ulteriore regione manifestè apparent, quæ quidem propinquæ sunt. Propinqua est etiam Memphis Aegyptiorum regia. tribus schœnis à Delta dissita. Ea Apidis templum habet, qui idem est, qui Osiris. Ibi bos Apis insepto quodam alitur, & ut diximus apud eos pro deo habetur, albus frontem, & quasdam paruas corporis partes, cætera uerò niger: quibus signis iudicāt qui sit ad successionem idoneus, alio defuncto. Ante id septum aula quædam est, & in ea aliud septum matris eius bouis. In hanc aulam nonnunquam Apis emittitur, præsertim ut peregrinis ostendatur. aliâs enim per fenestram quandam uidetur. sed uolunt ut etiam extrà spectetur, itaq; ubi paululum foris exsultim lusit, rursum in proprium locum recipitur. Apidis templū Vulcanio adiacet, quæ est ædes, templi magnitudine alijsq́ue rebus sumptuosè adornata. 10 In fronte dromi colossus iacet, ex integro lapide. In hoc dromo tauri committi solent ad pugnam, quos non nulli dedita opera ad hoc ipsum alunt, quemadmodū alij equos. dimissi inter se pugnam cient: uictori præmium datur. Memphi est etiam Veneris fanum, quæ Græca dea censetur: quidam Lunæ id dicunt. Est etiam Serapium, in loco ualde arenoso, adeò ut arenæ colles à uētis exaggerent. ibi uidimus sphinges alias usque ad capita obrutas alias dimidia duntaxat eminentes, unde conijcere licebat magnitudinem periculi si quem eo proficiscentē turbo uenti depræhenderet. Vrbs magna est & populosa, & secunda post Alexandream

Memphis.

Ἀραβίαν. ἡ μὲν οὖν Ἡλιοπολίτης ἐν τῇ Ἀραβίᾳ ἐστίν. ἐν δὲ τῇ Λιβύῃ Κορκέσουρα πόλις κατὰ τὰς Εὐδόξου κειμένη σκοπάς. δείκνυται γὰρ σκοπή τις πρὸ τῆς Ἡλίου πόλεως, καθάπερ καὶ πρὸ τῆς Κνίδου, καθ᾽ ἣν ἐσημειοῦτο ἐκεῖνος τῶν οὐρανίων τινὰς κινήσεις. ὁ δὲ νομὸς Λιτοπολίτης οὗτος. ἀναπλεύσαντι δ᾽ ἐστὶ Βαβυλὼν φρούριον ἐρυμνὸν, ἀποστάντων ἐνταῦθα Βαβυλωνίων τινῶν, εἶτα διαπραξαμένων ἐνταῦθα κατοικίαν παρὰ τῶν βασιλέων. νυνὶ δ᾽ ἐστὶ στρατόπεδον ἑνὸς τῶν τριῶν ταγμάτων τῶν φρουρούντων τὴν Αἴγυπτον. ῥάχις δ᾽ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου καὶ μέχρι Νείλου καθήκουσα, δι᾽ ἧς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τροχοὶ καὶ κοχλίαι τὸ ὕδωρ ἀνάγουσιν, ἀνδρῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἐργαζομένων, δεσμίων. ἀφορῶνται δ᾽ ἐνθάδε τηλαυγῶς αἱ πυραμίδες ἐν τῇ περαίᾳ ἐν Μέμφει, καὶ εἰσὶ πλησίον. ἐγγὺς δὲ καὶ ἡ Μέμφις αὐτὴ τὸ βασίλειον τῶν Αἰγυπτίων. ἔστι γὰρ ἀπὸ τοῦ Δέλτα τρίσχοινον εἰς αὐτήν. ἔχει δὲ ἱερὰ τό, τε τοῦ Ἄπιδος, ὅς ἐστιν ὁ αὐτὸς καὶ Ὄσιρις· ὅπου ὁ βοῦς ὁ Ἄπις ἐν σηκῷ τινι τρέφεται, θεὸς ὡς ἔφην νομιζόμενος, διάλευκος τὸ μέτωπον καὶ ἄλλα τινὰ μικρὰ τοῦ σώματος. τὰ δ᾽ ἄλλα μέλας. οἷς σημείοις ἀεὶ κρίνουσι τὸν ἐπιτήδειον εἰς τὴν διαδοχὴν, ἀπογενομένου τοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντος. ἔστι δ᾽ αὐλὴ προκειμένη τοῦ σηκοῦ, ἐν ᾗ καὶ ἄλλος σηκὸς τῆς μητρὸς τοῦ βοός. εἰς ταύτην δὲ τὴν αὐλὴν ἐξαφιᾶσι τὸν Ἄπιν καθ᾽ ὥραν τινὰ, καὶ μάλιστα πρὸς ἐπίδειξιν τοῖς ξένοις. ὁρῶσι μὲν γὰρ καὶ διὰ θυρίδος ἐν τῷ σηκῷ, βούλονται δὲ καὶ ἔξω. ἀποσκιρτήσαντα δ᾽ ἐν αὐτῇ μικρὰ, ἀναλαμβάνουσι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν στάσιν. τό, τε δὴ τοῦ Ἄπιδός ἐστιν ἱερὸν παρακείμενον τῷ Ἡφαιστείῳ, καὶ αὐτὸ τὸ Ἡφαιστεῖον πολυτελῶς κατεσκευασμένον, ναοῦ τε μεγέθει, καὶ τοῖς ἄλλοις. πρόκειται δ᾽ ἐν τῷ δρόμῳ τούτῳ ταύρων ἀγῶνας συντελεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους, οὓς ἐπίτηδες τρέφουσί τινες ὥσπερ οἱ ἱπποτρόφοι. συμβάλλουσι γὰρ εἰς μάχην ἀφέντες. ὁ δὲ κρείττων νομισθεὶς, ἆθλον τυγχάνει. ἔστι δ᾽ ἐν Μέμφει καὶ Ἀφροδίτης ἱερὸν, θεᾶς Ἑλληνίδος νομιζομένης, τινὲς δὲ Σελήνης ἱερὸν εἶναι φασίν. ἔστι δὲ καὶ Σεράπιον ἐν ἀμμώδει τόπῳ σφόδρα, ὥσθ᾽ ὑπ᾽ ἀνέμων θῖνας ἄμμων σωρεύεσθαι, ἀφ᾽ ὧν αἱ σφίγγες, αἱ μὲν καὶ μέχρι τῆς κεφαλῆς ἑωρῶντο ὑφ᾽ ἡμῶν κατακεχωσμέναι, αἱ δ᾽ ἡμιφανεῖς, ἐξ ὧν εἰκάζειν παρῆν τὸν κίνδυνον, εἴ τῳ βαδίζοντι πρὸς τὸ ἱερὸν λαῖλαψ ἐπιπέσοι. πόλις δ᾽ ἐστὶ μεγάλη τε καὶ εὔανδρος δευτέρα μετὰ Ἀλεξάνδρειαν,

ξάνδρειαν, μεγάλων ἀνδρῶν καθάπερ καὶ τῶν ἐκεῖ συνῳκισμένων. πρόκεινται δὲ καὶ λίμναι τῆς πόλεως ἐκ τῶν βασιλείων, ἃ νῦν μὲν κατέσπασται, καὶ ἔστιν ἔρημα. ἵδρυται δ' ἐφ' ὕψους καθήκοντα μέχρι τοῦ κάτω τῆς πόλεως ἐδάφους. συνάπτει δ' ἄλσος αὐτῷ καὶ λίμνη. Τετταράκοντα δ' ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίους προελθόντι, ὀρεινή τις ὀφρύς ἐστιν, ἐφ' ᾗ πολλαὶ μὲν Πυραμίδες εἰσὶ τάφοι τῶν βασιλέων. τρεῖς δ' ἀξιόλογοι, τὰς δὲ δύο τούτων καὶ ἐν τοῖς ἑπτὰ θεάμασι καταριθμοῦνται. εἰσὶ γὰρ σταδιαῖαι τὸ ὕψος, τετράγωνοι τῷ σχήματι, τῆς πλευρᾶς ἑκάστης μικρῷ μεῖζον τὸ ὕψος ἔχουσαι. μακρῷ δὲ καὶ ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας ἐστὶ μείζων. ἔχει δ' ἐν ὕψει μέσως πως τῶν πλευρῶν λίθον ἐξαιρέσιμον. ἀρθέντος δὲ σύριγξ ἐστὶ σκολιὰ μέχρι τῆς θήκης. αὗται μὲν οὖν ἐγγὺς ἀλλήλων εἰσὶ τῷ αὐτῷ ἐπιπέδῳ. ἀπωτέρω δ' ἐστὶν ἐν ὕψει μείζονι τῆς ὀρεινῆς ἡ τρίτη πολὺ ἐλάττων τοῖν δυοῖν, πολὺ δὲ μείζονος δαπάνης κατεσκευασμένη. ἀπὸ γὰρ θεμελίων μέχρι μέσου σχεδόν τι, μέλανος λίθου ἐστίν. ἐξ οὗ καὶ τὰς θυίας κατασκευάζουσι κομίζοντες πόρρωθεν, ἀπὸ τῶν τῆς Αἰθιοπίας ὀρῶν. καὶ τῷ σκληρὸς εἶναι καὶ δυσκατέργαστος, πολυτελῆ τὴν πραγματείαν παρέσχε. λέγεται δὲ τῆς ἑταίρας τάφος γεγονὼς ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, ἣν Σαπφὼ μὲν ἡ τῶν μελῶν ποιήτρια, καλεῖ Δορίχαν ἐρωμένην τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Χαράξου γεγονυῖαν, οἶνον κατάγοντος εἰς Ναύκρατιν Λέσβιον κατ' ἐμπορίαν. ἄλλοι δ' ὀνομάζουσι Ῥοδώπην. μυθεύουσι δ' ὅτι λουμένης αὐτῆς, ἓν τῶν ὑποδημάτων αὐτῆς ἁρπάσας ἀετὸς παρὰ τῆς θεραπαίνης, κομίσειεν εἰς Μέμφιν· καὶ τοῦ βασιλέως δικαιοδοτοῦντος, ὑπαίθριος γενόμενος, κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ ῥίψειε τὸ ὑπόδημα εἰς τὸν κόλπον. ὁ δὲ καὶ τῷ ῥυθμῷ τοῦ ὑποδήματος, καὶ τῷ παραδόξῳ κινηθεὶς, περιπέμψειεν εἰς τὴν χώραν κατὰ ζήτησιν τῆς φορούσης ἀνθρώπου τοῦτο· ἐν πόλει δὲ εὑρεθεῖσα τῶν Ναυκρατιτῶν ἀναχθείη καὶ γένοιτο γυνὴ τοῦ βασιλέως· τελευτησάσης δὲ τοῦ λεχθέντος τύχοι τάφου. Ἓν δέ τι τῶν ὁραθέντων ὑφ' ἡμῶν ἐν ταῖς Πυραμίσι παραδόξων οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν. Ἐκ γὰρ τῆς λατύπης σωροί τινες πρὸ τῶν Πυραμίδων κεῖνται. ἐν τούτοις δ' εὑρίσκεται ψήγματα καὶ τύπῳ καὶ μεγέθει φακοειδῆ. ἐνίοις δὲ, καὶ ὡς ἂν πτίσμα οἷον ἡμιλεπίστων ὑποτρέχει. φασὶ δ' ἀπολιθωθῆναι λείψανα τῆς τῶν ἐργαζομένων τροφῆς. οὐκ ἀπέοικε. ἢ καὶ γὰρ οἴκοι παρ' ἡμῖν, λόφος τίς ἐστιν ἐν πεδίῳ παραμήκης. οὗτος δ' ἐστὶ μεστὸς ψήφου φακοειδῶν λίθου πο-

xandream, hominibus conuenis referta. Extant lacus in fronte urbis, & regiarum, quæ nunc dirutæ sunt & desertæ: sitæ olim in loco edito, & usque ad inferiorem urbis partem descendentes, ubi lacus & lucus adiunguntur. Quadraginta stadijs ab urbe est mõtanum quoddam supercilium, in quo stant multæ Pyramides, regum sepulturæ. Earum tres memorabiles sunt: duæ inter septem orbis spectacula adnumerantur. Singulæ altitudine stadij, figura quadrata, altitudinem habentes paulo maiorem quolibet latere, & mole se paululum excedentes. In media ferè laterum altitudine, lapis exemtilis est: eoque sublata obliqua fistula usque ad loculum. Atque eæ inter se proximæ in eodem sunt plano. Vlterius in maiore montis altitudine est tertia multo primis duabus minor, maiore tamen impensa structa. Nam ab ipsis ferè fundamentis usque ad medium constat ex nigro lapide, ex quo mortaria faciunt, ab extremis Aethiopię montibus delato: qui cum & durus sit, & operatu difficilis, reddidit opus sumtuosum. Hæc dicitur meretricis sepultura, ab amantibus effecta. Hãc mulierem Sappho poëtria Doricham uocat, & fratris sui Charaxi amicam, cum is Lesbium uinũ negotiator Naucratim portaret. Alij eam Rhodopem nominant, atque fabulam quandam narrant. ea dum lauaretur, aquilam alterum è calceis è manu ancillæ correptum, Memphim deportasse: & in sublime supra regis uerticem iura dantis euplantem, calceum in huius gremium demisisse: regem calcei concinnitate & rei nouitate permotum, per totam regionem dimisisse ad inquirẽdam eam, quæ huiusmodi calceum gestaret: eam in urbe Naucraticarum inuentam, atque adductam, regis uxorem factam, & post mortem hac sepultura adfectam fuisse. Sed unum de miris rebus à nobis in Pyramidibus uisum, haudquaquam prætereundum est. Aceruí quidam lapidũ frustulis dolando detritis, ante Pyramides iacent, in his lapilli & forma, & magnitudine lentis inueniuntur, quidam ut hordei grana, quę semidecorticata eminent. narrant reliquias ciborum qui operarijs dati fuerãt, in lapidem induruisse. quòd quidem satis uidetur uerisimile. Nam & apud nos collis quidam est oblongus, in campo situs, qui tofi calculis in modum lentis plenus est.

*Pyramides.*

* Maritimi quoque & fluuiales calculi eãdem ferè ambiguitatem præstãt, sed ij propter motum, qui in aqua fit, lentorem seu mucorem aliquem habent. isthic indagatio ueri est difficilior.
* Alibi docuimus, * circa loca, ubi lapides effodiũtur, ex queis Pyramides factę sunt, mons quidam est nomine Troicus satis petrosus, & speluncæ sub eo, & pagus his ac flumini proximus nominè Troia, antiqua Troianorum habitatio, eorum qui captiui Menelaum secuti sunt & ibi consederũt. Post Memphim est Acanthus ciuitas Libycæ persimilis. ibidem Osiridis templum, & Acanthæ Thebaicæ lucus unde gummi habetur. postea est Aphroditopolitanæ præfectura & ciuitas eodem nomine in Arabia, in qua bos alba sacra alitur. Sequitur Heracleotica præfectura in insula magna, iuxta quam ad dextram in Libycam, aut Arsinoiticã pręfecturam fossa est, quæ & duo ora habet, cùm pars quædam insulæ intercidat. Hæc præfectura cæteras omnes, & adspectu, & uirtute, & apparatũ antecellit. Sola enim oleas perfectas & fructiferas arbores profert, ac si quis bene colligat oleum etiam optimum fit: negligentes autem rem, multum quidem efficiũt, sed pessimi odoris. At Aegyptus reliqua oleo caret, exceptis hortis, qui circa Alexandriam
11 sunt: 11 qui oleas quidem ferre possunt, oleum uerò non suppeditant. At uini non parum fert, frumentum quoque, legumina, & alia semina omnis generis. Habet etiam lacum admirabilem, Mœridis appellatum, pelagi magnitudine, & maximo colore, cuius etiam ripas uidere est maris litoribus persimiles, ut idem de hoc loco atque ijs qui sunt circa Ammonẽ existimari posśit. Etenim haud sanè multo à se inuicem distant, atque ambo à Parœtonio, &, ut ex multis depræhendi argumentis potest, templum illud prius in litore stabat, atque hæc loca prius maritima erãt. Inferiorem uerò Aegyptum, & quæ usque ad Serboniticum lacum tẽdunt, pelagus obtinebat, coniunctum fortasse cum mari Rubro, quod Heroum urbi & Elanitico recessui proximum est. Sed de his in primo geographiæ uolumine pluribus dictũ est.

*Aquæ & terræ motus ac mutationes.*

Nunc paucis admonentes naturę simul atque prouidentiæ opus una consideratione perpendemus. Naturæ, quia rebus omnium ad id

ρέας, καὶ αἱ θαλάττιαι δὲ, καὶ αἱ ποτάμιαι ψῆφοι, σχεδόν τι τὴν αὐτὴν ἀπορίαν ὑπογράφουσιν. ἀλλ' αὗται μὲν ἐν τῇ κινήσει τῇ διὰ τοῦ ῥεύματος εὑρεσιλογίαν τινὰ ἔχουσιν, ἐκεῖ δ' ἀπορωτέρα ἡ σκέψις. εἴρηται δ' ἐν ἄλλοις καὶ διότι περὶ τὸ μέταλλον τῶν λίθων, ἐξ ὧν αἱ πυραμίδες γεγόνασιν ἐν ὄψει ταῖς πυραμίσιν ὂν πέραν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, Τρωικόν τι καλεῖται πετρῶδες ἱκανῶς ὄρος καὶ σπήλαια ὑπ' αὐτῷ, καὶ κώμη πλησίον καὶ τούτοις καὶ τῷ ποταμῷ, Τροία καλουμένη, κατοικία παλαιὰ τῶν Μενελάῳ συγκατακολουθησάντων αἰχμαλώτων Τρώων, καταμεινάντων δ' αὐτόθι. Μετὰ δὲ Μέμφιν Ἄκανθος πόλις ὁμοίως ἐν τῇ Λιβύῃ καὶ τὸ τοῦ Ὀσίριδος ἱερόν, καὶ τὸ τῆς Ἀκάνθης ἄλσος τῆς Θηβαϊκῆς, ἐξ ἧς τὸ κόμμι. Εἶθ' ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νομὸς, καὶ ἡ ὁμώνυμος πόλις ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗ λευκὴ βοῦς ἱερὰ τρέφεται. Εἶθ' ὁ Ἡρακλεώτης νομὸς ἐν νήσῳ μεγάλῃ, καθ' ἣν ἡ διῶρυξ ἐστὶν ἐν δεξιᾷ εἰς τὴν Λιβύην παρὰ τὸν Ἀρσινοΐτην νομὸν, ὥστε καὶ δίστομον εἶναι τὴν διώρυγα, μεταξὺ μέρους τινὸς τῆς νήσου παρεμπίπτοντος. Ἔστι δ' ὁ νομὸς οὗτος ἀξιολογώτατος τῶν ἁπάντων κατά τε τὴν ὄψιν καὶ τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν κατασκευήν. ἐλαιόφυτός τε γὰρ μόνος ἐστὶ μεγάλοις καὶ τελείοις δένδρεσι καὶ καλλικάρποις. εἰ δὲ συγκομίζοι καλῶς τις, καὶ εὐέλαιος. ὀλιγωροῦντες δὲ τούτου, πολὺ μὲν ποιοῦσιν ἔλαιον, μοχθηρὸν δὲ κατὰ τὴν ὀσμήν. Ἡ δ' ἄλλη Αἴγυπτος ἀνέλαιός ἐστι πλὴν τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν κήπων, οἳ μέχρι τοῦ ἐλαίου χορηγεῖν ἱκανοί εἰσιν, ἔλαιον δ' οὐχ ὑπουργοῦσιν. οἶνον δὲ οὐκ ὀλίγον ἐκφέρει. σῖτον τε καὶ ὄσπρια καὶ τἆλλα σπέρματα παμπόλλα. θαυμαστὴν δὲ καὶ τὴν λίμνην ἔχει τὴν Μοίριδος καλουμένην πελαγίαν τῷ μεγέθει καὶ τῇ χρόᾳ θαλαττοειδῆ, καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς δὲ ἔστιν ὁρᾶν ἐοικότας τοῖς θαλαττίοις, ὡς ὑπονοεῖν τὰ αὐτὰ περὶ τῶν κατὰ Ἄμμωνα τόπων καὶ τούτων. Καὶ γὰρ οὐδὲ πάμπολυ ἀφεστᾶσιν ἀλλήλων καὶ τοῦ Παραιτονίου, μὴ ὥσπερ τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο εἰκάζειν ἐστὶ πρότερον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρῦσθαι διὰ τὸ πλῆθος τῶν τεκμηρίων, καὶ ταῦθ' ὁμοίως τὰ χωρία πρότερον ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ὑπῆρχεν. Ἡ δὲ κάτω Αἴγυπτος καὶ τὰ μέχρι τῆς λίμνης τῆς Σερβωνίτιδος, πέλαγος ἦν, σύρρουν τυχὸν ἴσως τῇ Ἐρυθρᾷ τῇ κατὰ Ἡρώων πόλιν καὶ τὸν Ἐλανίτην μυχόν. Εἴρηται δὲ περὶ τούτων διὰ πλειόνων ἐν τῷ πρώτῳ ὑπομνήματι τῆς γεωγραφίας, καὶ νῦν δ' ἐπὶ βραχὺ ὑπομνηστέον, τὸ τῆς φύσεως ἅμα καὶ τὸ τῆς προνοίας ἔργον εἰς ἓν συμφέροντας. Τὸ μὲν τῆς φύσεως, ὅτι τῶν πάντων εἰς ἓν συννευόν-

συννευόντων τὸ τοῦ ὅλου μέσον, καὶ σφαιρουμένων περὶ τοῦτο. καὶ τὸ μὲν πυκνότατον καὶ μεσαίτατόν ἐστιν ἡ γῆ, τὸ δ' ἧττον τοιοῦτον καὶ ἐφεξῆς τὸ ὕδωρ. ἑκάτερον δὲ σφαῖρα, ἡ μὲν στερεὰ, ἡ δὲ κοίλη, ἐντὸς ἔχουσα τὴν γῆν. τὸ δὲ τῆς προνοίας, ὅτι βεβούληται καὶ αὐτὴ ποικιλτρία τις οὖσα, καὶ μυρίων ἔργων δημιουργὸς, ἐν τοῖς πρώτοις ζῷα γεννᾶν, ὡς πολὺ διαφέροντα τῶν ἄλλων. καὶ τούτων τὰ κράτιστα θεούς τε καὶ ἀνθρώπους, ὧν ἕνεκεν καὶ τὰ ἄλλα συνέστηκε. τοῖς μὲν οὖν θεοῖς ἀπέδειξε τὸν οὐρανὸν, τοῖς δ' ἀνθρώποις τὴν γῆν, τὰ ἄκρα τῶν τοῦ κόσμου μερῶν. ἄκρα δὲ τῆς σφαίρας τὸ μέσον καὶ τὸ ἐξωτάτω. ἀλλ' ἐπειδὴ τῇ γῇ περίκειται τὸ ὕδωρ, οὐκ ἔστι δ' ἔνυδρον ζῷον ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ χερσαῖον καὶ ἐναέριον, καὶ πολλοῦ κοινωνικὸν φωτὸς, ἐποίησεν ἐξοχὰς ἐν τῇ γῇ πολλὰς καὶ εἰσοχὰς, ὥστ' ἐν αἷς μὲν ἀπολαμβάνεσθαι τὸ σύμπαν, ἢ καὶ τὸ πλέον ὕδωρ ἀποκρύπτον τὴν ὑπ' αὐτῷ γῆν· ἐν αἷς δ' ἐξέχειν τὴν γῆν ἀποκρύπτουσαν ὑφ' ἑαυτῇ τὸ ὕδωρ, πλὴν ὅσον χρήσιμον τῷ ἀνθρωπείῳ γένει, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸ ζῴοις καὶ φυτοῖς. ἐπεὶ δ' ἐν κινήσει συνεχεῖ τὰ σύμπαντα, καὶ μεταβολαῖς μεγάλαις (οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως τὰ τοιαῦτα, καὶ τοσαῦτα, καὶ τηλικαῦτα ἐν τῷ κόσμῳ διοικεῖσθαι) ὑποληπτέον μήτε τὴν γῆν ἀεὶ συμμένειν οὕτως, ὥστ' ἀεὶ τηλικαύτην οὖσαν μηδὲν ἐν προσθεῖσαν ἑαυτῇ, μηδ' ἀφαιροῦσαν, μήτε τὸ ὕδωρ, μήτε τὴν ἕδραν ἔχειν τὴν αὐτὴν ἑκάτερον, καὶ ταῦτα εἰς ἄλληλα φυσικωτάτης καὶ ἐγγυτάτω οὔσης μεταπτώσεως. ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς πολλὴν εἰς ὕδωρ μεταβάλλειν, καὶ τῶν ὑδάτων πολλὰ χερσοῦσθαι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅνπερ καὶ ἐν τῇ γῇ, καθ' ἑαυτὴν τοσαῦται διαφοραί. ἡ μὲν γὰρ εὔθρυπτος, ἡ δὲ στερεὰ καὶ πετρώδης, καὶ σιδηρῖτις, καὶ οὕτως ἐπὶ τῶν ἄλλων. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἁλμυρᾶς οὐσίας, ἡ μὲν γὰρ ἁλμυρὶς, ἡ δὲ γλυκεῖα καὶ πότιμος, ἡ δὲ φαρμακώδης καὶ σωτήριος, καὶ ὀλέθριος, ψυχρὰ καὶ θερμή. τί οὖν θαυμαστὸν, εἴ τινα μέρη τῆς γῆς, ἃ νῦν οἰκεῖται, θάλαττα πρότερον κατεῖχε; τὰ δὲ νῦν πελάγη πρότερον ᾠκεῖτο; καθάπερ καὶ πηγὰς τὰς πρότερον ἐκλιπεῖν συνέβη, τὰς δ' ἀνεῖσθαι, καὶ ποταμοὺς καὶ λίμνας. οὕτω δὲ καὶ ὄρη, καὶ πεδία εἰς ἄλληλα μεταπίπτειν, περὶ ὧν καὶ πρότερον εἴρηκα μὲν πολλὰ, καὶ νῦν εἰρήσθω. ἡ δ' οὖν Μοίριδος λίμνη διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ βάθος ἱκανή ἐστι, κατά τε τὰς ἀναβάσεις τὴν πλημμυρίδα φέρειν, καὶ μὴ ὑπερπολάζειν εἰς τὰ οἰκούμενα, καὶ

unum uergentibus, quod uniuersi medium est, & quæ circa id sita sunt, medium atque densissimum est terra: minus aqua ea densa est. utrumque globus: sed altera quidem solidus, aqua cōcaua inter sese terram complectens. Prouidentiæ, quòd cùm uarietatis sit cupida & plurimarum rerum opifex, in primis animalia creauit, quę longè cæteris antecellunt, atque horum ipsorum præstantissima deos atque homines, quorum gratia cætera sunt constituta. Dijs itaque cœlum, hominibus terram incolendam dedit, quæ duo mundi extrema sunt medium ipsum, & id quod ultimum est. Enimuerò quoniam aqua terram circumdat, homo autem non est aquatile animal, sed terrestre, aërem multumque lumen percipit: eadem terram multis in locis excitauit in multis depressit. ut alibi tota aqua, uel maxima eius pars obtineret, & terram sub se occultaret: alibi uerò terra exstaret, atque aquam in se abscōderet: nisi quantum hominum generi, cęterisque animalibus, ac stirpibus necessarium uidebatur. Iam cùm omnia continuè moueantur, & transmutentur (aliter enim talia totque, ac tanta in mundo rectè administrari non possent.) existimādum est, nec terram perpetuò ita durare, ut semper tāta sit, nec quicquam ei addatur aut adimatur: nec aquam, nec eādem sedem semper ab ijs obtineri: maximè quia transmutationem eis mutuam & propinquissimam addiderit. Proinde terræ multum in aquā conuertitur: & aquæ uicissim multum in terram transmutatur. quemadmodum in terra ipsa per se multæ differentię inueniuntur: cum alia sit fragilis, alia solida, alia petrosa, aut ferrea, alia aliter. atque eodem modo de humoribus, alius est salsus, alius dulcis & poculentus, alius salubris & medicam uim habens, alius perniciosus & frigidus alius, alius calidus. Quî ergo mirum sit terræ partes aliquas quæ nunc habitātur, olim mari tectas: & quę nūc pelagus sunt, prius habitas fuisse? quemadmodum de fontibus alij exaruere, alij eruperunt. itemque & flumina, & lacus montes & campos inuicem cōmutari probabile est. de quibus antè copiosius dictum est: nunc isthæc sunto addita. Mœridis itaque lacus tum propter magnitudinem, tū propter profunditatem sub Nili incrementa excipiendæ inundationi sufficit, ne aquæ, in sata & habitationes Mœridis lacus.

tationes extendent. postea decrescente Nilo, abundantem in se aquam fossæ adminiculo reddit, per utrumque os utilem irrigationibus. Idem præstat & fossa. atque hæc quidem naturalia sunt. Vtrique autem fossæ ostio claustra imposita sunt, quibus architecti, & influenti & effluenti aquæ moderantur.

Labirynthus

Adhæc est labyrinthi fabrica, opus haud impar pyramidibus, & adiacens regis sepultura eius, qui labyrinthum construxit. Locus autē in primo fossæ ingressu ad triginta, quadraginta'ue stadia procedenti, est planicies quædam mensali forma pagum habent, & multorum regum regiam, quot prius præfecturæ erant. Nam totidem aulę sunt columnis ambitæ, inuicem continuæ, omnes uno ordine, & uno pariete tanquam paruo quodam muro, ante se sitas aulas habent. Viæ uerò quæ ad eas tendunt, ex aduerso sunt ipsius muri, ante ingressus cryptæ quædam multæ ac longæ, quæ inter se uias fluxuosas habent, ut nemo peregrinus ingredi aulam ullam posset, nec egredi sine duce. Dignum admiratione, quòd uniuscuiusque domus tabulata, ac etiam cryptarum latitudines, ex lapideis plureis integris, & magnitudine insolenti constructæ sunt, nullo usquam nec ligni, nec alius materiæ interuentu. Ac si quis in tabulatum ascendat, quod non admodum altum est, quippe unica contentum, contiguatione uidere potest lapideum campum tantis lapidibus instratum. inde ad aulas uisu retorto, cernere deinceps eas XXVII, ordine positas, & columnis è solido lapide inuitentes, parietes quoque ipsos ex lapidibus non minoribus compositos. In fine huius ædificij quod plus stadio occupat, est sepultura quædam, pyramis quadrata, cuius quodlibet latus quatuor ferè est iugerum & altitudo par.

12 Sepulti nomen est 12 Imandes. Dicunt tot aulas ibi factas esse, quia solerēt omnes prefecturæ eò conuenire, atque epulum quoddam sacris uiris ac mulieribus fiebat, sacrificij gratia deo reddendi, & iuris dicendi de rebus maximis, quæuis autem prefectura in suam aulam procedebat. Præternauiganti hæc ad centum stadia, urbs est Arsinoē, quę olim Crocodilorum urbs dicebatur. In hac enim

Crocodilus colitur.

præfectura mirum in modum colitur Crocodilus, & est sacer apud eos in lacu quodam seorsim nutritus, & sacerdotibus māsuetus,

πεφυτευμένα. εἶτα ἐν τῇ ἀποβάσει τὸ πλεονάζον ἀποδιδόντα τῇ αὐτῇ διώρυγι κατὰ θάτερον τῶν στομάτων, ἔχειν ὑπολειπόμενον τὸ χρήσιμον πρὸς τὰς ἐποχετείας, καὶ αὐτὴ ἡ διῶρυξ. ταῦτα μὲν φυσικά. ἐπίκειται δὲ τοῖς στόμασιν ἀμφοτέροις τῆς διώρυγος κλεῖθρα, οἷς ταμιεύουσιν οἱ ἀρχιτέκτονες τό τε εἰσρέον ὕδωρ, καὶ τὸ ἐκρέον. Πρὸς δὲ τούτοις ἡ τοῦ λαβυρίνθου κατασκευή, πάρισον ταῖς πυραμίσιν ἐστὶν ἔργον, καὶ ὁ παρακείμενος τάφος τοῦ κατασκευάσαντος βασιλέως τὸν λαβύρινθον. ἔστι δὲ κατὰ τὸν πρῶτον εἴσπλουν τὸν εἰς τὴν διώρυγα προελθόντι ὅσον τριάκοντα ἢ τετταράκοντα σταδίους ἐπίπεδόν τι τραπεζῶδες χωρίον, ἔχον κώμην τε καὶ βασίλειον μέγα ἐκ πολλῶν βασιλείων, ὅσοι πρότερον ἦσαν νομοί. τοσαῦται γάρ εἰσιν αὐλαὶ περίστυλοι συνεχεῖς ἀλλήλαις, ἐφ᾽ ἕνα στίχον πᾶσαι καὶ ἐφ᾽ ἑνὸς τοίχου, ὡς ἂν τείχους μικροῦ προκειμένας ἔχοντος τὰς αὐλάς. αἱ δ᾽ εἰς αὐτὰς ὁδοὶ καταντικρὺ τοῦ τείχους εἰσί. πρόκεινται δὲ τῶν εἰσόδων κρυπταί τινες μακραὶ καὶ πολλαί, δι᾽ ἀλλήλων ἔχουσαι σκολιὰς τὰς ὁδούς, ὥστε χωρὶς ἡγεμόνος, μηδενὶ τῶν ξένων εἶναι δυνατὴν εἰς τὴν ἑκάστην αὐλὴν πάροδόν τε καὶ ἔξοδον. Τὸ δὲ θαυμαστόν, ὅτι αἱ στέγαι τῶν οἴκων ἑκάστου μονόλιθοι· καὶ τῶν κρυπτῶν τὰ πλάτη μονολίθοις ὡσαύτως ἐστέγασται πλαξίν, ὑπερβαλλούσαις τὸ μέγεθος, ξύλων οὐδαμοῦ καταμεμιγμένων, οὐδ᾽ ἄλλης οὐδεμιᾶς. ἀναβάντα τε ἐπὶ τὸ στέγος, οὐ μεγάλῳ ὕψει, ἅτε μονοστέγῳ, ἔστιν ἰδεῖν πεδίον λίθινον ἐκ τηλικούτων λίθων. ἐντεῦθεν δὲ πάλιν εἰς τὰς αὐλὰς ἐκπίπτοντα, ἑξῆς ὁρᾶν κειμένας ὑπὸ μονολίθων κιόνων ὑπηρεισμένας ἑπτὰ καὶ εἴκοσι. καὶ οἱ τοῖχοι δὲ οὐκ ἐξ ἐλαττόνων τὸ μέγεθος λίθων σύγκεινται. Ἐπὶ τέλει δὲ τῆς οἰκοδομίας ταύτης πλέον ἢ στάδιον ἐπεχούσης, ὁ τάφος ἐστὶ πυραμὶς τετράγωνος, ἑκάστην τετράπλεθρόν πως ἔχουσα τὴν πλευρὰν καὶ τὸ ὕψος ἴσον. Ἰμάνδης δ᾽ ὄνομα ὁ ταφείς. πεποιῆσθαι δέ φασι τὰς αὐλὰς τοσαύτας ὅτι τοὺς νομοὺς ἔθος ἦν ἐκεῖσε συνέρχεσθαι πάντας. ἄριστον δ᾽ ἦν μετὰ τῶν οἰκείων ἱερῶν, καὶ ἱερέων θυσίας τε καὶ θεωδοσίας καὶ δικαιοσίας τῶν μεγίστων χάριν. κατήγετο δὲ τῶν νομῶν ἕκαστος εἰς τὴν ἀποδειχθεῖσαν αὐλὴν αὐτῷ. Παραπλεύσαντι δὲ ταύτας ἐφ᾽ ἑκατὸν σταδίους, πόλις ἐστὶν Ἀρσινόη. Κροκοδείλων δὲ πόλις ἐκαλεῖτο πρότερον, σφόδρα γὰρ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ τιμῶσι τὸν κροκόδειλον, καὶ ἔστιν ἱερὸς παρ᾽ αὐτοῖς ἐν λίμνῃ καθ᾽ αὑτὸν τρεφόμενος, χειροήθης τοῖς ἱερεῦσι,

καλεῖται

καλεῖται δὲ Σοῦχος. τρέφεται δὲ σιτίοις, καὶ κρέασι, καὶ οἴνῳ προσφερόντων ἀεὶ τῶν ξένων, τῶν ἐπὶ τὴν θέαν ἀφικνουμένων. ὁ γοῦν ἡμέτερος ξένος ἀνὴρ τῶν ἐντίμων, αὐτόθι μυσταγωγῶν ἡμᾶς, συνῆλθεν ἐπὶ τὴν λίμνην, κομίζων ἀπὸ τοῦ δείπνου πλακουντάριόν τι καὶ κρέας ὀπτὸν, καὶ προχοΐδιόν τι μελικράτου. εὕρομεν δὲ ἐπὶ τῷ χείλει κείμενον τὸ θηρίον. προσιόντες δὲ οἱ ἱερεῖς, οἱ μὲν διέστησαν αὐτοῦ τὸ στόμα, ὁ δὲ ἐπέθηκε τὸ πέμμα, καὶ πάλιν τὸ κρέας εἶτα τὸ μελίκρατον κατήρασε. καθαλόμενος δὲ εἰς τὴν λίμνην, διῆξεν εἰς τὸ πέραν. ἐπελθόντος δὲ καὶ ἄλλου τῶν ξένων, κομίζοντος ὁμοίως ἀπαρχὴν, λαβόντες περιῆλθον δρόμῳ, καὶ καταλαβόντες προσήνεγκαν ὁμοίως τὰ προσενεχθέντα. Μετὰ δὲ τὸν Ἀρσινοΐτην, καὶ τὸν Ἡρακλεωτικὸν νομὸν, Ἡρακλέους πόλις, ἐν ᾗ ὁ ἰχνεύμων τιμᾶται ὑπεναντίως τοῖς Ἀρσινοΐταις. οἱ μὲν γὰρ τοὺς κροκοδείλους τιμῶσι, καὶ διὰ τοῦτο ἡ διῶρυξ αὐτῶν μεστή ἐστι τῶν κροκοδείλων, καὶ ἡ τοῦ Μοίριδος λίμνη. σέβονται γὰρ καὶ ἀπέχονται αὐτῶν. οἱ δὲ τοὺς ἰχνεύμονας τοὺς ὀλεθριωτάτους τοῖς κροκοδείλοις, καθάπερ καὶ ταῖς ἀσπίσι. καὶ γὰρ τὰ ᾠὰ διαφθείρουσιν αὐτῶν, καὶ αὐτὰ τὰ θηρία τῷ πηλῷ θωρακισθέντα. κυλισθέντα γὰρ αὐτῷ, ξηραίνονται πρὸς τὸν ἥλιον. εἶτα τὰς ἀσπίδας μὲν ἢ τῆς κεφαλῆς ἢ τῆς οὐρᾶς λαβόμενοι, κατασπῶσιν εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ διαφθείρουσι. τοὺς δὲ κροκοδείλους ἐνεδρεύσαντες, ἡνίκ' ἂν ἡλιάζωνται κεχηνότες, ἐμπίπτουσιν εἰς τὰ χάσματα, καὶ διαφαγόντες τὰ σπλάγχνα, καὶ τὰς γαστέρας, ἐκδύουσιν ἐκ νεκρῶν τῶν σωμάτων. Ἑξῆς δ' ἐστὶν ὁ Κυνοπολίτης νομὸς, καὶ Κυνῶν πόλις, ἐν ᾗ ὁ Ἄνουβις τιμᾶται, καὶ τοῖς κυσὶ τιμὴ καὶ σίτισις τέτακταί τις ἱερά. Ἐν δὲ τῇ περαίᾳ Ὀξύρυγχος πόλις, καὶ νομὸς ὁμώνυμος. τιμῶσι δὲ τὸν ὀξύρυγχον, καὶ ἔστιν αὐτοῖς ἱερὸν ὀξυρύγχου. καίτοι καὶ τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων κοινῇ τιμώντων τὸν ὀξύρυγχον. τινὰ μὲν γὰρ τῶν ζώων ἅπαντες κοινῇ τιμῶσιν Αἰγύπτιοι, καθάπερ τῶν πεζῶν μὲν τρία, βοῦν, κύνα, αἴλουρον. τῶν δὲ πτηνῶν δύο, ἱέρακα καὶ ἶβιν. τῶν δ' ἐνύδρων δύο, λεπιδωτὸν ἰχθὺν καὶ ὀξύρυγχον. ἄλλα δ' ἐστὶν, ἃ τιμῶσι καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστοι, καθάπερ Σαΐται πρόβατον, καὶ Θηβαῖται. λάτον δὲ τὸν ἐν τῷ Νείλῳ τινὰ ἰχθὺν, Λατοπολῖται, λύκον τε Λυκοπολῖται, κυνοκέφαλον δὲ Ἑρμοπολῖται, κῆπον δὲ Βαβυλώνιοι οἱ κατὰ Μέμφιν. ἔστι δ' ὁ κῆπος τὸ μὲν πρόσωπον ἐοικὼς Σατύρῳ, τἆλλα δὲ κυνὸς καὶ ἄρκτου μεταξὺ, γεννᾶται δ' ἐν Αἰθιοπίᾳ. ἀετὸν δὲ

ac Suchus uocatur. Nutritur autem pane, carne & uino, quæ à peregrinis afferũtur ad eiuſmodi ſpectaculum uenientibus. Hoſpes itaque noſter, unus ex honoratis uiris, qui nobis ſacra commonſtrabat, ad lacum unà accedens, placentulam, & carnem aſſam, & quoddam mulſi uaſculum è cœna attulit. Beſtiam in ripa lacus inuenimus, ex ſacerdotibus alij eius os aperuerunt, alius placentam ingeſsit, poſtea carnem, deinde mulſum infudit, ille in lacum deſiliens, in ulteriorem partem traiecit, cumq́; alius hoſpes aduenisſet, & ſimiliter primitias attuliſſet, curſu lacũ circumeuntes itidem inuento Crocodilo obtulerunt. Poſt Arſinoiticam Heracleoticamq́; præfecturam eſt Herculis ciuitas, in qua colitur ichneumon, contra morem Arſinoitarum. Hi enim Crocodilos colunt, & propterea foſſam habent Crocodilis plenam, & Mœridis lacum, nam uenerãtur, & ab ijs abſtinent. Heracleotæ autem Ichneumones, qui Crocodilis & aſpidibus pernicioſiſsimi ſunt, nam & earum oua delent, & ipſas beſtias interficiunt luto armati quo ſe inuoluerunt, & poſtea ad ſolem exſiccato, aſpides capite aut cauda arreptas in flumen trahunt, atque occidunt. Crocodilos inſidioſè obſeruant, quãdo ij ſe rictu diducto ſoli exponũt, tum in ora eorum intrant, & exeſis uiſceribus, è uentre mortuorum egrediuntur. Sequitur Cynopolitana præfectura, & canum urbs, in qua Anubis colitur, & honor & ſacer quidem cibus canibus eſt conſtitutus. In ulteriore regione eſt Oxyrynchus ciuitas, et præfectura eodẽ nomine. Hic Oxyrynchus colitur, & Oxyrynchi templum eſt, quamuis etiam cæteri Aegyptij omnes Oxyrynchum piſcem colant. Sunt etiam quædam animalia, quę Aegyptij uniuerſi colunt, ut de terreſtribus tria, bouem, canem, felem, è uolatilibus accipitrem atque ibim: ex aquatilibus duo, lepidotum (. id eſt ſquammatum.) piſcem, & Oxyrynchum. Sunt & quæ ſeorſum coluntur. Sic Saitæ & Thebani ouem: Latum uerò, qui piſcis quidam eſt in Nilo, Latopolitani: lupum Lycopolitani, Cynocephalum Hermopolitani, Cepum Babylonij, qui ſunt iuxta Memphim. Cepus faciem habet ſatyro ſimilem, cætera inter canem atque urſum: in Aethiopia naſcitur. Aquilam Theba-

*Ichneumon.*

Thebani, leonem Leontopolitani, capram & hircum Mendesij, murem araneũ (.si quidem hoc est mygale Græcorum.) Athribitæ, alij aliud. Causas uero afferunt inter se non consentientes. Deinceps est Hermopolitanum castellum, ubi uectigal exigitur earum rerum quæ è Thebaide deferuntur. Hinc usque ad Syenẽ, & Elephantinam stadia sunt, LX unusquisque continentes schœni incipiunt. Postea Thebaicum custodiæ destinatum castellum, custodia & fossa, quæ Tanim defert. Hinc luporum urbs Lycopolis, aliaq́; Veneris, tum Panopolis antiqua habitatio hominum, linificium & lapidum opera exercentium. Post eam Ptolemais ciuitas omnium maxima quæ in Thebaide sunt & Memphi non minor, quæ etiam Græcò more institutam habet ciuitatem. Supra hanc est Abydus, in quà est Memnonis regia mirificè structa, è solido lapide: quemadmodum diximus de labyrintho: * Est & fons quidam ibi in profundo positus, in quem per cochleas descenditur, ex integris lapidibus, & magnitudine, & structura excellentibus. Est etiã fossa, quæ ex magno flumine in hunc locum deducit. Circa fossam est Acanthôn Aegyptiorum lucus Apollini sacer Abydus olim urbs magna uidetur fuisse, primo post Thebas loco: nũc in paruum pagum redacta est. Quod si(.ut nonnulli sentiunt.) Memnon ab Aegyptijs Ismandes dicitur: etiam Labyrinthus Memnonius erat, & eiusdem opus cuius Abydensia & Thebana, nã & ibi quædã Memnonia dicuntur. Secundum Abydum est prima Anasis ex tribus, quæ sunt in Africa, dissita inde iter dierum septem: habitatio aquis & uino abundans, neque aliarum etiam rerum indiga. Secunda est iuxta Mœridis lacum. Tertia est Ammonis oraculo proxima, hæ quoque optimæ habitationes sunt. Multis à nobis de Ammone dictis, id tantũ adijcimus, ueteribus & diminationem uniuersam, & oracula in summo fuisse honore, nunc eadem admodum negligi, in Romanis in Sibyllæ oraculis, & Etrusca diuinatione per extispicia, auguria, & seruationes de cœlo adquiescentibus. Itaque Ammonis oraculum ferè desertum est, quod in honore quondam fuerat. Id ij in primis declarant, qui Alexandri res conscripserunt: qui quanquam adulandi gratia non pauca adiecerunt, indicant tamen quæ credẽda sint. Callisthenes narrat,

Θηβαῖοι, λέοντα δὲ Λεοντοπολῖται, αἶγα δὲ καὶ τράγον Μενδήσιοι, μυγαλῆν δὲ Ἀθριβῖται, ἄλλοι δ' ἄλλό τι. τὰς δ' αἰτίας οὐχ ὁμολογουμένας λέγουσιν. Ἑξῆς δ' ἐστὶν Ἑρμοπολιτικὴ φυλακή, τελώνιόν τι τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καταφερομένων. ἐντεῦθεν ἀρχὴ τῶν ἑξηκοντασταδίων σχοίνων, ἕως Συήνης καὶ Ἐλεφαντίνης. εἶτα ἡ Θηβαϊκὴ φυλακή, καὶ διῶρυξ φέρουσα ἐπὶ Τάνιν. εἶτα Λύκων πόλις, καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Πανῶν πόλις, λινουργῶν καὶ λιθουργῶν κατοικία παλαιά. Ἔπειτα Πτολεμαϊκὴ πόλις, μεγίστη τῶν ἐν τῇ Θηβαΐδι, καὶ οὐκ ἐλάττων Μέμφεως, ἔχουσα καὶ σύστημα πολιτικὸν ἐν τῷ Ἑλληνικῷ τρόπῳ. Ὑπὲρ δὲ ταύτης ἡ Ἄβυδος, ἐν ᾗ τὸ Μεμνόνειον βασίλειον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον, ὁλόλιθον τῇ αὐτῇ κατασκευῇ ἧπερ τὸν λαβύρινθον ἔφαμεν, οὐ πολλαπλοῦν δέ. καὶ κρήνη ἐν βάθει κειμένη, ὥστε καταβαίνειν εἰς αὐτὴν κατακαμφθεισῶν ψαλίδων διὰ μονολίθων ὑπερβαλλόντων τῷ μεγέθει, καὶ τῇ κατασκευῇ. Ἔστι δὲ διῶρυξ ἡ ἄγουσα ἐπὶ τὸν τόπον ἀπὸ τοῦ μεγάλου ποταμοῦ. Περὶ δὲ τὴν διώρυγα Ἀκανθῶν τῶν Αἰγυπτίων ἄλσος ἐστὶν ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος. ἔοικε δὲ ὑπάρξαι ποτὲ ἡ Ἄβυδος πόλις μεγάλη, δευτερεύουσα μετὰ τὰς Θήβας. νυνὶ δ' ἐστὶ κατοικία μικρά. εἰ δ' ὥς φασιν ὁ Μέμνων ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων Ἰσμάνδης λέγεται, καὶ ὁ λαβύρινθος Μεμνόνειον ἂν εἴη καὶ τοῦ αὐτοῦ ἔργον, οὗπερ καὶ τὰ ἐν Ἀβύδῳ, καὶ τὰ ἐν Θήβαις. καὶ γὰρ ἐκεῖ λέγεταί τινα Μεμνόνεια. Κατὰ δὲ τὴν Ἄβυδόν ἐστιν ἡ πρώτη αὔασις ἐκ τῶν λεχθεισῶν τριῶν ἐν τῇ Λιβύῃ, διέχουσα ὁδὸν ἡμερῶν ἑπτὰ ἐνθένδε δι' ἐρημίας, εὔυδρός τε κατοικία καὶ εὔοινος, καὶ τοῖς ἄλλοις ἱκανή. δευτέρα δ' ἡ κατὰ τὴν Μοίριδος λίμνην. τρίτη δὲ ἡ κατὰ τὸ μαντεῖον τὸ ἐν Ἄμμωνι. καὶ αὗται δὲ κατοικίαι εἰσὶν ἀξιόλογοι. Πολλὰ δ' εἰρηκότες περὶ τοῦ Ἄμμωνος τοσοῦτον εἰπεῖν βουλόμεθα, ὅτι τοῖς ἀρχαίοις μᾶλλον ἦν ἐν τιμῇ καὶ ἡ μαντικὴ καθόλου, καὶ τὰ χρηστήρια· νυνὶ δ' ὀλιγωρία κατέχει πολλή, τῶν Ῥωμαίων ἀρκουμένων τοῖς Σιβύλλης χρησμοῖς, καὶ τοῖς Τυρρηνικοῖς θεοπροπίοις, διά τε σπλάγχνων, καὶ ὀρνιθείας, καὶ διοσημείων. Διόπερ καὶ τὸ ἐν Ἄμμωνι σχεδόν τι ἐκλέλειπται χρηστήριον, πρότερον δὲ ἐτετίμητο. Δηλοῦσι δὲ μάλιστα τοῦτο οἱ τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις ἀναγράψαντες, προστιθέντες μὲν πολὺ καὶ τὸ τῆς κολακείας εἶδος, ἐμφαίνοντες δ' ὅτι καὶ πίστεως ἄξιον. Ὁ γοῦν Καλλισθένης φησὶ τὸν

Ἀλέξανδρον φιλοδοξῆσαι μάλιστα, ἀνελθεῖν τε ἐπὶ τὸ χρηστήριον, ἐπειδὴ καὶ Περσέα ἤκουσε πρότερον ἀναβῆναι καὶ Ἡρακλέα, ὁρμήσαντα δ' ἐκ Παραιτονίου καίπερ νότων ἐπιπεσόντων βιάσασθαι, πλανώμενον γ' ὑπὸ τοῦ κονιορτοῦ σωθῆναι γενομένων ὄμβρων, καὶ δυεῖν κοράκων ἡγησαμένων τὴν ὁδόν, ἤδη τούτων κολακευτικῶς λεγομένων. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς. μόνῳ γὰρ δὴ τῷ βασιλεῖ τὸν ἱερέα ἐπιτρέψαι παρελθεῖν εἰς τὸν νεὼν μετὰ τῆς συνήθους στολῆς, τοὺς δ' ἄλλους μετενδῦναι τὴν ἐσθῆτα, ἔξωθέν τε τῆς θεμιστείας ἀκροάσασθαι πάντας πλὴν Ἀλεξάνδρου, τοῦτον δ' ἔνδοθεν εἶναι. οὐχ ὥσπερ ἐν Δελφοῖς, καὶ Βραγχίδαις τὰς ἀποθεσπίσεις διὰ λόγων, ἀλλὰ νεύμασι, συμβόλοις τὸ πλέον, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ,

Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

Τοῦ προφήτου τὸν Δία ὑποκρινομένου. τοῦτο μέντοι ῥητῶς εἰπεῖν τὸν ἄνθρωπον πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι εἴη Διὸς υἱός. Προστραγῳδῶν δὲ τούτοις ὁ Καλλισθένης, ὅτι τοῦ Ἀπόλλωνος τὸ ἐν Βραγχίδαις μαντεῖον ἐκλελοιπότος, ἐξ ὅτου τὸ ἱερὸν ὑπὸ τῶν Βραγχιδῶν σεσύλητο ἐπὶ Ξέρξου περσισάντων, ἐκλελοιπυίας δὲ καὶ τῆς κρήνης τότε, ἥ τε κρήνη ἀνάσχοι, καὶ μαντεῖα πολλὰ οἱ Μιλησίων πρέσβεις κομισθῶσιν εἰς Μέμφιν περί τε τῆς ἐκ Διὸς γενέσεως τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ τῆς ἐσομένης περὶ Ἄρβηλα νίκης, καὶ τοῦ Δαρείου θανάτου, καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι νεωτερισμῶν. περὶ δὲ τῆς εὐγενείας, καὶ τὴν Ἐρυθραίαν Ἀθηναΐδα φησὶν ἀνειπεῖν. καὶ γὰρ ταύτην ὁμοίαν γενέσθαι τῇ παλαιᾷ Σιβύλλῃ τῇ Ἐρυθραίᾳ. Τὰ μὲν δὴ τῶν συγγραφέων τοιαῦτα. Ἐν δὲ τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσι τὸν Ὄσιριν. ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν, οὔτε ᾠδόν, οὔτε αὐλητήν, οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος. Μετὰ δὲ τὴν Ἄβυδον Διόσπολις ἡ μικρά. εἶτα Τέντυρα πόλις. ἐνταῦθα δὲ διαφερόντως παρὰ τοὺς ἄλλους Αἰγυπτίους ὁ κροκόδειλος ἠτίμωται, καὶ ἔχθιστος τῶν ἁπάντων θηρίων νενόμισται. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι, καίπερ εἰδότες τὴν κακίαν τοῦ ζῴου, καὶ ὡς ὀλέθριος τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει, σέβονται ὅμως, καὶ ἀπέχονται. οὗτοι δὲ πάντα τρόπον ἀνιχνεύουσι, καὶ διαφθείρουσιν αὐτούς. ἔνιοι δ' ὥσπερ τοὺς Ψύλλους τοὺς πρὸς τῇ Κυρηναίᾳ, φυσικήν τινα ἀντιπάθειαν ἔχειν πρὸς τὰ ἑρπετά, οὕτω καὶ τοὺς Τεντυρίτας πρὸς τοὺς κροκοδείλους, ὥστε μηδὲν ὑπ' αὐτῶν πάσχειν, ἀλλὰ καὶ κολυμβᾶν ἀδεῶς, καὶ διαπερᾶν, μηδενὸς ἄλλου θαρροῦντος. εἴς τε τὴν

Ῥώμην

Alexādrum ambitione quadam inductum ad id oraculum contendisse, quòd intelligeret Perseum & Herculem prius eò adscēdisse, atque è Parætonio profectum, quāuis austrinis incidentibus flatibus, pertendisse, & cùm per pulverem uagaretur, imbrium superuentu, & duorum coruorū qui iter commonstrarent, seruatum esse. quæ ipsa iam adulatoriè dicuntur, similia sunt quæ sequuntur. Soli scilicet regi à sacerdote concessum, ut in templum ingrederetur habitu consueto: cæteros uestem mutare iussos, & foris omnes oraculum audiuisse, demto Alexādro, qui ingressus intrò fuerit. Responsa non ut apud Delphos, & Brāchidas uerbis dari, sed magna ex parte nutu, & signis: quemadmodum apud Homerum,

Dixit, cæruleisque superciliis pater almus *Iliad. α. 528.*
Annuit.——

uate nimirum Iouem imitante. Hoc autem expressè eum regi dixisse, esse ipsum Iouis filium. His Callisthenes tragicè rem exaggerans addit, cùm Apollo Branchidarum oraculum deseruisset, ab eo tēpore quo templum à Branchidis Xerxem sequētibus spoliatum fuit, & fons defecisset: & hūc tum denuò scaturijsse, & Milesiorum legatos Memphim profectos, multa responsa attulisse de nato è Ioue Alexandro, de futura apud Arbela uictoria, de Darij morte, de rebus Lacedæmone nouandis, de generis quidem nobilitate, etiam, Erythræam Athenaidem effatum, quæ Erythrææ antiquæ Sibyllæ similis fuerit. Talia sunt quæ à scriptoribus traduntur. Abydi Osiris colitur, in eius templo non licet, nec cantori, nec tibicini, nec citharœdo sacrificium auspicari, quemadmodum mos est alijs deis. Post Abydum est parua Diospolis, inde Tentyra urbs. Eius incolæ præter cæteros Aegyptios excellenter Crocodylum detestantur, & ex omnibus beluis inimicissimum habent. Nam cæteri quanquam eius animalis maliciam norint, & humano generi perniciosum existiment. Tentyritæ omnibus modis eos peruestigant, atque occidunt. Sunt qui dicant, quemadmodum Psylli apud Cyrenaicam regionē naturalē quandam uim habent aduersus serpentes: sic & Tentyritis esse contra Crocodilos, ut nihil ab eis damni accipiant, sed intrepidè urinentur, & aquā tranēt, alio nemine audente. Cumq;

Croco-

Crocodili Romam allati essent pro spectaculo: Tentyritæ eos sequebantur, & parata Crocodilis piscina quadam, & foramine in uno laterum, ut ex aqua in apricum egredi possent: Tentyritæ erant qui eos interdum rete in aquam ipsi intrantes educebant in locum aprícationi destinatũ, ut à spectatoribus cerni possent, aliâs rursum eos in piscinam retrahebant. Colunt autem Venerem. Post Veneris templum est Isidis fanũ, deinceps sunt
13 ea quę Typhonia uocãtur, & fossa quę in Coptum defert communem Aegyptiorum & Arabum urbẽ. Deinceps est isthmus in Rubrũ mare porrectus, iuxta Berenicen urbem, quæ quanquam sine portu est, tamen ob opportunitatẽ isthmi idonea diuersoria habet. Dicunt Philadelphum primò hanc uiam exercitu aperuisse, cum aquis ea careret, ac diuersoria constituisse, tam pedibus iter agentibus quàm camelis. Idq́; effecisse, quoniã Rubrum mare difficulter nauigaretur, præsertim ex intimo recessu. Enimuero experiẽtia utilitatem maximam demonstrauit, atq; nũc omnes Indicæ & Arabicæ merces, & Aethiopicæ etiam, quæ Arabico sinu aduehuntur, Coptum deferuntur, istarum mercium emporium. Non procul à Berenice est Muris statio, quæ urbs nauale habet. A' Copto quoque non multũ abest Apollinis ciuitas, quare duæ urbes isthmum terminantes utrinq; sunt. sed Coptus & Muris statio nunc excellunt, ijsq́; omnes utuntur. Initio camelis uecti per noctem iter agebant, astra obseruantes, quemadmodum nautæ, & aquã secum portabant. nunc terra in profundum effossa aquarum copiã parauerunt, & pluuijs quanquam raræ sint, cisternas fecerunt. Iter est VI, VII'ue dierum. In hoc istmo sunt smaragdi, & aliorum quorundam præciosorum lapidum metalla ubi Arabes profundos quosdam cuniculos effodiunt. Post Apollinis urbẽ sunt Thebæ. Thebæ quæ nunc Diospolis uocatur,

Iliad. 17. 383. Queis cẽtum portæ, per quarum quanquam ducenti
Sublimeis in equis & curribus egrediuntur.

Sic quidem Homerus inquit. Opulentiam quoque exprimit:

Nec quantæ Thebis Aegypti, quamlibet amplæ,
Adseruantur opes.—.

Sunt

Ῥώμην κομισθεῖσι τοῖς κροκοδείλοις ἐπιδείξεως χάριν, συνηκολούθουν οἱ Τεντυρῖται. γενομένης τε δεξαμενῆς καὶ πήγματός τινος ὑπὲρ μιᾶς τῶν πλευρῶν, ὥστε καὶ τοῖς θηρίοις ἐκβᾶσι τοῦ ὕδατος, ἡλιαστήριον εἶναι, ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ τότε μὲν ἐξέλκοντες δικτύῳ πρὸς τὸ ἡλιαστήριον, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν θεατῶν ὁρᾶσθαι, ἐμβαίνοντες ἅμα εἰς τὸ ὕδωρ· τοτὲ δὲ πάλιν εἰς τὴν δεξαμενὴν κατασπῶντες. τιμῶσι δὲ Ἀφροδίτην. ὄπισθεν δὲ τοῦ νεὼ τῆς Ἀφροδίτης, Ἴσιδός ἐστιν ἱερόν. εἶτα Τυφώνεια καλούμενα, καὶ ἡ εἰς Κοπτὸν διῶρυξ, πόλιν κοινὴν Αἰγυπτίων τε καὶ Ἀράβων. ἐντεῦθεν ἐστὶν ἰσθμὸς εἰς τὴν Ἐρυθρὰν κατὰ πόλιν Βερενίκην, ἀλίμενον μὲν, τῇ δ' εὐκαιρίᾳ τοῦ ἰσθμοῦ καταγωγὰς ἐπιτηδείους ἔχουσαν. λέγεται δ' ὁ Φιλάδελφος πρῶτος στρατοπέδῳ τεμεῖν τὴν ὁδὸν ταύτην ἄνυδρον οὖσαν, καὶ κατασκευάσαι σταθμοὺς, ὥσπερ τοῖς ἐμπορίοις ὁδεύμασι, καὶ διὰ τῶν καμήλων. τοῦτο δὲ ποιῆσαι διὰ τὸ τὴν Ἐρυθρὰν δύσπλουν εἶναι, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ τοῦ μυχοῦ πλοϊζομένοις. ἐφάνη δὲ τῇ πείρᾳ πολὺ τὸ χρήσιμον, καὶ νῦν ὁ Ἰνδικὸς φόρτος ἅπας καὶ ὁ Ἀράβιος, καὶ τοῦ Αἰθιοπικοῦ ὁ τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ κατακομιζόμενος εἰς Κοπτὸν φέρεται, καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἐμπορεῖον τῶν τοιούτων φορτίων. οὐκ ἄπωθεν δὲ τῆς Βερενίκης ἐστὶ Μυὸς ὅρμος πόλις, ἔχουσα τὸν ναύσταθμον τῶν πλοϊζομένων. καὶ τῆς Κοπτοῦ οὐ πολὺ ἀφεστηκυῖα ἡ καλουμένη Ἀπόλλωνος πόλις, ὥστε καὶ αἱ διορίζουσαι τὸν ἰσθμὸν δύο πόλεις, ἑκατέρωθέν εἰσιν. ἀλλὰ νῦν ἡ Κοπτὸς, καὶ ὁ Μυὸς ὅρμος, εὐδοκιμεῖ, καὶ χρῶνται τοῖς τόποις τούτοις. πρότερον μὲν οὖν ἐνυκτοπόρουν πρὸς τὰ ἄστρα βλέποντες οἱ καμηλέμποροι, καὶ καθάπερ οἱ πλέοντες ὥδευον, κομίζοντες καὶ ὕδωρ. νυνὶ δὲ καὶ ὑδρεῖα κατεσκευάκασιν, ὀρύξαντες πολὺ βάθος· καὶ ἐκ τῶν οὐρανίων καίπερ ὄντων σπανίων, ὅμως δεξαμενὰς πεποίηνται. ἡ δ' ὁδός ἐστιν ἓξ, ἢ ἑπτὰ ἡμερῶν. ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ, καὶ τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλά ἐστι, καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν, τῶν Ἀράβων ὀρυττόντων βαθείας τινὰς ὑπονόμους. μετὰ δὲ τὴν Ἀπόλλωνος πόλιν, καὶ Θῆβαι· καλεῖται δὲ νῦν Διὸς πόλις.

Αἵθ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισι, καὶ ὄχεσφιν.

Ὅμηρος μὲν οὕτω. λέγει δὲ καὶ τὸν πλοῦτον·
—οὐδ' ὅσα Θήβας
Αἰγυπτίας, ὅτι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται.

Καὶ

Καὶ ἄλλοι δὲ τοιαῦτα λέγουσι, μητρόπολιν τιθέντες τῆς Αἰγύπτου ταύτην. καὶ νῦν δείκνυται δ' ἴχνη τοῦ μεγέθους αὐτῆς ἐπὶ ὀγδοήκοντα σταδίους τὸ μῆκος. ἔστι δ' ἱερὰ πλείω. καὶ τούτων δὲ τὰ πολλὰ ἠκρωτηρίασε Καμβύσης. νυνὶ δὲ κωμηδὸν συνοικεῖται. μέρος δ' ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗπερ ἡ πόλις· μέρος δ' ἐστὶ καὶ ἐν τῇ περαίᾳ, ὅπου τὸ Μεμνόνιον. ἐνταῦθα δὲ δυοῖν κολοσσῶν ὄντων μονολίθων ἀλλήλων πλησίον, ὁ μὲν σώζεται, τοῦ δ' ἑτέρου τὰ ἄνω μέρη τὰ ἀπὸ τῆς καθέδρας πέπτωκε σεισμοῦ γενηθέντος, ὥς φασι. πεπίστευται δ' ὅτι ἅπαξ καθ' ἡμέραν ἑκάστην, ψόφος, ὡς ἂν πληγῆς οὐ μεγάλης ἀποτελεῖται, ἀπὸ τοῦ μένοντος ἐν τῷ θρόνῳ, καὶ τῇ βάσει μέρους. κἀγὼ δὲ παρὼν ἐπὶ τῶν τόπων μετὰ Γάλλου Αἰλίου, καὶ τοῦ πλήθους τῶν συνόντων αὐτῷ φίλων τε καὶ στρατιωτῶν, περὶ ὥραν πρώτην ἤκουσα τοῦ ψόφου, εἴτε δὲ ἀπὸ τῆς βάσεως, εἴτε ἀπὸ τοῦ κολοσσοῦ, εἴτ' ἐπίτηδες τῶν κύκλῳ, καὶ περὶ τὴν βάσιν ἱδρυμένων τινὸς ποιήσαντος τὸν ψόφον, οὐκ ἔχω διισχυρίσασθαι. διὰ γὰρ τὸ ἄδηλον τῆς αἰτίας πᾶν μᾶλλον ἐπέρχεται πιστεύειν, ἢ τὸ ἐκ τῶν λίθων οὕτω τεταγμένων ἐκπέμπεσθαι τὸν ἦχον. Ὑπὲρ δὲ τοῦ Μεμνονείου, θῆκαι βασιλέων ἐν σπηλαίοις λατομηταὶ περὶ τετταράκοντα, θαυμαστῶς κατεσκευασμέναι, θέας ἄξιαι. ἐν δὲ ταῖς θήκαις ἐπί τινων ὀβελίσκων ἀναγραφαὶ δηλοῦσαι τὸν πλοῦτον τῶν τότε βασιλέων, καὶ τὴν ἐπικράτειαν, ὡς μέχρι Σκυθῶν, καὶ Βακτρίων, καὶ Ἰνδῶν, καὶ τῆς νῦν Ἰωνίας διατείνασαν. καὶ φόρων πλῆθος, καὶ στρατιᾶς περὶ ἑκατὸν μυριάδας. λέγονται δὲ καὶ ἀστρονόμοι, καὶ φιλόσοφοι μάλιστα οἱ ἐνταῦθα ἱερεῖς. τούτων δ' ἐστὶ καὶ τὸ τὰς ἡμέρας μὴ κατὰ σελήνην ἄγειν, ἀλλὰ κατὰ ἥλιον, τοῖς τριακονθημέροις δώδεκα μησὶν ἐπαγόντων, πέντε ἡμέρας κατ' ἐνιαυτὸν ἕκαστον. εἰς δὲ τὴν ἐκπλήρωσιν τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, ἐπιτρέχοντος μορίου τινὸς τῆς ἡμέρας, περίοδόν τινα συντιθέασιν ἐξ ὅλων ἡμερῶν, καὶ ὅλων ἐνιαυτῶν τοσαύτην, ὥστε μόρια τὰ ἐπιτρέχοντα συνελθόντα ποιεῖν ἡμέραν. ἀνατιθέασι δὲ τῷ Ἑρμῇ πᾶσαν τὴν τοιαύτην σοφίαν. τῷ δὲ Διί, ὃν μάλιστα τιμῶσιν, εὐειδεστάτη, καὶ γένους λαμπροτάτου παρθένος ἱερᾶται, ἃς καλοῦσιν οἱ Ἕλληνες παλλάδας. αὕτη δὲ καὶ παλλακεύει, καὶ σύνεστιν οἷς βούλεται μέχρις ἂν ἡ φυσικὴ γένηται τοῦ σώματος κάθαρσις. μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν δίδοται πρὸς ἄνδρας· πρὶν δὲ δοθῆναι, πένθος αὐτῆς ἄγεται μετὰ τὸν τῆς παλλακείας καιρόν. Μετὰ δὲ Θήβας Ἑρμώνθις πόλις, ἐν ᾗ ὅ τε Ἀπόλ-

Sunt & alij qui eadē dicant, hanc Aegypti metropolin ponentes, nunc uestigia magnitudinis eius supersunt longitudine XXC fere stadiorum. Habet tēpla quàm plurima, magna ex parte à Cambyse mutilata. nunc per uicos habitatur, ac pars eius in Arabia, ubi & urbs est: pars etiam in ulteriore regione, ubi Memnonium. Hic cum duo colossi essent de solido lapide inter se propinqui, alter adhuc exstat, alterius uerò superiores à sede partes corruerunt, terræ (ut fama est.) motu. Creditum etiam est, semel quotidie sonitum quendam ueluti ictus haud magni edi à parte, quæ in sede ac basi remansit. Ipse cùm Aelio Gallo adessem, & cum reliqua multitudine amicorum, ac militum, qui cum eo erant, circiter horam primam sonitum audiui: utrum à basi, siue à colosso, an uero ob eam circumstantium aliquo editus fuerit, nō habeo affirmare. cùm propter incertitudinem causæ quiduis potius credere subeat, quàm ex lapidibus sic cōpositis sonitum edi. Supra Memnonium sunt regum loculi in speluncis quibusdam in lapidem incisi, circiter XL, mirum in modum structi, spectatuque sanè digni. Iuxta hos in obeliscis quibusdam inscriptiones sunt, quæ regum illorum diuitias, ac potentiam declarant, atque imperium usque in Scythiam, & Bactrianam, & Indiā, & quę nunc Ionia dicitur, propagatum. Item tributorum magnitudinē, & exercitus circiter mille millia. Thebani maximè sacerdotes astronomiam philosophiamque exercere dicuntur. Hi non lunæ, sed Solis cursu annos numerant, triginta dierum duodecim mensibus, quorum quisque XXX cōstet diebus, quinque dies quotannis adijcientes. Ad totius uero anni complementum cùm quædam diei particulæ excurrant: circuitionem quandam componunt è totis diebus, totisque annis. quot particulæ excurrentes & coëuntes diem conficiunt. Huiusmodi sapientiam omnem Mercurio in primis tribuunt. Ioui, quem præcipuè colunt, uirgo quędam genere clarissima & specie pulcerrima sacratur: quales Græci pallacas, hoc est pellices uocant. Ea pellicis more, cum quibus uult coit, usque ad naturalem corporis purgationem. Post purgationem uiro datur. sed prius quam nubat, post pellicatus tempus, in mortuę morem luget. Post Thebas est Hermonthis ciuitas, in qua

Apollo & Iupiter coluntur. hic etiam bos alitur. Deinde est Crocodilorum urbs quæ eam beluam colit. Hinc Veneris urbs, & postea Latopolis, quæ Palladem & Latum colit. Postea Lucinæ ciuitas, & eius templum. In ulteriore regione est accipitrum urbs, ubi accipiter colitur. Deinde Apollinis urbs quę etiam Crocodilis est inimica. Syene uerò & Elephantina, altera quidem in finibus est Aethiopiæ, & Aegypti urbs: altera insula dimidio stadio in Nilo ante Syenem positę. inque ea urbs quæ Cnuphidis templum habet, & Nilometrium. Hoc autē est puteus quidam in Nili ripa ex integro lapide constructus, in quo & maxima & minima & mediocria Nili incremēta adnotantur, nā putei aqua cum Nilo pariter crescit & decrescit. Suntq́ in putei pariete notæ quædā insculptæ incrementorum, & perfectorum & aliorum. Hæc itaq́ obseruantes alijs etiam significant, ut incrementa cognoscant. Nam ex signis, certis diebus multo ante futura Nili incrementa cognoscunt, idq́ omnibus prædicunt. quæ res agricolis ad aquarum dispensationem, & aggerum ac fossarum curationē conducit: præfectis uerò ad redituum rationes, maiora enim incrementa, maiores prouentus denunciāt.

Syene. Syenæ puteus quidam est, æstiui index solstitij: & hæc loca circulo tropico subiecta monstrat, quādo in meridie umbilici nullam faciūt umbram. Hac enim primùm sol nobis supra uerticem fit: & meridie nullam gnomonum umbram proijcit. Necesse autem est, cum nobis supra uerticem fuerit, ut in puteos etiam profundissimos usq́ ad aquam radios iaciat Sol, quandoquidem & nos ad angulos rectos solo insistimus, & putei ad perpendiculum effodiuntur. Hoc in loco tres Romanorum cohortes collocatæ sunt præsidij gratia. Paulò supra Elephantinam est paruus caterractes, in quo nauicularij scaphijs utentes spectaculum quoddam principibus exhibent. Catarractes est ad medium ferè flumē petrosum quoddam supercilium in superiore parte planum, ut flumen recipere possit: desinens uerò in præcipitium, per quod aqua deijcitur. utrinque secus terram alueus est, quo facilè sursum nauigari possit. Hâc itaq́ subuecti defluunt in catarractem, & cum scapha in præcipitium detruduntur, & ipsi & scaphæ incolumes. Paulò supra catarra-

Ἀπόλλων τιμᾶται, καὶ ὁ Ζεύς. τρέφεται δὲ κἀνταῦθα βοῦς. ἔπειτα Κροκοδείλων πόλις τιμῶσα τὸ θηρίον. εἶτα Ἀφροδίτης πόλις, καὶ μετὰ ταῦτα Λατόπολις, τιμῶσα Ἀθηνᾶν καὶ τὸν λάτον. εἶτα Εἰλειθυίας πόλις καὶ ἱερόν. ἐν δὲ τῇ περαίᾳ Ἱεράκων πόλις τὸν ἱέρακα τιμῶσα. εἶτ' Ἀπόλλωνος πόλις, καὶ αὕτη πολεμοῦσα τοῖς Κροκοδείλοις. ἡ δὲ Συήνη, καὶ ἡ Ἐλεφαντίνη, ἡ μὲν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Αἰθιοπίας, καὶ τῆς Αἰγύπτου πόλις. ἡ δ' ἐν τῷ Νείλῳ προκειμένη τῆς Συήνης νῆσος ἐν ἡμισταδίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ πόλις ἔχουσα ἱερὸν Κνούφιδος, καὶ Νειλομέτριον συννόμῳ λίθῳ κατεσκευασμένον ἐπὶ τῇ ὄχθῃ τοῦ Νείλου φρέαρ, ἐν ᾧ τὰς ἀναβάσεις τοῦ Νείλου σημειοῦνται, τὰς μεγίστας τε καὶ ἐλαχίστας, καὶ τὰς μέσας. συναναβαίνει γὰρ καὶ συνταπεινοῦται τῷ ποταμῷ τὸ ἐν τῷ φρέατι ὕδωρ. εἰσὶν οὖν ἐν τῷ τοίχῳ τοῦ φρέατος παραγραφαί, μέτρα τῶν τελείων, καὶ τῶν ἄλλων ἀναβάσεων. ἀποσκοποῦντες οὖν ταύτας, διασημαίνουσι τοῖς ἄλλοις ὅπως εἰδεῖεν. πρὸ πολλοῦ γὰρ ἴσασιν ἐκ τῶν τοιούτων σημείων, καὶ τῶν ἡμερῶν τὴν ἐσομένην ἀνάβασιν, καὶ προδηλοῦσι. τοῦτο δὲ καὶ τοῖς γεωργοῖς χρήσιμον, τῆς τῶν ὑδάτων ταμιείας χάριν, καὶ παραχωμάτων, καὶ διωρύγων, καὶ ἄλλων τοιούτων. καὶ τοῖς ἡγεμόσι τῶν προσόδων χάριν. αἱ γὰρ μείζους αἱ ἀναβάσεις, μείζους καὶ τὰς προσόδους ὑπαγορεύουσιν. ἐν δὲ τῇ Συήνῃ, καὶ τὸ φρέαρ ἐστὶ τὸ διασημαῖνον τὰς θερινὰς τροπάς, καὶ διότι τῷ τροπικῷ κύκλῳ ὑπόκεινται οἱ τόποι οὗτοι, καὶ ποιοῦσιν ἀσκίους τοὺς γνώμονας κατὰ μεσημβρίαν. ἐνταῦθα πρῶτον ὁ ἥλιος κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γίνεται, καὶ ποιεῖ τοὺς γνώμονας ἀσκίους κατὰ μεσημβρίαν. ἀνάγκη δὲ κατὰ κορυφὴν ἡμῖν γινομένου, καὶ εἰς τὰ φρέατα βάλλειν μέχρι τοῦ ὕδατος τὰς αὐγάς, κἂν βαθύτατα ᾖ. κατὰ κάθετον γὰρ ἡμεῖς τε ἑστάμεν, καὶ τὰ ὀρύγματα τῶν φρεάτων κατεσκεύασται. εἰσὶ δ' ἐνταῦθα τρεῖς σπεῖραι Ῥωμαίων ἱδρυμέναι φρουρᾶς χάριν. μικρὸν δ' ὑπὲρ τῆς Ἐλεφαντίνης ἐστὶν ὁ μικρὸς καταράκτης, ἐφ' ᾧ καὶ θέαν τινὰ οἱ σκαφῖται τοῖς ἡγεμόσιν ἐπιδείκνυνται. ὁ μὲν γὰρ καταράκτης ἐστὶ κατὰ μέσον τὸν ποταμόν, πετρώδης τις ὀφρύς, ἐπίπεδος μὲν ἄνωθεν, ὥστε δέχεσθαι τὸν ποταμόν. τελευτῶσα δ' εἰς κρημνόν, καθ' ὃν καταρρήγνυται τὸ ὕδωρ, ἑκατέρωθεν δὲ πρὸς τῇ γῇ ῥεῖθρον, ὃ μάλιστα καὶ ἀνάπλουν ἔχει. ἀναπλεύσαντες οὖν ταύτῃ, καταρρέουσιν ἐπὶ τὸν καταῤῥάκτην, καὶ ὠθοῦνται μετὰ τῆς σκάφης ἐπὶ τὸν κρημνόν, καὶ σώζονται σὺν αὐτοῖς ἀπαθεῖς. τοῦ δὲ καταῤῥά-

καταῤῥάκτου μικρὸν ἐπάνω, τὰς Φιλὰς εἶναι συμβαίνει, κοινὴν κατοικίαν Αἰθιόπων τε, καὶ Αἰγυπτίων κατεσκευασμένην, ὥσπερ καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, καὶ τὸ μέγεθος ἴσην, ἱερὰ ἔχουσαν Αἰγύπτια, ὅπου καὶ ὄρνεον τιμᾶται, ὃ καλοῦσι μὲν ἱέρακα, οὐδὲν δὲ ὅμοιον ἐμοί γε ἐφαίνετο ἔχειν τοῖς παρ' ἡμῖν, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ἱέραξιν· ἀλλὰ καὶ τῷ μεγέθει μείζων ἦν, καὶ τῇ ποικιλίᾳ πολὺ ἐξηλλαγμένον. Αἰθιοπικὸν δ' ἔφασαν εἶναι, κἀκεῖθεν κομίζεσθαι ὅταν ἐκλίπῃ καὶ πρότερον. καὶ δὴ τότε ἐδείχθη ἡμῖν πρὸς ἐκλείψει ὂν διὰ νόσον. Ἤλθομεν δ' εἰς Φιλὰς ἐκ Συήνης ἀπήνῃ, δι' ὁμαλοῦ σφόδρα πεδίου σταδίους ὁμοῦ τι ἑκατόν. Παρ' ὅλην δὲ τὴν ὁδὸν ἦν ἰδεῖν ἑκατέρωθεν πολλαχοῦ, ὥσπερ ἑρμαῖα πέτρον ἠλίβατον στρογγύλον, λεῖον ἱκανῶς, ἐγγὺς σφαιροειδοῦς τοῦ μέλανος καὶ σκληροῦ λίθου, ἐξ οὗ αἱ θυῖαι γίνονται, ἐπὶ πέτρῳ κειμένου μείζονι, καὶ ἐπ' ἐκείνῳ πάλιν ἄλλο. ἔστι δ' ὅτε αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς ἔκειντο οἱ πέτροι. ἦν δ' ὁ μὲν μέγιστος τὴν διάμετρον ποδῶν οὐκ ἐλαττόνων, ἢ δώδεκα, ἅπαντες δὲ μείζους ἢ ἡμίσεις τούτων. Διέβημεν δὲ εἰς τὴν νῆσον ἐπὶ πάκτωνος. ὁ δὲ πάκτων διὰ σκυταλίδων πεπηγός ἐστι σκαφίον, ὥστ' ἐοικέναι διαπλοκίνῳ. ἑστῶτες δ' ἐν ὕδατι ἢ καὶ σανιδίοις τισὶ προσκαθήμενοι, ῥᾳδίως ἐπεραιώθημεν δεδιότες. ἀκίνδυνα γάρ ἐστιν ἂν μή τις ὑπέρογκον ποιήσῃ τὸ πορθμεῖον. Καθ' ὅλην δὲ τὴν Αἴγυπτον τοῦ φοίνικος ἀγόνου ὄντος καὶ ἐκφέροντος καρπὸν οὐκ εὔβρωτον ἐν τοῖς περὶ τὸ Δέλτα τόποις, καὶ τὴν περὶ Ἀλεξάνδρειαν· ὁ ἐν τῇ Θηβαΐδι φοῖνιξ ἄριστος τῶν ἄλλων φύεται. Θαυμάζειν οὖν ἄξιον, πῶς ταὐτὸ κλίμα οἰκοῦντες τῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ὅμοροι οἱ περὶ τὸ Δέλτα, καὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τοσοῦτον διαλλάττουσιν ἐκείνης· πρὸς ἄλλῳ φοίνικι καὶ τὸν καρυωτὸν γεννώσης, ὃ πολὺ κρείττονα τοῦ Βαβυλωνίου. Διττὸς δ' ἐστὶν ὅ, τε ἐν τῇ Θηβαΐδι, καὶ ὁ ἐν Ἰουδαίᾳ, ὅ, τε ἄλλος καὶ ὁ καρυωτός. σκληρότερος δ' ὁ Θηβαϊκός, ἀλλὰ τῇ γεύσει εὐστομώτερος. Ἔστι δὲ καὶ νῆσος ἡ μάλιστα ἐκφέρουσα τὸν ἄριστον, μεγίστην τελοῦσα πρόσοδον τοῖς ἡγεμόσι· βασιλικὴ γὰρ ἦν. ἰδιώτῃ δ' οὐ μετῆν, καὶ νῦν τῶν ἡγεμόνων ἐστί. Πολλὰ δ' Ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλοι φλυαροῦσιν, ὥσπερ μέλος, ἢ ῥυθμόν, ἢ ἥδυσμά τι τῷ λόγῳ τὴν τερατείαν προσφέροντες· οἷον καὶ τὸ φάσκειν περὶ τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ Συήνῃ, καὶ τῇ Ἐλεφαντίνῃ (.πλείους δ' εἰσί.) τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου εἶναι, καὶ βάθος ἄβυσσον ἔχειν τὸν πόρον κατὰ τοῦτον

tarractem sunt Philæ, cõmunis Aethiopum & Aegyptiorum habitatio, structa quemadmodum Elephantina & pari magnitudine. Philæ. Hæc tẽpla Aegyptia habet ubi ales colitur, quem accipitrem ipsi uocant, mihi sanè nihil cum nostris simile uidebatur habere, aut Aegyptijs: utpote & magnitudine excedens, & uarietate longè diuersus est. Dicebat autem Aethiopicum esse, & inde afferri, cum alter deficit, ac sanè tunc nobis ostensus est, cum iã morbo deficeret. Nos Philas Syena plaustro uecti sumus, per campũ ualdè planum, centum stadiorum itinere. Per totam ferè uiam uidere erat utrinque multis in locis in morem Mercurialium tumulorum qui uijs apponi solent, petram arduam, rotundam, politam, propemodum sphæricam, è nigro ac duro lapide, ex quo mortaria fiunt, maiori saxo impositam, ac rursum super ea aliam, nonnullæ per sese iacebant. earum maxima erat non minore XII pedum diametro, atque omnes maiores quam huius dimidium. Traiecimus in insulam Pactone. Pacton est scaphæ genus è scuticis ita compositũ, ut textile quiddam uideatur. Stantes itaque in aqua uel in asseribus sedentes facilè trãsmisimus inani metu. caret enim res periculo, si scapha non nimis oneratur. Cùm in tota Aegypto palma sterilis sit, uel fructum afferat esui non aptum, & in locis apud Delta, & Alexandream: tamen in Thebaide palma optima est. quare admiratione dignum est, quomodo qui eandem plagam habitant, quam Iudæi, & ijs sunt finitimi, qui inquam circa Delta sunt & Alexandriam, tantùm ab illa differant: quæ ultra aliam palmam etiam caryotam gignit, nõ multò meliorem quàm Babylonia. In Thebaide & in Iudæa duplex est palma, caryota scilicet atque reliqua, ac Thebaica quidem quãquam durior sit, gustatu tamen est suauior. Est etiam insula quędam quę palmam optimã fert, & prouentum maximum principibus fert. regis enim erat, & priuatus nemo in ea parte habebat, & nunc principum est. Enimuerò multa cùm cæteri nugantur, tum Herodotus: ueluti cantus loco, ut rhythmi, aut condimenti, prodigiosas fabulas orationi adhibentes. Cuius generis est, quod apud insulas dicunt iuxta Syenem, & Elephantinam sitas (.sunt autem complures.) Nili fontes esse, & ad eum locum flumen profunditate esse im-

Palmæ.

se immensa. Nilus quidem insulas sparsas quamplurimas habet, quarum aliæ totæ excrescente flumine obruuntur, aliæ ex parte.
14 Loca uerò 14 nimis procul à mari remota, riuis per cochlias inductis irrigantur. Cæterùm iam inde ab initio Aegyptus ualde, pacata fuit, tum propter suas copias, quibus facilè se sustentaret: tum quòd non temerè externis gentibus pateret in eā ingressus. Nam
Aegypti status. à septentrione ora importuosa & Aegyptio pelago cingebatur, ab ortu & occasu desertis & montibus Libycis & Arabicis (ut diximus.) munita, austrum uersus Troglodytæ, & Blemmyes, & Nubæ & Megabari erant, qui Aethiopes supra Syenem habitant. ij uerò sunt Nomades, neque multi, neque bellicosi, quanquam olim uiderentur: propterea quòd sæpe latronum mare incautos adoriebantur. Aethiopes quoque ad meridiem Meroenque porrecti, neque ipsi ualde multi sunt, neque collecti in unum conuentum degūt: quippe qui fluuialem regionem longam angustamque habitent, qualem antè diximus, nec ad bellum, nec ad aliam uitæ rationē benè instructi. Atque adeò etiamnum idem est Aegypti status. Cuius rei indicium est, quòd à trib. Romanis cohortibus, nec ijs statis plenis, custoditur. cumque aliquando Aethiopes aggredi nostros ausi essent, de sua ipsarum regione in periculum'ue, uenerunt. Sed nec in Aegypto copiæ tantę sunt, nec unquam Romani confertim ijs usi sunt. Etenim nec Aegyptij ipsi sunt admodum bellicosi, quanquam multi sint: nec etiā finitimæ gentes. Cornelius quidem Gallus, cui primùm prouincia à Cæsare commissa est, Heroum urbem quæ defecerat paucis stipatus recepit, & in Thebaide seditionem propter tributa exortam citò admodum sedauit. Deinde Petronius tot millibus Alexandrinorum in eum irruentibus iactu lapidum, tantum suis munitus militibus impetum sustinuit, nonnullis ipsorum interemtis, cæterosque repressit. Gallus Aelius cum parte præsidij, quod erant in Aegypto, in Arabiam ingressus, dictum est, quomodo eos esse imbelles ostenderit: & nisi Sylleus eum prodidisset, felicem
Aethiopes uicti. Arabiam totam subegisset. Aethiopes Romanis spretis propterea quòd pars quædam copiarum, quæ in Aegypto erant, cum Gallo Aelio auulsa esset, bellum in Arabia gerēte, impressione facta in Thebaidē, & pręsidia trium

τὸν τόπον. Νήσους δ' ὁ Νεῖλος κατεσπαρμένας ἔχει παμπόλλας, τὰς μὲν καλυπτομένας ὅλας ἐν ταῖς ἀναβάσεσι, τὰς δ' ἐκ μέρους. ἐποχετεύεται δὲ τοῖς κοχλίαις τὰ λίαν ἔξαλα. Ἡ μὲν οὖν Αἴγυπτος εἰρηνικὴ τὸ πλέον ἐξ ἀρχῆς διὰ τὸ αὔταρκες τῆς χώρας, καὶ τὸ δυσείσβολον τοῖς ἔξωθεν. ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων ἀλιμένῳ παραλίᾳ, καὶ πελάγει τῷ Αἰγυπτίῳ φρουρουμένη. ἀπὸ δὲ τῆς ἕω, καὶ τῆς ἑσπέρας ἐρήμοις ὄρεσι τοῖς τε τοῖς Λιβυκοῖς, καὶ τοῖς Ἀραβίοις, ὥσπερ ἔφαμεν. λοιπὰ δὲ τὰ πρὸς νότον, Τρωγλοδύται, Βλέμμυες, καὶ Νοῦβαι, καὶ Μεγάβαροι οἱ ὑπὲρ Συήνης Αἰθίοπες. εἰσὶ δ' οὗτοι Νομάδες, καὶ οὐ πολλοί, οὐδὲ μάχιμοι· δοκοῦντες δὲ τοῖς πάλαι διὰ τὸ λῃστρικῶς ἀφυλάκτοις ἐπιτίθεσθαι πολλάκις. οἱ δὲ πρὸς μεσημβρίαν, καὶ Μερόην ἀνήκοντες Αἰθίοπες, οὐδ' οὗτοι πολλοί, οὔτε ἐν συστροφῇ, ἅτε ποταμίαν μακρὰν, καὶ στενὴν, καὶ σκολιὰν οἰκοῦντες, οἵαν προείπομεν· οὐδὲ παρεσκευασμένοι καλῶς, οὔτε πρὸς πόλεμον, οὔτε πρὸς τὸν ἄλλον βίον. Καὶ νῦν δὲ διάκειται παραπλησίως ἡ χώρα πᾶσα. σημεῖον δέ, τρισὶ γοῦν σπείραις, οὐδὲ ταύταις ἐντελέσιν, ἱκανῶς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἡ χώρα φρουρεῖται. Τολμήσασι δὲ τοῖς Αἰθίοψιν ἐπιθέσθαι, κινδυνεῦσαι τῇ χώρᾳ συνέπεσε τῇ σφετέρᾳ. Καὶ αἱ λοιπαὶ δὲ δυνάμεις αἱ ἐν Αἰγύπτῳ, οὔτε τοσαῦταί τινές εἰσιν, οὔτε ἀθρόαις ἐχρήσαντο, οὐδ' ἅπαξ Ῥωμαῖοι. οὔτε γάρ εἰσιν οὔτ' αὐτοὶ οἱ Αἰγύπτιοι πολεμισταί, καίπερ ὄντες παμπληθεῖς, οὔτε τὰ πέριξ ἔθνη. Γάλλος μέν γε Κορνήλιος, ὁ πρῶτος κατασταθεὶς ἔπαρχος τῆς χώρας ὑπὸ Καίσαρος, τήν τε Ἡρώων πόλιν ἀποστᾶσαν ἐπελθὼν, δι' ὀλίγων εἷλε. στάσιν τε γενηθεῖσαν ἐν τῇ Θηβαΐδι διὰ τοὺς φόρους, ἐν βραχεῖ κατέλυσε. Πετρώνιός τε ὕστερον τοσούτων μυριάδων Ἀλεξανδρέων πλήθους ὁρμησάντων ἐπ' αὐτὸν μετὰ λίθων βολῆς, αὐτοῖς τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις ἀντέσχε· καὶ διαφθείρας τινὰς αὐτῶν, τοὺς λοιποὺς ἔπαυσε. Γάλλος τε Αἴλιος μέρει τῆς ἐν Αἰγύπτῳ φρουρᾶς εἰς τὴν Ἀραβίαν ἐμβαλὼν, εἴρηται τίνα τρόπον ἐξήλεγξε τοὺς ἀνθρώπους ἀπολέμους ὄντας. εἰ δέ γε μὴ ὁ Συλλαῖος αὐτὸν προὐδίδου, κἂν κατεστρέψατο τὴν Εὐδαίμονα πᾶσαν. Ἐπειδὴ δὲ οἱ Αἰθίοπες καταφρονήσαντες τῷ μέρει τι τῆς Αἰγύπτου δυνάμεως ἀπεσπάσθαι μετὰ Γάλλου Αἰλίου πολεμοῦντος πρὸς τοὺς Ἄραβας, ἐπελθόντες τῇ Θηβαΐδι, καὶ τῇ φρουρᾷ
τῶν γ

τῶν τριῶν σπειρῶν τῶν κατὰ Συήνην, καὶ τὴν Ἐλεφαντίνην, καὶ Φιλὰς ἐξ ἐφόδου διὰ τὸ αἰφνίδιον καὶ ἐξηνδραποδίσαντο, ἀνέσπασαν καὶ τοὺς Καίσαρος ἀνδριάντας· ἐπελθὼν ἐλάττοσιν, ἢ μυρίοις πεζοῖς Πετρώνιος, ἱππεῦσι δὲ ὀκτακοσίοις πρὸς ἄνδρας τρισμυρίους, πρῶτον μὲν ἠνάγκασεν αὐτοὺς εἰς Ψέλχην πόλιν Αἰθιοπικὴν, καὶ πρεσβεύεται τά τε ληφθέντα ἀπαιτῶν, καὶ τὰς αἰτίας δι᾽ ἃς ἦρξαν πολέμου. λεγόντων δ᾽ ὡς ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν μονάρχων, ἀλλ᾽ οὐκ ἔφη τούτους ἡγεμόνας εἶναι τῆς χώρας, ἀλλὰ Καίσαρα. αἰτησαμένων ἡμέρας τρεῖς βουλὴν, καὶ μηδὲν, ὧν ἐχρῆν, ποιούντων, προσβαλὼν ἠνάγκασε προελθεῖν εἰς μάχην. ταχὺ δὲ τροπὴν ἐποίησε, συντεταγμένων τε κακῶς, καὶ ὡπλισμένων. μεγάλους γὰρ εἶχον θυρεοὺς, καὶ τούτους ὠμοβοΐνους, ἀμυντήρια δὲ πελέκεις, οἱ δὲ κοντοὺς, οἱ δὲ καὶ ξίφη. Τινὲς μὲν οὖν εἰς τὴν πόλιν συνηλάθησαν, οἱ δ᾽ εἰς τὴν ἐρημίαν ἔφυγον. τινὰς δὲ νῆσος πλησίον ἐδέξατο ἐμβάντας εἰς τὸν πόρον· οὐ γὰρ πολλοὶ ἦσαν ἐνταῦθα οἱ Κροκόδειλοι, διὰ τὸν ῥοῦν. Τούτων δ᾽ ἦσαν καὶ οἱ τῆς βασιλίσσης στρατηγοὶ τῆς Κανδάκης, ἣ καθ᾽ ἡμᾶς ἦρξε τῶν Αἰθιόπων, ἀνδρική τις γυνὴ, πεπηρωμένη τὸν ὀφθαλμόν. τούτους δὲ δὴ ζωγρίᾳ λαμβάνει ἅπαντας, διαπλεύσας σχεδίαις τε καὶ ναυσὶ, καὶ καταπέμπει παραχρῆμα εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἐπελθὼν τε τὴν Ψέλχην αἱρεῖ. προσαριθμουμένου δὲ τοῖς ἑαλωκόσι τοῦ πλήθους τῶν πεσόντων ἐν τῇ μάχῃ, τοὺς σωθέντας ὀλίγους παντάπασι συνέβη γενέσθαι. Ἐκ δὲ Ψέλχης ἧκεν εἰς Πρῆμνιν ἐρυμνὴν πόλιν, διελθὼν τοὺς θῖνας, ἐν οἷς ὁ Καμβύσου κατεχώσθη στρατὸς, ἐμπεσόντος ἀνέμου. προσβαλὼν δὲ ἐξ ἐφόδου τὸ φρούριον αἱρεῖ, καὶ μετὰ ταῦτα ὥρμησεν ἐπὶ Νάπατων. τοῦτο δ᾽ ἦν τὸ βασίλειον τῆς Κανδάκης, καὶ ἦν ἐνταῦθα υἱὸς αὐτῆς· καὶ αὐτὴ δ᾽ ἔν τινι πλησίον ἵδρυτο χωρίῳ. Πρεσβευσαμένης δὲ περὶ φιλίας, καὶ ἀποδούσης τοὺς ἐκ Συήνης αἰχμαλώτους, καὶ τοὺς ἀνδριάντας, ἐπελθὼν λαμβάνει καὶ τὰ Νάπατα, φυγόντος τοῦ παιδὸς, καὶ κατασκάπτει. ἐξανδραποδισάμενος δ᾽ ἀναστρέφει πάλιν εἰς τοὐπίσω μετὰ τῶν λαφύρων, δύσβατα κρίνας τὰ προσωτέρω. τὴν δὲ Πρῆμνιν τειχίσας βέλτιον, φρουρὰν ἐμβαλὼν, καὶ τροφὴν δυοῖν ἐνιαυτῶν, τετρακοσίοις ἀνδράσιν ἀπῆρεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν. καὶ τῶν αἰχμαλώτων τοὺς μὲν ἐλαφυροπώλησε, χιλίους δὲ Καίσαρι ἔπεμψε νεωστὶ ἐκ Καντάβρων ἥκοντι. τοὺς δὲ καὶ νόσοι διεχρήσαντο. Ἐν τούτῳ μυριάσι Κανδάκη πολ-

trium cohortium, quæ Syenæ Elephantinæ, ac Philis erant: repentino impetu ceperunt, & manciparunt, ac Cęsaris statuas euerterũt. Contra hos profectus Petronius cum nõ totis decem millibus peditum, & equitibus octingentis, aduersus triginta hominum millia: primùm eos compulit, ut Pselcham confugerent, Aethiopicam urbem: missisꝗ ad eos legatis, repetijt quę capta erant, & causas quam ob rem bellum mouissent poposcit. ac dicentibus, se iniuria affectos à monarchis: respondit nõ illos esse regionis dominos, sed Cæsarem. Petentibus porrò triduum ad deliberandum, nihilꝗ interim eorum quæ par erat facientibus: mouens contra eos, in pugnã procedere coegit: ac celeriter in fugam uertit cum & compositi malè, & malè armati essent, nam scuta ingẽtia, & e crudo bouis tergore confecta habebant: arma quibus pugnarent, secures alij, alij contos, nonnulli gladios gerebant. Proinde quidam in urbem sunt compulsi, alij in deserta fugam fecerũt. alios proxima insula excepit qui sese fluuio commiserant. nam hoc in loco propter aquę fluxum Crocodili pauci sunt. Ex ijs erant etiam duces reginæ Candaces quæ per nostra tempora Aethiopibus imperauit, uirilis sanè mulier, altero oculo capta. Hos itaꝗ omnes cepit, traiecto ratibus ac nauibus flumine, & extemplò Alexandriã misit, atque Pselcham profectus, eam cepit. unde numerata captiuorum multitudine eorum qui in prœlio ceciderunt, pauci omnino superfuerunt. A' Pselcha Premnim uenit urbem natura munitam, cumulis arenæ peragratis in quibus Cambysis exercitus obrutus est uento incidente. Eam adortus primo impetu cepit. Inde Nepata progressus est, ubi Candaces regia erat, eiusꝗ filius morabatur. Ipsa cum in castello ꝓpinquo sederet, legatos misit, qui de pace tractarent, redditisꝗ statuis, & captiuis qui abducti fuerant Syena. Sed impetu facto Patronius Napata cepit ac diruit, puero fugiente: ratusꝗ inferiora inuia esse, cum præda retrò abijt, ac Premni mœnibus & pręsidio & quadringẽtorum hominum cibarijs in biennium munita, reuersus est Alexandriam. Ex captiuis autem, cæteris diuenditis, mille ad Cæsarem misit nuper è Cantabris reuersum. horum nonnulli morbo consumti sunt. Sub hæc Candacen cum multis hominum

num millibus præsidium aggressam. Petronius auxilio suis profectus anteuertit: & castellum ingressus, multo apparatu confirmauit. Legatis ad se missis, mandauit si quid uellent ut ad Cæsarem proficiscerentur. ac negantibus scire se quis Cæsar esset, & ubi conueniendus, dedit qui deducerent. In Samum itaque profecti, Cæsarem inuenerunt in Syriam progredi parantem, & Tiberium in Armeniam amandantem. Ab eo facilè, quæ uolebant, impetrauêre. nam & tributa eis remissa sunt. Sed de Aethiopicis rebus satis in superioribus dictũ est, proinde ita hæc cum Aegypto descripta sit. Quod autem dicendum sit: extremas habitati mũdi partes, quæ intemperatæ & inhabitabili regioni adiacent, propter frigus aut æstum esse quasi errores quosdam ac defectus temperatæ, necesse est. quod ex uita & earum rerũ inopia, quæ ad humanũ usum pertinent perspici potest. Magna enim ex parte nudi incedentes, pastoralem ac duram uitam degunt, incertis uagantes tugurijs. eorum pecora, oues capræ, & boues, omnia sunt parua. canes asperi tamen & pugnaces, cæterùm pusilli & ipsi, fortasse ob horum paruitatem Pigmæi conficti sunt, quos nemo fide dignus dixit se uidisse. Viuunt milio & hordeo ex quibus etiam potum sibi conficiunt, butyrum & adipem pro oleo habent. Pomis carent præter palmulas, atque earum perpaucæ in hortis regijs nascuntur. nonnulli herba uescuntur, & frondibus tenellis, & loco & calami radice, carnibus, & lacte & caseo sanguine utuntur. Reges colunt ut deos, qui ferè clausi domi sedent. Regni caput est Meroë urbs eiusdem cum insula nominis, insulam clypei figuram habere dicũt. magnitudo fortasse uera amplior dicta est, longitudine ter mille ferè stadiorum, amplitudine CIↃ. Montes frequentes habet, & nemora magna habitant partim pastores, partim uenatores, partim agricolæ. Sunt in ea ærariæ, ferrariæ, & aurariæ fodinæ, & preciosorum lapidum genera. Libyam uersus magnis quibusdam arenæ cumulus ambitur: Arabiam uersus continuis præcipitijs. Austrum uersus fluminum concursu, Astaboræ, Astapodis & Astasobæ. A septentrione est Nili decursus, usque in Aegyptum, ea quam ostendimus aluei obliquitate. Oppidanę domus ex palmarum fissis lignis

*Aethiopum mores & uictus.*

λαὺς ὡς ἐπὶ τὴν φρουρὰν ἐπῆλθε. Πετρώνιος δ' ἐξεβοήθησε, καὶ φθάνει προεισελθὼν εἰς τὸ φρούριον, καὶ πλείοσι παρασκευαῖς ἐξασφαλισάμενος τὸν τόπον, πρεσβευσαμένων ἐκέλευσεν ὡς Καίσαρα πρεσβεύεσθαι. οὐκ εἰδέναι δὲ φασκόντων ὅστις εἴη Καῖσαρ, καὶ ὅπη βαδιστέον ἂν παρ' αὐτόν, ἔδωκε τοὺς παραπέμψοντας. καὶ ἧκον εἰς Σάμον, ἐνταῦθα τοῦ Καίσαρος ὄντος, καὶ μέλλοντος εἰς Συρίαν ἐντεῦθεν προϊέναι, Τιβέριον εἰς Ἀρμενίαν στέλλοντος. Πάντων δὲ τυχόντων ὧν ἐδέοντο, ἀφῆκεν αὐτοῖς καὶ τοὺς φόρους οὓς ἐπέστησε. Πολλὰ δ' εἴρηται περὶ τῶν Αἰθιοπικῶν ἐν τοῖς πρότερον, ὥστε συμπεριωδευμένα ἂν εἴη τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ τὰ τούτων. Ὡς δ' εἰπεῖν, καὶ τὰ ἄκρα τῆς οἰκουμένης τὰ παρακείμενα τῇ δυσκράτῳ, καὶ ἀοικήτῳ διὰ καῦμα ἢ ψῦχος, ἀνάγκη ἀποτεύγματα εἶναι τῆς εὐκράτου καὶ ἐλαττώματα. ταῦτα δ' ἐκ τῶν βίων δῆλα, καὶ τῆς πρὸς τὰς χρείας τὰς ἀνθρωπικὰς ἀπορίας. κακόβιοί τε δὴ καὶ γυμνῆτές εἰσι τὰ πολλά, καὶ νομάδες. τά τε βοσκήματα αὐτοῖς εἰσὶ μικρὰ πρόβατα καὶ κύνες μικροί, καὶ βόες μικροί. τραχεῖς δὲ καὶ μάχιμοι οἱ κύνες μικροὶ ὄντες. Τάχα δὲ καὶ τοὺς Πυγμαίους ἀπὸ τῆς τούτων μικροφυΐας ἐπενόησαν, καὶ ἀνέπλασαν. ἑωρακὼς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐξηγεῖται τῶν πίστεως ἀξίων ἀνδρῶν. Ζῶσι δ' ἀπὸ κέγχρου, καὶ κριθῆς, ἀφ' ὧν καὶ ποτὸν ποιοῦσιν αὐτοῖς. ἔστι δὲ ἔλαιον, καὶ βούτυρον καὶ στέαρ. οὐδ' ἀκρόδρυα ἔχουσι πλὴν φοινίκων ὀλίγων ἐν κήποις βασιλικοῖς. ἔνιοι δὲ καὶ πόαν σιτοῦνται, καὶ κλῶνας ἁπαλούς, καὶ λωτόν, καὶ καλάμου ῥίζαν. κρέασι δὲ χρῶνται, καὶ αἵματι, καὶ γάλακτι, καὶ τυρῷ. σέβονται δ' ὡς θεοὺς τοὺς βασιλέας, κατακλείστους ὄντας, καὶ οἰκουροὺς τὸ πλέον. Ἔστι δὲ τὸ μέγιστον αὐτοῖς βασίλειον, ἡ Μερόη πόλις ὁμώνυμος τῇ νήσῳ. τὴν δὲ νῆσον θυρεοειδῆ φασι τὸ σχῆμα. τὸ δὲ μέγεθος τάχα πρὸς ὑπερβολὴν εἴρηται, μῆκος μὲν ὅσον τρισχιλίων σταδίων, εὖρος δὲ χίλια. Ἔχει δὲ συχνὰ καὶ ὄρη, καὶ δάση μεγάλα. οἰκοῦσι δ' οἱ μὲν Νομάδες, οἱ δὲ θηρευτικοί, οἱ δὲ γεωργοί. ἔστι δὲ καὶ χαλκουργεῖα, καὶ σιδηρουργεῖα καὶ χρυσεῖα, καὶ λίθων γένη πολυτελῶν. περιέχεται δ' ἀπὸ μὲν τῆς Λιβύης θισὶ μεγάλοις, ἀπὸ δὲ τῆς Ἀραβίας κρημνοῖς συνεχέσιν. ἄνωθεν δ' ἐκ νότου ταῖς συμβολαῖς τῶν ποταμῶν τοῦ τε Ἀσταβόρα, καὶ τοῦ Ἀστάποδος, καὶ τοῦ Ἀστοσόβα. πρὸς ἄρκτον δὲ ἐφεξῆς ῥύσις τοῦ Νείλου, καὶ μέχρι Αἰγύπτου, κατὰ τὴν λεχθεῖσαν πρότερον σκολιότητα τοῦ ποταμοῦ. Ἐν δὲ ταῖς πόλεσιν αἱ

οἰκήσεις

οἰκοῦσι δ' ἐκ φοινικίνων σχιζῶν διαπλεκομένων τοίχων ἢ πλίνθων. ὀρυκτοὶ δὲ ἅλες, καθάπερ τοῖς Ἄραψι. πλεονάζει δὲ τῶν φυτῶν ὅ, τε φοῖνιξ καὶ ἡ περσέα, καὶ ὁ ἔβενος, καὶ ἡ κερατέα. θήρα δὲ καὶ ἐλεφάντων ἐστὶ, καὶ λεόντων, καὶ παρδάλεων. εἰσὶ δὲ καὶ δράκοντες οἱ ἐλεφαντομάχοι, καὶ ἄλλα θηρία πλείω. καταφεύγει γὰρ ἀπὸ τῶν ἐμπυροτέρων, καὶ αὐχμηροτέρων ἤδη τὰ ὑδρηλὰ, καὶ ἑλώδη. Ὑπέρκειται δὲ τῆς Μερόης, ἔτι Ψεβώα λίμνη μεγάλη, νῆσον ἔχουσα οἰκουμένην ἱκανῶς. συμβαίνει δὲ τοῦ Νείλου τὴν μὲν δυσμικὴν παραποταμίαν ἐχόντων τῶν Λιβύων, τὴν δὲ πέραν Αἰθιόπων, παρὰ μέρος αὐτῶν τὴν ἐπικράτειαν εἶναι τῶν νήσων, καὶ τῆς ποταμίας ἐξελαυνομένων τῶν ἑτέρων, καὶ παραχωρούντων τοῖς κρείττοσι γενομένοις. Χρῶνται δὲ καὶ τόξοις Αἰθίοπες τετραπήχεσι ξυλίνοις, πεπυρακτωμένοις. Ὁπλίζουσι δὲ καὶ τὰς γυναῖκας, ὧν αἱ πλείους κεκρίκωνται τὸ χεῖλος τοῦ στόματος χαλκῷ κρίκῳ. κωδιοφόροι δ' εἰσὶν, ἔρεαν οὐκ ἔχοντες, τῶν προβάτων αἰγοτριχούντων. οἱ δὲ γυμνῆται εἰσὶν, ἢ καὶ περιζώννυνται μικρὰ κώδια, ἢ ῥίχινα πλέγματα εὐυφῆ. θεὸν δὲ νομίζουσι, τὸν μὲν ἀθάνατον, τοῦτον δ' εἶναι τὸν αἴτιον τῶν πάντων· τὸν δὲ θνητὸν, ἀνώνυμόν τινα, καὶ οὐ σαφῆ. ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ τοὺς εὐεργέτας, καὶ βασιλικοὺς θεοὺς νομίζουσι, καὶ τούτων τοὺς μὲν βασιλέας κοινοὺς ἁπάντων μὲν σωτῆρας καὶ φύλακας, τοὺς δ' ἰδιώτας, ἰδίως τοῖς εὖ παθοῦσιν ὑπ' αὐτῶν. τῶν δὲ πρὸς τῇ διακεκαυμένῃ τινὲς, καὶ ἄθεοι νομίζονται οἵ γε καὶ τὸν ἥλιον ἐχθαίρειν, καὶ κακῶς λέγειν ἐπειδὰν προσίδωσιν ἀνίσχοντα, ὡς καίοντα καὶ πολεμοῦντα αὐτοῖς, καταφεύγειν τε εἰς τὰ ἕλη. οἱ δ' ἐν Μερόῃ καὶ Ἡρακλέα, καὶ Πᾶνα, καὶ Ἶσιν σέβονται πρὸς ἄλλῳ τινὶ βαρβαρικῷ. Τοὺς δὲ νεκροὺς οἱ μὲν εἰς τὸν ποταμὸν ἐκβάλλουσιν, οἱ δ' οἴκοι κατέχουσι περιχέαντες ὕαλον, τινὲς δὲ ἐν κεραμίαις σοροῖς κατορύττουσι κύκλῳ τῶν ἱερῶν ὅρκον τε τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἀπαιτοῦσι, καὶ πάντων ἁγιστεύουσι. μάλιστα βασιλέας τε καθιστᾶσι τοὺς κάλλει διαφέροντας ἢ ἀρετῇ, κτηνοτροφίας ἢ ἀνδρείας, ἢ πλούτου. Ἐν δὲ τῇ Μερόῃ κυριωτάτην τάξιν ἐπεῖχον οἱ ἱερεῖς τὸ παλαιόν· οἵ γε καὶ τῷ βασιλεῖ προσέταττον ἔσθ' ὅτι ἀποθνήσκειν πέμψαντες ἄγγελον, καὶ καθίστασαν ἀντ' αὐτοῦ ἕτερον. ὕστερον δὲ κατέλυσέ τις τῶν βασιλέων τὸ ἔθος, ἐπελθὼν μεθ' ὅπλων ἐπὶ τὸ ἱερὸν ὅπου ὁ χρυσοῦς ναός ἐστι, καὶ τοὺς ἱερέας ἀποσφάξας πάντας. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἔθος Αἰθιοπικὸν, ὅς γ' ἂν τοῦ

lignis fiunt, quibus intertextis, parietes fiũt, aut lateribus coctis. Sales apud eos fossiles sunt, quemadmodum & in Arabia. Abundat arboribus palma, Persico, ebeno & siliquastro. Venantur elephantes, leones, & pardales. Dracones habent, qui cum elephantis pugnant, & multas alias feras, quæ à tostis & aridis locis ad palustria & aquosa confugiũt. Supra Meroën est Pseboa lacus ingens, qui insulam habet satis habitatam. Porrò cum occiduam ad Nilum regionem Libyes habeãt, trans eum sitam Aethiopes: fit ut alteri atque alteri peruices insulæ & fluuiali regione imperent, ac uictoribus expulsi cedant. Aethiopes arcubus quadricubitalib. ligneis ac præustis utuntur. Armantur etiam mulieres, quarum pleræque oris labium æneo circulo traiectum habent. Pelliti sunt quia lanis carent. nam oues eorum caprarum in morem hirtæ sunt. Quidam nudi incedunt, aut breuibus pellibus cincti, aut tegmina quædam induunt, è pilis bene contexta. Deum putãt alterum immortalem, qui rerum omniũ causa sit, alterum mortalem, qui nomine careat, & non sit cognitu facilis. plerunque autem eos à quibus beneficium acceperunt, & regios, pro dijs habent. reges suos communes omnium seruatores & custodes esse, cæteros uerò priuatum eorum quibus benefecerũt. Ex ijs qui ad torridã habitant, nonnulli sunt qui deos non credunt, qui quidem Solem oderint, & detestentur cùm eum exoriri uident, propterea quod eos urat & infestet: atque ob id in paludes fugiunt. Meroë cultores etiam Herculem, Panem & Isidem uenerantur: ac præterea quendam deum barbaricum. Mortuos alij in flumen abijciunt, alij circumfuso uitro domi seruant, alij in fictilibus alueolis eos circum templa defodiunt. Iusiurandum per eos exigunt, & sanctimoniam adhibent. Regem constituunt eum, qui uel forma uel alendorum pecorum uirtute, uel robore, uel opibus excellat. Antiquitus Meroë summa potestas fuit penes sacerdotes, tantaque autoritas, ut nonnunquam misso nuntio mortem regi imperarent, & ei alium sufficerent. Postmodo rex quidam consuetudinem hanc aboleuit, cum manu armatã in fanum irruens, ubi aureum sacellum erat, & sacerdotes omnes iugulans. Is etiam Aethiopib. mos est, ut ubi rex aliqua parte corporis

poris mutilatur, familiares idē quoquo mo-
do patiuntur, & cum eo etiam moriantur id-
circo maxima regi custodia adest. Ac de Ae-
thiopicis quidem hactenus. Aegyptiacis ue-
rò ea adijcienda sunt, quæ illorum propria di
cuntur, ut Aegyptia faba, ex qua ciborium
fit, item biblus. Hæc enim solùm ibi sunt &
in India. Persica uerò ibi & in Aethiopica so-
lū, arbor magna, fructu dulci & grandi. Item
morus, quæ fructum fert qui sycomorum di
citur. nam ficui persimilis est, gustatu uerò
ignobili. Nascitur etiam corsium fructus
16 16 piperi similis, aliquanto tamen maior. Pi-
*Aegypti animalia.* sces in Nilo permulti sunt ac diuersi qui pro
priam quandam & regioni conuenientem
formam habent. sed maximè noti sunt Oxy-
rynchus, & lepidotus, & lates, & alabes, & co
racinus, & porcus, & phagrorius, quem eti-
am phagrum uocant. Item silurus & citha-
rus, & thrissa, & mugil, ostracea dilychnus,
physa, bos. item cochleæ ingentes, quæ uo-
cem ululatui similem edunt. Animalia quo-
que sua habet ichneumonem, & Aegyptiam
aspidem, quę proprium quiddam habet, præ
ter alias aliorum locorum. ea duplex est alte
ra dodrantalis, quæ celeriùs interficit, alte-
ra ulnæ ferè longitudine, ut & Nicander ait,
qui de serpentibus scripsit. Ex auibus est
ibis, & accipiter Aegyptius, qui man-
suetior est ijs, qui alibi sunt, quemadmo-
dum & felis. Habent & coruum noctur-
num peculiarem, nam apud nos aquilæ ma-
gnitudine est, & graue canit: in Aegypto
uerò graculi magnitudine uoce diuersa. Mā-
suetissima est ibis, magnitudine & figura ci
conię persimilis, color duo genera facit. nam
alterum totū nigrum est, alterum ciconiæ si-
mile. Alexandrię nullum nō triuium eis ple-
num est, partim utiliter, partim inutiliter. Vti
liter, quatenus omnes serpentes & omnes
macelli & fororum opsonoriorū sordes col-
ligit: inutiliter uerò, quia omniuora & im-
munda est, nec facilè à mundorum & alieno
rum contaminatione prohiberi potest. Ve-
rumq́ illud Herodoti est: Aegyptiorum es-
se, lutum manibus tractare, massam uerò ex
qua panis fit, pedibus. Caces quoque apud
eos peculiare est quoddā panis genus, quod
uentrem sistit. Et cici, hoc est ricinus qui in
aruis seritur, oleumq́ ex eo exprimitur, quo
omnes ferè indigenæ ad lucernam utuntur:
pauperiores uerò & operarij ad unctionem,

βασιλέων πηρωθῇ μέρος τι τοῦ σώματος, ὁπωσοῦν τὸ αὐτὸ πάσχουσιν, οἱ συνόντες αὐτῷ μάλιστα, οἱ δ' αὐτοὶ συναποθνήσκουσιν. ἐκ γὰρ τούτου φυλακὴ τοῦ βασιλέως ἐστὶ πλείστη παρ' αὐτῶν. περὶ μὲν Αἰθιόπων ἀρκέσει ταῦτα. Τοῖς δ' Αἰγυπτιακοῖς, καὶ ταῦτα προσθετέον ὅσα ἰδιάζοντα, οἷον ὁ Αἰγύπτιος λεγόμενος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ κιβώριον, καὶ ἡ βίβλος. ἐνταῦθα γὰρ καὶ παρ' Ἰνδοῖς μόνον. ἡ δὲ περσέα ἐνταῦθα μόνον, καὶ παρ' Αἰθίοψι· δένδρον μέγα καρπὸν ἔχον γλυκὺν καὶ μέγαν. καὶ ἡ συκάμινος ἡ ἐκφέρουσα τὸν λεγόμενον καρπὸν συκόμορον, σύκῳ γὰρ ἔοικεν, ἄτιμον δ' ἐστὶ περὶ τὴν γεῦσιν. γίνεται δὲ καὶ τὸ κόρσιον, καὶ ὅμοιον τῷ πεπέρι τράγημα, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον. Ἰχθύες δ' ἐν τῷ Νείλῳ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, χαρακτῆρα ἴδιον ἔχοντες καὶ ἐπιχώριον. γνωριμώτατοι δὲ ὅ,τε ὀξύρυγχος, καὶ ὁ λεπιδωτός, καὶ λάτης, καὶ ἀλάβης, καὶ κορακῖνος καὶ χοῖρος καὶ φαγρώριος, ὃν καὶ φάγρον καλοῦσιν. ἔτι σίλουρος, κιθαρός, θρίσσα, κεστρεύς, ὀστρακίων, δίλυχνος, φῦσα, βοῦς, κοχλίαι μεγάλοι, φωνὴν ὀλολυγοῦσιν ὁμοίαν φθεγγόμενοι. ζῶα ἐπιχώρια, καὶ ὁ ἰχνεύμων, καὶ ἡ ἀσπὶς καὶ ἡ Αἰγυπτία, ἴδιόν τι ἔχουσα παρὰ τὰς ἐν ἄλλοις. διττὴ δ' ἐστίν, ἡ μὲν σπιθαμιαία, ἥπερ καὶ ὀξυθανατωτέρα, ἡ δ' ἐγγὺς ὀργυιᾶς, ὥστε καὶ Νίκανδρος ὁ τὰ θηριακὰ γράψας εἴρηκε. καὶ τῶν ὀρνέων ἶβις, καὶ ἱέραξ ὁ Αἰγύπτιος, ἥμερος γὰρ παρὰ τοὺς ἄλλους, ὡς καὶ ὁ αἴλουρος, καὶ ὁ νυκτικόραξ ἰδιότροπος ἐνθάδε. παρ' ἡμῖν μὲν γὰρ ἀετοῦ μέγεθος, καὶ φθέγγεται βαρύ· ἐν Αἰγύπτῳ δὲ κολοιοῦ μέγεθος, καὶ φθογγὴν διάφορον. ἡμερωτάτη δ' ἡ ἶβις, πελαργώδης μὲν κατὰ σχῆμα, καὶ μέγεθος. διττὴ δὲ τὴν χρόαν, ἡ μὲν πελαργώδης, ἡ δὲ ὅλη μέλαινα. μεστὴ δ' αὐτῶν ἅπασα τρίοδος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, πῇ μὲν χρησίμως, πῇ δ' οὐ χρησίμως. χρησίμως μὲν ὅτι πᾶν θηρίον ἐκλέγει, καὶ τὰ ἐν κρεωπωλείοις, καὶ τοῖς ὀψοπωλίοις ἀποκαθάρματα. δυσχρήστως δὲ ὅτι παμφάγον, καὶ ἀκάθαρτον, καὶ δυσκόλως ἀπειργόμενον, ἀπὸ τῶν καθαρείων, καὶ τῶν ἀλλοτρίων, καὶ μολυσμοῦ παντός. ἀληθὲς δὲ καὶ τὸ Ἡροδότου. καὶ ἔστιν Αἰγυπτιακὸν τό, τὸν μὲν πηλὸν ταῖς χερσὶ φυρᾶν, τὸ δὲ στέαρ τὸ εἰς τὴν ἀρτοποιΐαν τοῖς ποσί. Καὶ ὁ κάκεις δὲ ἴδιόν τι ἄρτου γένους, στατικὸν κοιλίας. καὶ τὸ κίκι, καρπός τις σπειρόμενος ἐν ἀρούραις, ἐξ οὗ ἔλαιον ἀποθλίβεται, εἰς μὲν λύχνον τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας σχεδόν τι πᾶσιν, εἰς ἄλειμμα δὲ τοῖς πενεστέροις καὶ ἐργατικωτέροις. καὶ ἀνδρά-

